cientem salutē dabit vtriq̄z. Vere ꝑ euāgelium habetur fides: ꝛ per fidem salus eterna. Nā in eo euangelio reuelatur: ꝛ cognitione et habitudine: ex fide. i. ꝑ fidem ex euāgelio acceptā. Justicia. i. execucio bonoꝝ operum: per quā iusticiam habetur salus eterna. Et si ꝑ euangeliū fides: per fidem autem iusticia: per iusticiam vero salus eterna. Igit̄ per euangeliū salus: addit quiddā ampli⁹: quod ad rem valet sic. Reuelatur ex fide cundo in fidem. Non sic ait vt diuersas fides intelligat: sed vt doceat multos gradus esse in fide. Romani sanā quidem fidem habebant de christo: sed in hoc errabant: q꞉ nō omnia gratie dei attribuebant. In quo gradu fidei paulus eos locare intendit: ex fide habetur iusticia: et inde salus. Sicut scriptum est in abacuc propheta. Justus autem ex fide viuit: per prophetā confirmat euangeliū: ait eni propheta. Ex fide que per euāgeliū habetur: fit homo iustus: bene operando: ꝛ per iusticiā viuit in eterna salute. Hucusq̄z blāditus est romanis dicendo se sollicitum de salute eoꝝ: vt equo animo suscipiant correctiones apostoli Hic autē primo aggreditur gētiles: q̄s facilius posse corrigi intelligit. vt postea diutius in confutatione iudeoꝝ immoretur: attamē autē sic dicens ingreditur. Vere ex fide iusticia: ꝛ ex iusticia salus. Nam per cōtrariū ex impietate. i. ex non fide: seu ex idolatria sequit̄ iniusticia. i. mala opera: et ex iniusticia sequitur ira dei. i. dānatio eterna: saluti cōtraria: quod equipollenter sic ait. Vere ex fide reuelatur iusticia: ꝛ sic salus. Nā super oēm ipietatē: sup dicit: ad oppositionē ipietatis: ꝛ cū dicit ipietatē: magis q̄ꝫ si diceret oēs ipios. Si eni impios diceret: omnes q̄dē ipios: sed nō ꝓ singulis ipietatib⁹ opprimēdos diceret. Sed cū dicit oēm ipietatē: ꝛ oēs ipios ꝓ singulis ipietatib⁹ puniēdos esse isinuat. Super oēm vtiq̄z ipietatē: ex q̄ infidelitate ꝓcedit iniusticia. i. puersa cogitatio vel operatio: et sup omnē iniusticiā reuelat̄ . i. cognoscit̄ esse ira dei vēturi de celo in die iudicij. Tūc eni reuelabit̄ his q̄ vsq̄z ad diē illū nō crediderint christū esse iudicē oīm. Vel ira dei reuelat̄ de celo: q꞉ ipm elementum in ornatu ꝛ factura sua ostēdit metuendā esse irā eius: qui talē

Abacuc ii. c.

creaturā formauit. Reuelat̄ inq̄ꝫ ira super iniusticiā hoim: eoꝝ hoim dico: qui veritatē. i. verā cognitionē de deo quā naturaliter habent: vel habere possunt: eā detinēt. i. retrahūt: ne q̄d natura exigeret: ascēdat ad aliquid magis de deo agnoscendū. Detinēt vtiq̄z eā in iniusticia. i. ꝑ mala q̄ operant̄. Vere ipij veritatem dei sic detinēt: q꞉ q̄d notū est dei. i. quod cognosci pōt de deo: illud manifestū est: si nō in actu rei: tñ in illis. i. in rationib⁹ eoꝝ: ꝛ in potētia intellect⁹ sui. Vere q̄d notū est dei manifestū est in illis oībus potētialiter. Nā deus manifestauit in actu illis. i. q̄busdā illoꝝ: hoc q̄d notū est dei. Q̄d si q̄busdā reuelatū est in actu: cōstat q꞉ manifestū est in potētia. Plato eni et q̄dā philosophi naturaliter cognouerūt esse vnū creatorem omniū: non tñ sine adiutrice gr̄a dei: ꝓbat q̄ꝫ de⁹ q̄busdā actu reuelauit hoc: et modum reuelatiōis subdit dicēs. Vere deus q̄busdā reuelauit. Nā inuisibilia ipsi⁹ diuine essentie cōspiciunt̄ a creatura mundi: nec obscure sed lucide intellecta ꝑ illa q̄ ea sunt: ꝑ inuisibilia patrem significat: q꞉ a nullo ducit pricipium: sicut fili⁹ ꝛ spūssanct⁹ a patre. Ideo autē pluralē numeꝝ posuit: q꞉ infirmitas humani intellect⁹ nō sufficit cōsiderare in deo nisi ꝑ interpositiōes tpm q̄ in eo naturalia ꝛ simul sunt: ꝛ vno ictu (si fieri potest) ꝯsiderāda. Sēpiterna quoq̄z virt⁹ ei⁹. i. ei⁹ diuine essentie. i. fili⁹ q̄ virt⁹ ꝛ sapiētia patris dicit̄ semp cum patre eternus: ꝛ diuinitas. i. bonitas. Vn̄ ꝛ bonos hoies diuinos vocam⁹. Bonitas. i. dilectio ei⁹ diuine essentie / sc꞉ spūssanctus q̄ nihil aliud est q̄ꝫ bonitas / ꝛ dilectio patris / ꝛ filij. Hec inq̄z virt⁹ ꝛ diuinitas cōspiciunt̄ intellecta / per ea q̄ facta sunt. Homo eni inuisibilia intelligere neq̄t / nisi ꝑ ea q̄ videt. Sed cū aspicit aliquem regē magni iperij / per eū quodāmō intelligit eū regē lōge maiorē q̄ istū creauit. Cū vero videt virtutē / seu sapiētiā in aliquo: cogitat multomagis virtutem esse ꝛ sapiētiā in eo q̄ dedit illi. Sic de bonitate seu dilectione dei: per bonitatē creature pōt cognosci. Hāc aūt virtutem ꝛ diuinitatē in deo naturaliter pēsare suffecisset / et si illa noia. i. fili⁹ et spiritussanct⁹ ignoraret. Idē eni est virt⁹ / ꝛ diuinitas seu dilectio dei: quod fili⁹ ꝛ

Bonos hoies diuinos vocamus

spiritussanctꝰ. Virtꝰ ⁊ diuinitas dei / ꝑ
ea ꝗ̄ facta sunt intelligunt. Ita vt hoīes
sint inexcusabiles ex h: qꝛ cū cognouis-
sent deū / si nō actu / tñ ꝑ potētiā eiꝰ intel
lectꝰ naturalis: non glorificauerūt deū
colēdo ⁊ honorādo eū sicut deū: aut gra
tias egerūt. i. bona cogitatiōis sue / non
gratie dei sed sibi attribuerūt. Deo ꝗ̄dē
nō egerūt gr̄as: sed in cogitatiōibꝰ suis
se efferētes euanuerūt a similitudine fu
mi: ꝗ̄ quāto plꝰ ascēdit / tāto amplius ni
hil fit: ⁊ qꝛ suꝑbiēdo euanuerūt: iō coꝛ. i.
intelligētia eoꝝ̄ priꝰ subtilis obscura-
ta est propter suꝑbiā: adeo vt fieret in-
sipiēs. Euanuerūt vtiqꝫ. Nā dixerūt sa
piētes esse se. i. a seipsis sine dono dei sa
piētiā suā esse. Et vere coꝛ eoꝝ̄ obscura
tū est: nā hoc dicētes / ⁊ ita esse credētes
facti sunt stulti: ⁊ sic de suꝑbia in ignorā
tiā: de ignorātia in stultitiā lapsi preci-
pitati sūt: adeo ꝙ mutauerūt gloriā in-
corruptibilis. i. inuariabilis dei / preter
quē oīs creatura variabilis: ⁊ ideo cor-
ruptibilis est. Gloriā vtiqꝫ eiꝰ dei muta
uerūt nō in verū hoīem: sed in imaginē
corruptibilis hoīs. Et vt expressū face
rēt sibi simulachrum / mutauerunt hoc
in similitudinē imaginis. i. in similitudi
nē imaginē / colētes creaturā loco crea
toris. Prius in similitudinem hoīs. De
hinc ī similitudinē volucrū. Postea ī si-
militudinē ꝗ̄drupedū. Et post hoc in si
militudinē serpētiū mutauerūt cultum
⁊ religionē creatoris gētiles. Sicut di-
ctū est: qꝛ in ītellectu suꝑbierūt: iō intel-
lectu priuati sūt. Qꝛ iterū creatorem re-
spuerūt / in cultura creature puniti sunt.
Iterū qꝛ vt natura docebat deū glorifi
care noluerūt / sꝫ ad qđ natura repugna
bat: creaturas coluerunt. Jō ad pctā ꝗ̄
cōtra naturā sūt / deuoluti sūt: sicut seq̄-
tur. Propter qđ. i. qꝛ qđ cōtra naturam
fuit / creaturas coluerūt. Jō subtrahen
do gratiā / tradidit illos deꝰ ī desideria
cordis eoꝝ̄ / vt animo cuperēt. De hinc
in īmūdiciā. i. in opus desiderate immū
dicie: ad h inqꝫ sic tradidit illos vt cor-
pora sua afficiāt. i. ꝯtaminēt ꝯtumelijs
. i. hijs pollutionibꝰ ꝗ̄ si violēter inferrē-
tur eis / ꝓ magna cōtumelia haberent.
afficiāt dico in semetipsis. i. vel alter in
alterū / vel in semetipsis. Hoc intellexe
rūt debere fieri nō a deo / ꝗ̄ priꝰ de intel-
lectu se efferebāt. Qđ dixit superiꝰ mu-

> Fumus quanto plꝰ ascē-dit tāto amplꝰ nihil fit

tauerunt gloriam. i. reppererūt: vt enu-
meret modos mutationis / dicens. Qui
gētiles cōmutauerūt veritatē. i. cultum
quē naturalis veritas asserebat exhibē-
dum esse deo in mēdaciū. i. in creaturas
quas mēdaciter fingebant esse deos / ⁊
postqꝫ finxerūt / coluerūt. i. adorauerūt
eos. De hinc etiā seruierūt offerendo: ⁊
īmolādo creature: his tribꝰ modis mu-
tauerūt gloriā dei. Priꝰ mēdacit putā-
uerunt idolum esse deū. De hinc adorā-
do. Tertio hostias imolādo. Seruierūt
vtiqꝫ creature / iudicātes hoc potiꝰ esse
qꝫ seruire creatori / qui creator in auer-
sione eoꝝ̄ nihil perdit: est enī bn̄dictus
ī oīa secula / ꝗ̄cꝗ̄d adorēt illi: amē. i. ꝑfe
cto ita est. Qđ iterū superiꝰ ait: tradidit
illos deꝰ in desideria: hic repetit idē vt
penā peccati cōparet ipi pctō. Qꝛ sicut
quod natura exigebat creatori cultū de
negātes: ad nō naturalē cultū creatura
rum se contulerunt: sic ipsi in non natu-
ralia peccata deuoluti sunt. Enumerat
etiā ipsum peccatū: quomodo in vtrūqꝫ
sexū sit diffusū dicēs. Propterea qꝛ ser
uierūt creature ⁊ nō creatori: tradidit
illos deꝰ ꝑuatos gr̄a sua ī passiōes igno
minie: id est in ignominiosa peccata † ꝗ̄
licet caro male ꝯcupisceret: tñ ipsa natu
ra violētiā patiebat: dū in se nō naturali
ter operaret. Enumerat passiones igno
minie dicēs. Traditi sūt vtiqꝫ ī ignomi-
nias. Nā femine hoꝝ̄ gētiliū īmutaue-
rūt naturalē vsū viri ī eū vsū ꝗ̄ est ꝯ natu
rā: vt vna abuteret altera: qꝛ naturalē
cultū creatori negauerāt. Silr autē vt
femīe masculi / relicto naturali vsu femi
ne: exarserunt in desiderijs suis in inui
cem: vt alter alterū igne libidinis incēsi
ꝯcupierīt: ⁊ sicut animꝰ eoꝝ desideraue
rat / oꝑe ꝯplētes turpitudinē masculi in
masculos. Et sic recipiētes mercedē er
roris sui. i. penā illiꝰ pctī. Qꝛ cū cognouis-
sent deū: nō sicut deū glorificauerūt: re
cipiētes hāc nō in dāno possessiōis / vel
filioꝝ̄ / sꝫ ī semetipsis qꝛ ipi ijdē hac pe
na puniti sūt. Quā vtiqꝫ mercedē opor-
tuit. i. cōueniēs fuit eos recipe: vt qꝛ qđ
natura monebat ne facerēt / spreuerunt
creatorē: ⁊ adorauerīt creaturā / recte cō
paratū est vt ꝓ h nō naturali pctō / in nō
naturale pctm̄ ⁊ penā peccati ꝑcipitarē-
tur: ⁊ sicut qꝛ in nō naturali cultu creatu
re peccauerunt: per non naturalia pec-

> † al. facta.

cata puniti sunt: sic q2 nõ pbauerũt deũ
habere in noticia.i. q2 nõ habuerũt deũ
in cognitione sua: quẽ merito cognoscẽ=
dũ ipsa natura pbabat.i.q2 in cognitio=
ne dei sibi naturaliter concessa abutẽ=
do ea per superbiam peccauerunt: ideo
oportunc cognitiõe põri amissa tradi=
dit illos de⁹ in reprobũ sensũ: q2 recto
sẽsu vti noluerũt. Tradidit inq3 ad hoc
vt faciãt ea q̃ nõ ↄueniũt.i.q̃ ipsa natura
satis aperte intelligeret nõ cõuenĩẽtia
esse. Primũ q2 ↄcessa cognitione abusi
sunt: putãtes hoc bonũ naturalis intel=
lectus a se ⁊ nõ a deo esse: priuati sũt cõ
cesso intellectu: ⁊ creatorẽ derelinquẽ=
do cõtra naturam creaturas coluerũt:
quare iterũ p naturalia puniti sũt. Sed
q2 adhuc nõ penituerũt post nõ natura=
lia: in alia mala precipitati sunt: sicut se
quit. Illos tradidit dñs ĩ reprobũ sen=
sum: illos dico repletos omni iniq̃tate:
q2 ⁊ oẽs iniq̃tates habuerũt et singulas
ad plenũ. Cũ dixit omĩ iniq̃tate: cõpre=
hẽdit oĩa q̃ sequunt: s3 vt magis illos de
terreat: singula genera iniquitatis enu=
merat dicẽs. Vere oĩ iniq̃tate: q2 reple=
tos malicia. Maliciose eni agebãt in p=
ximos: auferẽdo sua: vel verberib⁹ eos
afficiẽdo. Repletos etiã fornicatione:
Fornicatio qd ẽ. Fornicationẽ vocat quicq̃d fit preter le
gitimã vxorẽ: q̃ sicut causa generãde p=
lis: sic causa vitãde fornicationis duci
Repletos etiã auaricia: illicite retinen
do sua: vel cõcupiscẽdo aliena. et reple=
tos nequitia: vel a nequeo nequis: vel a
noĩe qd̃ est nequis dicit nequitia: q2 ne=
queũt se cõtinere ab illicitis. Qui aũt se
cõtinere nequit: nõ est dicẽdus aliquis.
Plenos etiã inuidia: q2 licet nõ sibi cu
piãt bona aliorũ: tñ eos nõ habere vellẽt
Homicidia fiũt dupliciter. hec bona. Plenos etiã homicidijs: que
nõ solũ manib⁹ sed tractatiõe ⁊ cõsensu
fiũt. Plenos ↄtẽtiõe: q2 iter se clamori=
bus ⁊ opprobrijs litigãt. Plenos dolo:
q2 ⁊ aliud agũt ⁊ aliud cogitãt. Plenos
malignitate: q2 ↄtraria benignitati sem
per in amaritudine animi sũt. Qui etiã
sunt susurrones: mala de primo ad pri
mũ transferentes occulte: detractores
etiã bona q̃ sunt auferentes: mala q̃ non
sunt imponẽtes: ne hec duo facilia vide
rent: q2 p verbis tm̃: nõ se crederent dã
nari: aggrauat hec duo dicẽs. Susurro
nes et detractores: odibiles deo. Eos
etiã dico ↄtumeliosos.i. ↄtumelias tur=
pitudis ĩferẽtes sibi vicissim. Supbos
id est se supponẽtes alijs: vl' supponere
cupientes. Elatos q̃ nec pares sibi: nec
se maiores pati possũt: vt cesar q̃ noluit Cesar ⁊ põpeius se iuicẽ compati nolebãt.
pati maiorẽ põpeiũ: nec põpeius parẽ si
bi cesarẽ. Inuẽtores etiã malorũ seu ma
larũ ↄsuetudinũ: seu tormẽtorũ. Nõ etiã
obediẽtes carnalib⁹ parẽtibus qd̃ natu
ra admonet etiã in pullis auiũ. Insipiẽ
tes.i. indiscreti ad bonũ ⁊ ad malũ. In=
cõpositos ⁊ vestimẽtis: ⁊ p ĩmodificatio
nẽ mẽbrorũ. Per hec eni que extra vide
mus: sic de interiorib⁹ pensamus. Sine
affectione.i. sine applicatione animi ad
aliqd̃ dignũ: absq3 federe.i. sine colliga
tione animi: q2 enim federa valẽt ad nu
trimentũ fidei vt semp multiplicarent:
prohibita sunt coniugia in eadẽ cogna=
tione: q̃ iam satis vinculo ppinquitatis
federata est. Qui etiã sũt sine misericor
dia: q2 si quos viderint miseros: non ha
bẽt ad eos viscera misericordie. In his
oĩbus gẽtiles p premissis pctĩs puniti
sũt: Sed q2 necdũ p hec penituerũt: pre
cipitati sũt in aliud malũ: vt excecati p=
mitterẽt sibi impunitatẽ pctõrũ. Vñ sic
ait. Qui gẽtiles excecati non intellexe=
rũt: q̃m illi qui talia agũt vt p̃dicta sũt:
digni sunt morte eterna. Hoc modo nõ
intellexerunt cũ p̃us naturaliter cogno
uissent iusticiã dei: qua cognitiõe priua
ti dicti sunt: q2 inde superbierũt. Digni
vtiq3 sunt morte: nõ solũ q̃ faciũt ea pre
dicta: sed etiã q̃ cõsentiũt faciẽtib⁹. Cõ Cõsentire pctĩs quid est.
sentire sm Ambrosiũ est si que possit re=
prehẽdere taceat: aut hec audiẽs adule
tur: Si ergo faciẽtes p̃dicta mala: ⁊ cõ
sentientes eis dãnatione digni sunt: ne
mo gentiliũ mortẽ hanc euadet. Cap. ij.

Propter qd̃ inexcu=
sabilis es o homo
oĩnis qui iudicas.
In quo eni alterũ
iudicas, teipsum cõ
dẽnas. Eadẽ enim
agis que iudicas. Scim⁹ eni q̃m
iudiciũ dei est sm veritatẽ in eos q̃
talia agunt. Existimas autẽ hoc o
homo qui iudicas eos q̃ talia agũt
et facis ea: q2 tu effugies iudicium

dei? An diuitias bonitatis eius et
patientie, et longanimitatis conte-
mnis? Ignoras qm benignitas dei
ad patientiã adducit? Scdm autẽ
duritiã tuã et impenitẽs cor thesau
rizas tibi irã i die ire et reuelatio
nis iustitiã iudicij dei: qui reddet
vnicuiqꝫ fm opera eius. His qui-
dẽ qui fm patientiã boni opis glo
riã et honorẽ et corruptionẽ quereti
bus vitã eternã. His autẽ qui sũt
ex cõtentione et qui nõ acquiescũt
veritati, credũt autẽ iniquitati: ira
et idignatio, tribulatio et angustia
in omnẽ animã hoĩs operãtis ma-
lũ: iudei primũ et greci. Gloria au
tẽ et honor et pax omni operanti bo
num: iudeo primũ et greco. Nõ eni
est acceptio personarũ apud deũ.
Quicũqꝫ eni sine lege peccauerũt:
sine lege peribũt: et quicũqꝫ in lege
peccauerunt, per legẽ iudicabunt.
Non eni auditores legis iusti sunt
apud deũ: sed factores legis iusti-
ficabunt. Cum eni gẽtes que legẽ
non habẽt naturaliter ea que legis
sunt faciũt: eiusmodi i legẽ nõ habẽ
tes ipsi sibi sunt lex: qui ostendunt
opus legis scriptũ in cordib9 suis
testimoniũ reddẽte illis cõscientia
ipsoꝝ, et inter se iuicẽ cogitationũ
accusantiũ aut etiã defendentiũ: in
die cũ iudicabit deus occulta ho-
minũ fm euãgelium meum per ie-
sum christũ. Si autem tu iudeus
cognominaris: et requiescis i lege:
et gloriaris in deo: et nosti volunta
tẽ eius: et pbas vtiliora instructus
per legem: cõfidis teipsum esse du-
cem cecorũ, lumen eorum qui in te
nebris sũt: eruditorem insipiẽtiũ:
magistrũ infantiũ, habentẽ formã
sciẽtie et veritatis in lege: qui ergo
alium doces, teipsum non doces.
Qui predicas non furandum fura
ris: qui dicis nõ mechandũ mecha
ris. Qui abominaris idola: sacrile
gium facis. Qui in lege gloriaris:
per preuaricationẽ legis deũ inho
noras. Nomen eni dei p vos blas-
phemat inter gẽtes: sicut scriptum
est. Circuncisio quidẽ prodest si le
gem obserues: si autem preuarica-
tor legis sis: circuncisio tua prepu
ciũ facta est. Si igit prepuciũ iusti
cias legis custodiat: nonne prepu-
cium illius in circũcisionẽ reputa-
bitur? et iudicabit id qd ex natura
est prepuciũ legẽ ꝯsummãs te: qui
per litterã et circũcisionẽ preuarica
tor es legis. Non eni qui in mani-
festo iude9 est: neqꝫ que in manife-
sto i carne ẽ circũcisio: sed qui in ab
scõdito iudeus est: et circũcisio cor
dis in spũ non littera: cui9 laus nõ
ex hominibus, sed ex deo est.

Decusqꝫ gẽtiles fm priorẽ sta-
tũ satis dehonestauit: ostenso
ꝙ de ignorãtia excusari nõ pos
sũt: cũ naturaliter cognitionẽ
de deo habuerũt qua ꝓpter peccatũ pri
uati sunt. Hoc autẽ de solis gẽtilib9 di-
ctũ trãsfundit: hic i vtrosqꝫ .i. in iudeos
et gẽtiles: dicẽs vtrũqꝫ pplm inexcusa-
bilẽ: qꝛ si iudeus dicat se fuisse peculia-
rẽ pplm dei de genere abrae natum, le-
gẽ et ꝓphetas habuisse, cũqꝫ sic deo di
lectus sit nõ esse credendũ: ꝙ de9 hunc
permittat perire adeo dilectũ licet erra
uerit: improperetqꝫ gẽtili ꝙ saluatione
indignus sit: cui9 nec aliqñ de9 memor
fuerit. Si vero ecõuerso dicat gẽtilis
iudeũ salute indignũ, qꝛ cum deũ p legẽ
cognouerit, sicut deũ glorificare noluit
seqꝫ ideo ꝓferẽdũ putet iudeo: qꝛ ꝙcito
de deo audiuit: statim credidit. neqꝫ
reũ esse eoꝝ que p ignorantiã peccauit:
cõtra vtrũqꝫ agit apl's: dicẽs gentilẽ de
ignorãtia inexcusabilẽ, qꝛ naturalẽ ha-
buit cognitionẽ: iudeũ vero frustra in le
ge vel genere gloriari: cũ semp deterior

fuerit: vnde meliorari debuerit / puaricando legē fide degenerādo ab abraā: ꝛ similia. qsi diceret. Propter qđ.i. qꝛ q̄ faciunt ꝛ qui cōsentiunt / digni sunt morte: ideo tu homo vnanimiter viuēs ꝛ intelligēs / oīs iudeus ꝛ gētilis / inexcusabilis es / tu dico q̄ iudicas.i. dānas aliū Si enī tu iudeus dicis te pferendū gentili / qꝛ dilectus deo fueris / quem dicis nec aliquādo memorem fuisse gentilis. Uel si tu gētilis preferas te excusatū p ignorantiā iudeo / qui deū per legē sibi cognitū inhonorauit / vterq̄ inexcusabilis es: et gētilis / qꝛ naturalē cognitionem habuit: ꝛ iudeus quē lex ꝛ naturalis itellect⁹ de deo docuit. Uere vterq̄ inexcusabilis es / qꝛ in eo cōdemnas te ipsum / in quo tu iudicas alterū: siue iudeus gentilē: siue gentilis iudeū. Si enī lex data dānat iudeum / qꝛ non custodiuit eam: lex naturalis similiter nō custodita / dānat gentilē. Uere teipsum condēnas. Nā tu agis eadē que iudicas.i. dānas in alio. Si enim tu iudeus p predictis gentilē putas damnandū / tibi vero eadē scelera agēti / pro lege / ꝛ genere putas esse parcēdum: frustra opinaris. Ecōtra / si tu gentilis dānas iudeum qꝛ legē habuit ꝛ nō custodiuit eā: in eo dānas teipsum preuaricatorē naturalis legis. Uere in quo iudicas alterū: dānas teipsum. Nam nos qui auctoritatis magne sumus / scimus hoc qm̄ ꝯtra eos qui agūt talia sicut predicta sunt est iudiciū dei non ẜm ignorātiam quam tu gētilis frustra pretendis. Nec ẜm genus abrae in quo tu iudee gloriaris: sed ẜm puram veritatem.i. ẜm actus singuloꝝ: iudei ꝛ gētilis. Nos scimus / tu autē existimas: id est falso opinaris hoc o homo seu iudeus seu gentilis / qui iudicas eos q̄ talia agunt que predicta sunt: ꝛ ea tuipse facis. Hoc inq̄ existimas qꝛ tu effugies iudiciū dei.i. vnde alium dānandū iudicas / ex eodem te impunitū euadere credis: Primū qꝛ putāt fieri iudicium dei ẜm dignitatē vel indignitatē personaꝝ et nō ẜm opa: cadunt in hoc malū / q̄ impunitatē sibi pollicētur: ꝛ iterū per malū īpunitatis sibi pmisse ruunt in aliud / in hoc scilicet q̄ abutunꝭ bonitate ꝛ patientia dei: qđ ibi supra ait / quia tu effugies iudiciū dei / idē supra significauerat / vbi ait. Non intellexerūt qm̄ q̄ talia agunt digni sunt morte: in vtroq̄ agens de īpunitate quā sibi pmittunt: Sed ibi tm̄ de gentilibus: hic vero de vtrisq̄ intelligit: ꝛ ante putando te effugere iudiciū dei contēnis diuitias ei⁹ bonitatis. dictū a similitudine potētis: qui si porrigeret cibū alicui: ille vero cui porrigeretꝭ indignās eo vti pijceret eū / videretꝭ sic spernere: non cibū / sed datorem cibi. Sic ille q̄ abutiꝭ bonitate dei: nō vtens ea ad correctionē ad quā de⁹ dat: hic reus est nō tm̄ preteritoꝝ: sed etiā cōtēpte maiestatis. Diuitias bonitatis ideo dicit: qꝛ de⁹ ꝛ tpalia abunde dat malis / q̄bus nec digni essent: vt ꝯsiderātes benignitatē dei reuertanꝭ ad eū. Dat etiam magistros q̄ doceāt: et intelligētiā qua ad deū reuerti bonū esse sciant: ꝛ multa alia: An diuitias bonitatis ei⁹ cōtēnis: et diuitias patiētie eius: quia nō in vno sed in mille peccatis te patiꝭ: ꝛ diuitias lōganimitatis / qꝛ per multa tēpora correctionē tuā sustinet: contēnis inq̄ ignorās qm̄ benignitas dei per bonitatē / patientiā / ꝛ lōganimitatē q̄tū in se est: adducit te ad penitentiā. Benignitas dei q̄tū in se est: vocat te ad penitentiā: sed ẜm duritiā tuam.i. ẜm actus tuos obstinatos in malo: ꝛ ẜm cor tuū impenitēs: qꝛ nec a malo opere recedis: nec te male operari intelligis. Sūt enī quidā in malis opibus obstinati / q̄ tm̄ se male agere credunt. Tu inq̄ ẜm cor impenitēs: thesaurizas tibi iram.i. ꝯgregas tibi ppriā dānationē futurā in die ire.i. cōis dānationis impioꝝ. Die enī reuelatiōis iusti iudicij dei: qꝛ in die illo xp̄s esse iudex omniū credeꝭ ab impijs / q̄ semp hoc negauerūt. Tunc enī videbit eū oīs caro: qui deus reddet tūc vnicuiq̄ / ꝛ iudeo ꝛ gētili: ẜm opa eius / non parcēs gētili p ignorātia: nec saluās iudeū p lege / vel genere abraā. Qđ dixit in toto: p partes exequitur dicens. Unicuiq̄ reddet ẜm opa. Hijs quidē qui sūt boni opis.i. qui bene operati sūt ẜm patiētiā.i. nō abutētes patiētia dei: sed corrigētes se cū sustinerenꝭ a deo. Uel ẜm patientiā: quia equanimiter tolerauerunt quecūq̄ aduersa p deo. His vtiq̄ reddet gloriā.i. claritatē corpis et illuminationē aīe: et reddet honorem: qꝛ in psentia xp̄i inter honorabiles: qꝛ cū angelis dei reddet etiā incorruptionē.i. pmanentē statū in

glīa ⁊ honore: q̄ per horā habere possēt
et ꝑdere. His cū hac determinatiōe di=
co querētib⁹ vitā eternā.i.si bene operē
tur amore vite eterne nō querētes inde
tp̄alia lucra vel gloriā mūdi: his q̄ sunt
boni operis sic reddet. His autē q̄ sunt
ex cōtētione.i.qui se contētiose alterna
tim preferūt: hoc vitium maxime repo=
scit: q2 in hoc laborabant, et ab hoc eos
deterrere nitit̄. His inq̄ꝫ qui contēdunt
et qui nō acquiescunt veritati: qn̄ bonū
suadet̄ eis: vt romani qui nolebāt acq̄e
scere discipulis pauli: sed credūt iniqui
tati: preferētes se alter alteri: his vtiq̄ꝫ
erit ira.i.eterna dānatio: ⁊ talis ira que
sit indignatio: Impij enim i ignē positi
grauiter indignabunt̄ sibiipsis ꝙ male
egerint: ⁊ interim dū illud iudiciū mo=
rabit̄ in omnē animā hois operātis ma
lū. iudei dico primū.i. maxime operātis
malū: q2 et naturalis et date legis reus
est: ⁊ greci.i.gentilis qui de naturali le=
ge solū arguit̄: in animā operātis malū
iudei indifferēter ⁊ greci erit tribulatio
id est dānatio ⁊ angustia. Hoc est illud
qđ dixit indignatio: quia determiat de
malo q̄d fieret: ⁊ post iudiciū ⁊ ante: De
bono vero nō ante sed post iudiciū dicit
quid illi futurū sit interim dū veniat̄ ad
iudiciū. Operāti malū erit tribulatio:
Omni vero operanti bonū: iudeo ſm tē
pus primū bene operāti. In iudea eni
principiū habuit ecclīa xp̄i: et greco.i.
gētili posterius: tp̄e operanti bonū: erit
glīa.i.illa claritas et honor: q2 inter ho=
norabiles erit: ⁊ pax.i.in gloria ⁊ hono=
re diuturna trāquillitas. Uere iudeo ⁊
gētili indifferēter dabit̄ glīa: solūmodo
bene operati sint. Nam apud deū nō est
acceptio personaꝝ vt iudeū male agen=
tem saluet: q2 habuit legē: gentilē bene
meritum reprobet: q2 non fuit de carne
abrae: cui⁹ fidē melius est imitari q̄ꝫ ab
eo lineā generis trahere: cum multi de
abraā carne in gētes trāsierint. Multi
vero de gētibus fidē abrae imitando: se
dignos ꝓmissionib⁹ abrae fecerint: ⁊ in
iudeos reputati sint vt ꝓseliti. Probat
deū nō accipere personā iudei seu gēti=
lis: q2 vtrū q̄ꝫ iudicabit: et modū iudicij
futuri in vtrun q̄ꝫ exponit dicens. Uere
apud deū non est acceptio ꝑsonaꝝ: q2 iu
dicat oēs: ⁊ eos qui sine lege: ⁊ eos qui ī
lege sunt. Quicū q̄ꝫ eni peccauerūt sine

lege.i.nō habētes legē scriptā: ipsi peri=
bunt sine lege.i.dānabunt̄. nō de ꝑuari
catione scripte legis: sed tn̄ naturalis.
Hoc de gētilib⁹ dictū est: ⁊ q̄cun q̄ꝫ pec=
cauerunt in lege.i.habētes legē scriptā
vt iudei: ipsi iudicabunt̄ per legem.i.de
preuaricatiōe date legis adiuncta pec=
catis eoꝝ dānabunt̄. Opponeret iude⁹
licet trāsgressus in lege fuerit: se tū non
dānari: sed parcēdum sibi a deo. Cōtra
hoc paulus. Uere habētes legē de pctō
iudicabunt̄: qm̄ apud deū nō sunt iusti: ⁊
si apud hoīes reuereātur auditores le=
gis.i.qui solūmodo legē audierunt: nec
eā operati sunt vt iudei: sed factores le
gis: siue eā audierint: siue eā solūmodo
opati sint: illi iustificabūtur: seu fuerint
gētiles seu iudei: solūmodo opus legis
cōpleuerūt. Hic versus qui sequit̄: solū
modo de gētilib⁹ agit: ꝓbās eos salua=
ri per legē naturalē: faciētes eadē que
sūt scripte legis: ⁊ dānari si nō fecerint.
De vtro q̄ꝫ agit hic ꝟsus: ⁊ de salute gē=
tiliū ꝓpter opus legis: ⁊ de dānatiōe eo
rundē si non operati sint legē: ac si oppo
neret̄ paulo. Dicis q2 quicū q̄ꝫ factores
legis fuerint saluabunt̄: sed gentiles sal
uari nō debēt: q2 etiam si opus legis fa=
ciunt: indifferēter hoc faciunt: nō ducti
ratiōe: † sed casu †. vt illi qui de nullis ꝑ ar. † no=
scripturas instructi sint. Cōtra hoc pau mine.
lus. Uere gētiles si fuerint factores le= ar. † cā.
gis iustificabunt̄: ⁊ ecōtra si malū opati
sint: ira et indignatiōe dānabunt̄: ex me
rito debēt saluari ꝓ bono: ⁊ puniri ꝓ ma
lo. Quia ipsi sibi sūt lex.i. naturalē legē
in seipsis habēt: ipsi dico nō habētes le
gē eiusmodi.i.scriptā sicut iudei: ⁊ vere
ipsi sibi sūt lex: cū hoc sit ꝙ gētes que le
gem scriptā nō habēt.i. gētiles faciunt
ea que sūt legis scripte.i.que scripta lex
precipit: naturaliter.i.naturalē legē se=
quētes. Nec indifferēter ea q̄ legis sunt
faciunt: q2 qui ostēdunt ꝑ opatione scri
ptū esse in cordib⁹ suis opus legis: dese
rēdo mala: adherēdo bonis. Hoc enim Op⁹ le=
est opus legis: declinare a malo ⁊ face gis q̄d ē.
re bonū: ꝙ si ꝑ legē naturalē nō creditis
gētiles saluari: nihil hoc salutē eoꝝ im=
pedit: q2 in die cū iudicabit deus: appa
rebit opus legis scriptū fuisse ī cordib⁹
eoꝝ. Tunc in illo die ꝯsciētia ipsoꝝ que
tunc oīb⁹ palā fiet (ibi eni singuloꝝ opa
oīb⁹ palā erūt) reddēte illis testimoniū

de bonis seu malis q̄ fecerunt. Multos eni testes tunc habebūt: cū ꝯsciētia coꝝ nemini occultabit: ⁊ sicut de opibus: sic cōsciētia coꝝ reddēte illis testimoniū cogitationū: q2 sicut opa: sic iustificabū tur etiā cogitata. Cogitationū dico accusantiū eos si male sint: aut etiā defen dētiū eos si bone sint: ⁊ hoc inter se. q2 q̄ mala fuerint: accusabūt bona ⁊ inuicē: quia ecōtrario bona impugnabūt mala. Hec pugna fiet illis quoꝝ bona vl' mala incerta sunt: sed in qbus bona sine ad mixtione maloꝝ certa sunt vt in sctis. et in qb⁹ mala sine refrigerio bonoꝝ certa sūt vt in valde malis: in his nō erit accusationis hui⁹: vl' defensiōis colluctatio sed certa sal⁹ valde bonis: idubitata dānatio valde malis: hoc autē testimoniū operū ⁊ cogitationū reddet illis sua cōsciētia i die illo cū iudicabit de⁹ occulta omniū hoīm. i. incerta eoꝝ vel bona vel mala. Judicabit vtiq3 per iesū christū: qui constitutus est iudex omniū fm euāgelium meum. i. fm q ego annuncio: q2 de⁹ per christū iudicabit oīa. Probauit gētilē posse saluari: naturaliter facientē opus scripte legis. Nunc autem probare incipit nihil prodesse iudeo q iudeus dict⁹ est qui legē ⁊ circūcisionē habuit: nisi opus legis et circūcisionis ipleuerit dicēs: gētilis legem naturalē habuit: tu autē iudeus: et naturalē ⁊ scriptā legē habuisti. Considerādū est q de iudeo et gentibus fm priorem statum agat apostolus. Tu inq3 cognominaris iudeus. i. hoc dignitatis cognomen habes: q iude⁹ diceris: ante Judā machabeū illi solū de tribu iuda iudei vocabātur: israel aūt oēs dicebant: sed a Juda machabeo ꝑpter probitatem eius dicti sunt oēs iudei. Cōcedo ait paulus te cognominari iudeū: q2 tu requiescis in legē. Alie eni gētes erronee sunt: nō habētes documēta vite: sed tu quietē habes in sciētia legis: ⁊ gloriaris in deo: q2 in israel tantū dicit not⁹ de⁹. Alie gētes quasi sine deo sunt: vnde te iactando gloriaris. Nosti et voluntatē ei⁹ dei: qd fieri velit: qd nō fieri. Et tu instruct⁹ p legē ꝓbas vtiliora. i. de vtilib⁹ legis vtiliora discernere nosti. Cōfidis etiā teipsum esse ducē cecoꝝ gētiliū: q2 si q de gētilib⁹ in iudaismū transire voluerint: doces eos obseruare sabbatū: ⁊ cetera legis: cū adhuc nescientes qd hec significant ceci sint. Cōfidis etiā te esse lumen coꝝ: qui in tenebris sunt: cū enim illi obseruauerint sabbatum: adhuc ignorantes misteriū sabbati: illuminas eos docendo qd hec significet: et ad qd valeāt et sic de tenebris ignorātie educis. Confidis etiā te esse eruditorē insipiētiū iudeoꝝ: q2 si qui in lege insipiētes sint: doces eos esse sapientes. Confidis etiā te esse magistrū infantiū: q2 si qd simplices nec fari de lege nouerint: doces eos disputare de lege. te etiā habentem formā sciencie: q2 si qs velit cōsiderare de lege quāta sit: sciat eā tantā esse quāta sciētia tua in ea est: habentē etiā formā veritatis in lege: q2 et sciētia legis: ⁊ q̄cūq3 docet vera esse nosti. Possumus eni habere scientiā Ouidij: nec tñ vera esse scimus q̄ ibi narrata intelligimus. Ergo quoniā quidē dux es cecoꝝ: ⁊ de doctrina legis illuminans eos: tu qui aliū doces: quare nō doces teipsum? Sic cū debes per legē proficere: reijciendo opus legis: ampli⁹ reus esse conuinceris. Tu etiā q predicas nō furandū: quare furaris? furabantur inter se iudei res suas plerūq3: quod autē deteri⁹ est furabant sanū intellectū de lege. Tu etiā q dicis nō esse mechādū: quare mecharis? Mechabant ad litteram: mechabant etiam adulterinū intellectū ponētes in lege: postq3 sanū sensum legis furati fuerant Tu etiā q abbominaris idola. i. qui gētiles colētes idola: nec hoīes vocādos esse iudicas: quare sacrilegiū facis. i. tu ipse quare colis idola? Plerūq3 eni iudei ad culturā idoloꝝ lapsi sunt: faciebant sacrilegiū: denegātes christo cultū suū. Sacrilegiū eni ē creaturā: qd naturaliter creatori debet/ negare: cultū scilicet deo. Tu etiā q gloriaris i lege. i. q iactas te solū legē habuisse: quare inhonoras deū p preuaricationē legis? Preuaricari est in lege: nō facere que facienda precipit: ⁊ facere que fieri interdicit Judei autē deserēdo legem: faciēdo cōtraria legi: deū inhonorabant: q̄tum ad opinionē hominū: nihil tamē glorie ei⁹ detrahētes. Uere deū inq̄tū vobis est inhonoratis: q2 nomē dei blasphemat p vos inter gētes. Cū eni gētes videant vos cōtraria legi facere: iusticiā dei prophanare: cibis gētiliū cōmunicare: ⁊ si-

Judei vnde dicuntur.

Judeus qualiter dicat eē dux cecorū.

Judei dicuntur mechari dupliciter

Sacrilegiū qd est.

Preuaricari in lege qd est

milia:dicūt/⁊ putāt deū ſic vos inſtituiſ
ſe:nec ſatis ꝓuide tales cultui ſuo dele
giſſe. Hoc ezechiel dixit:licet alijs ver=
bis/de iudeis inter gētes diſperſis trāſ
euntibus ad idolatriā. Unde Paulus
ſic ait. Hoc ꝙ dico deū blaſphemari per
vos:iter gētes dico ſicut ſcriptū ē. Scri
ptura enī in hac re teſtimoniū mihi ꝓhi
bet:⁊ qꝛ preuaricatꝰ es in lege: idō circū
ciſio tua prepuciū facta eſt.i.nō plus va
let te eſſe circūciſum: q̄ gētilem prepu=
ciatum. Sicut ſuperiꝰ abſtulit nihil pro=
deſſe ꝙ iudeꝰ vocaret̄:q̄ꝫ legem habe=
ret: ita probat hic nihil valere circun=
ciſionē:illi qui circūciſionis myſterium
nō impleuerit. Illa enī abſciſio carnis
ſignificat carnalem generationē que in
peccatis eſt debere abſcindi:⁊ ſpiritua
lem generationē exinde eē tenēdam. Di
ceret iudeus. Si circunciſio ſit prepuci
um: ꝓ nihilo data eſt:cum nō ꝓſit. Con=
tra hoc Paulus. Circunciſio quidē pro
deſt:ſi obſerues legem circunciſionis.i.
ſi quomō circunciſio ſignat:oīa vitia a
te circūcidas:prodeſt quidem obſerua=
ta lege/ſed ſi ſis preuaricator legis cir=
cūciſionis:non abſcidēdo vitia cordis:
circūciſio tua ſic facta eſt prepucium.i.
nō eſt vtilior tibi q̄ prepucium gentili.
Circūciſio dicitur ipa mūdicia carnis. Circūci=ſio qd ſignificat.
Prepucium.i. caro q̄ amputabatur dr
ipa immundicia:qꝛ caro ipſa reclinato=
rium ſit libidinis. Et qꝛ circūciſio lege
circumciſiōis non obſeruata ſit prepuci
um:igitur ꝑpucium ſi iuſticias legis cir
cumciſiōis cuſtodiat:fiet circūciſio. Sꝫ
ne aliq̄s audeat cōtradicere:ponit ſub
interrogatione dicēs. Si ꝑpuciū.i.gēti
lis quē tu ipſam immundiciā iudicas.te
autē circumciſionē.i.ipſam mundiciā.
ſi inq̄ꝫ ꝑpuciū cuſtodiat iuſticias legis
circumciſiōis:ꝙ vitia cordis abſcīdat:
etiam carne nō amputata:nōne prepuci
um illiꝰ cuſtodientis legem circumciſio
nis reputabit̄ in circumciſionē?i. nōne
ſic ꝓderit illi quēadmodum circūciſo
lex cuſtodita circumciſiōis?⁊ nonne pre
puciū qd eſt cōſummās.i.implens legē
circūciſionis:⁊ hoc ex natura.i. ꝑ natu=
ralē legē iudicabit.i.dānabit te cōpara=
tiōe ſui:te dico q̄ es preuaricator legis
ſeruate per litterā:qꝛ litteralē cuſtodiā
eligis:⁊ ſpiritualē reijcis:preuaricator
etiam es ꝑ circūciſionē in carne habitā

et in corde nō obſeruatā?. Uere circum=
ciſio fit prepucium. Nam qui in manife=
ſto.i.ſolo nomine iudeꝰ eſt:hic nō ē cre=
dēdus eſſe iudeꝰ:neq̄ꝫ circūciſio que ē
in manifeſto:⁊ ita ꝙ in carne tm̄:⁊ nō in
corde:hec nō eſt dicēda circūciſio. Pro
bat iterū ꝙ ꝑpucium (ſicut dictum eſt)
fiet circūciſio:dicens. Iudeꝰ in manife
ſto nō eſt iudeꝰ:ſꝫ ille q̄ in abſcōdito.i.ī
operꝝ exhibitiōe iudeꝰ eſt:⁊ ſi non voce=
tur hoc noīe:⁊ circumciſio cordis facta
in ſpiritu.i.ſpiritualiter impleta:non in
littera.i.nō litteraliter:vt carnalis. Hec
vtiq̄ꝫ ſpiritualis eſt ⁊ vera circumciſio.
Laus cuiꝰ.i.que laudabilis circumci=
ſio:non eſt ex hoībus ſed ē ex deo. Deꝰ
enīꝫ ſolus iuſticiam cordis dare poteſt:
homines vero amputare carnē:et nihil
aliud poſſunt. Capitulum.iij.

QUid ergo āpliꝰ iu=
deo ē:aut q̄ vtilitas
circūciſiōis? Mul
tum per omnē mo=
dum. Primū qui=
dem:qꝛ credita ſūt
illis eloquia dei. Quid enī ſi qui=
dam illorū nō crediderunt? Nūq̇d
incredulitas illoꝝ fidē dei euacua
uit? Abſit. Eſt autem deus verax:
oīs autē homo mendax:ſicut ſcri
ptum eſt:vt iuſtificeris in ſermoni Ps.l.
bus tuis:⁊ vīcas cū iudicaris. Si
autē iniquitas noſtra iuſticiā dei
commendat:quid dicemus? Nun
quid iniquus eſt deꝰ qui īfert irā?
Scdm̄ hoīem dico. Abſit. Allio=
qui quō iudicabit deus hunc mun
dū? Si enim veritas dei in meo mē
dacio abūdauit in gl'iaꝫ ipīus:q̇d
adhuc ⁊ ego tāq̄ꝫ peccator iudicor?
et non ſicut blaſphemamur.⁊ ſicut
aiunt quidam nos dicere faciamꝰ
mala vt veniant bona:quorū dam
natio iuſta ē. Quid ergo? Precel=
limus eos? Nequaq̄ꝫ. Cauſati enī
ſumus iudeos et grecos oīes ſub
pctō eſſe:ſicut ſcriptum eſt. Quia

non est iustus quisq̧: non est intelligens: non est requirens deū. Omnes declinauerūt simul: inutiles facti sunt: nō est qui faciat bonū: non est vsq̧ ad vnum. Sepulchrum patens est guttur eorum: linguis suis dolose agebāt: venenum aspidum sub labijs eorum. Quorū os maledictione ꝛ amaritudine plenum est: veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Contritio et infelicitas in vijs eorū: ꝛ viam pacis non cognouerūt: non est timor dei ante oculos eorū. Scimus autem: quoniā quecunq̧ lex loquitur his qui in lege sunt loquit: vt omne os obstruatur: et subditus fiat omnis mund⁹ deo: q꞉ ex operibus legis nō iustificabit oīs caro coram illo. Per legem enim cognitio peccati. Nunc autē iusticia dei sine lege manifesta est: testificata a lege ꝛ prophetis. Iusticia autem dei per fidem iesu xp̄i: in omnes ꝛ sup omnes qui credunt in eū. Non enī est distinctio. Oēs enim peccauerūt: ꝛ egent gratia dei iustificati gratis per gratiam ipsius: per redemptionem que est in christo iesu: quē proposuit deus ꝓpiciatorem per fidē in sanguine ipsius / ad ostēsionem iusticie sue: propter remissionē precedentium delictorū in sustentatione dei ad ostensionem iusticie eius in hoc tempore: vt sit ipse iustus et iustificans eum qui ex fide est iesu xp̄i. Ubi ē ergo gloriatio tua? Exclusa est. Per quam legem? Factorum? Non. Sed per legē fidei. Arbitramur enim iustificari hominē per fidem sine operibus legis. An iudeorum deus tantum? Nonne ꝛ gentium? Immo et gentium. Qm̄ quidem vnus est de⁹ qui iustificat circūcisionē ex fide: ꝛ ꝑpuciū p fidē. Legē ergo destruim⁹ per fidē? Absit. Sed legē statuimus.

Expositio capituli tertij.

Quia ꝓbauit superi⁹ prepuciū fieri circūcisionē: ꝛ econuerso circūcisionē fieri ꝑpuciū / opponeret per hoc iudeus nihil plus sub veteri testamento statu collatū esse sibi / q̄ꝫ gentili. Ad hoc refellendum ait paulus inserendo obiectionē iudei q꞉ dixi prepuciū reputari in circūcisionem / ꝛ econuerso / ergo ꝓpter hoc dicturus est mihi. Quid amplius collatum eē iudeo in veteri statu q̄ꝫ gentili? Aut que vtilitas fuit circūcisionis iudeo cū gentili idem valeret prepuciū? Pro nihilo videret facta circūcisio / lex superflue data / si absq̧ his potuit bonum legis et circūcisionis haberi / sicut ostenditur in gentili. Habuit vtiq̧ iude⁹ in veteri statu multo ampli⁹ collatum sibi (etiam si nō obseruauit) q̄ꝫ gētilis / q꞉ enim circūcisus est ꝛ edoct⁹ de ceteris in lege / preparationes bone fuerūt / ꝛ quedā instructiones / ad intelligendū fidem xp̄i. Sꝫ gentilis nullam penitus instructionem preter naturalē intellectū habuit. Non tamen amplius dico iudeo q꞉ in fide xp̄i dignior habend⁹ sit gentili / sꝫ vtiq̧ magis preparatus ē ad fidem: quare si nō consensit fidei / magis dānatus q̄ꝫ gentilis. Si vero consensit / nō tamē gentilem dignitate fidei excessit. Queris q̄d amplius collatū sit iudeo. Mltū vtiq̧ / ꝛ p omnē modū / ꝛ s̄m aīam / ꝛ s̄m corpus / ꝛ in vnoquoq̧: ꝛ in corpe / ꝛ in anima mlta bona facta sunt iudeo / quorum nihil gentilis habuit. In corpore quia liberauit eos ab inimicis: ꝛ dedit eis terrā repromissionis ꝛc̄. In anima q꞉ instruxit eos per legem / ꝛ habuerūt cognitionē dei ꝛc̄. Et multa similia cōtulit eis / ꝛ in corpore ꝛ in aīa. De quibus ait paulus Multa quidē reponere possem ad comprobandū ampli⁹ eē collatū iudeo q̄ꝫ gentili: sed primum .i. q꞉ hoc precipuum est ad ꝓbādū qd intēdo ponā istud: iō ampli⁹ collatū eē iudeo / q꞉ credita .i. ꝓposita sunt illis ad instructionē eorum eloquia dei. Precepta que deus dedit i le-

ge ⁊ ꝓphetis. Cōtra hoc iudeꝰ iterum.
Per data eloquia ampliꝰ nō fuit iudeo
ꝙ̄ gētili / qꝛ nō credidit eloq̄s dei. Ue-
re ait paulꝰ ampliꝰ ꝑ credita eloquia fu
it iudeo / qꝛ si quidā illoꝝ iudeoꝝ nō cre
diderūt eloq̄s dei / ⁊ iō ſunt reprobati ſunt:
quid nocet ad hoc ꝙ non ſit ampliꝰ col-
latū iudeo ꝙ̄ gētili? Nihil vtiqꝫ īpedit /
qꝛ quantū in deo fuit / ꝓparauit eos ad
fidē / licet increduli ꝑmanſiſſent. Uere
ſi quidā illoꝝ nō crediderūt / nihil impe
dit / qꝛ deus qꝺ ꝓmiſerat ꝓpter icredu
litatē eoꝝ implere nō dimiſit. Nūquid
enim incredulitas eoꝝ quorūdam eua-
cuauit fidē .i. impletionē ꝓmiſſoꝝ dei?
Nihil vtiqꝫ eoꝝ que ꝓmiſit deꝰ inexple
tū dimiſit / ⁊ ideo nihil ampliꝰ impedit
habuiſſe iudeū / lꝫ quidam in increduli-
tate dānati ſint. Quero an ꝓpꝰ incredu
los euacuata ſit fides dei? Sed abſit h̄:
vt fides dei aliquo mō poſſit vel credat
euacuari / qꝛ lꝫ quidam illorum non cre
diderint / tamen deus eſt verax .i. imple-
toꝛ omniū que promiſit. Deus vtiqꝫ ve-
rax eſt / ſed oīs homo quicūqꝫ ſit / ſeu iu
deus ſeu gentilis / mendax eſt .i. pecca-
toꝛ. Deus enim ad ſaluandū veniēs / om
nem hominē ſub peccato repperit / et ſꝫ
merita ſalute indignū. Unde palā ē fidē
⁊ ſalutionē dei iudeis ⁊ gentilibꝰ eque
Mēdaciū dr̄ oē peccatū ꝓuenire ex gratia. Mendacium dr̄ om-
ne peccatū / qꝛ oīs creatura que natura-
liter obſequi debet creatoꝛi ſuo / cū trāſ
greditur mandatū dei / mendoſam facit
naturā ſuā / deſerens puritatē / in q̄ crea
ta eſt / Qꝛ deꝰ ſit verax aſſero etiā ꝑ ſcri
pture teſtimoniū. Hoc eni dico ſicut ſcri
ptum eſt de veritate dei in pſalmo. Deꝰ
Ps.l. ꝓculdubio verax eſt. Ait eni Dauid. Iu
ſtificeris in ſmonibus tuis .i. iuſtificādo
me verꝰ appareas in ꝓmiſſionibꝰ tuis.
Illud vt ad cōtinuationē pſalmi legit̄ i
quo agebat dauid multoꝝ criminū reꝰ /
vt de ꝓditione militis / de morte ꝓximi /
de illicita ꝯcupiſcentia ⁊ adulterio age
bat / vt hoꝝ oīm ꝯſequeretur veniā / de
qua certꝰ erat ꝑ repromiſſionem ſibi de
xp̄o factaꝫ / q̄ ad eos ſolū facta eſt q̄ per
xp̄m ſaluandi erāt / vnde cōfidit ſe ema-
culandū ab hoc crimine / alioquin enim
indignꝰ eſſet futura ſaluatione. Preter
ea notandū eſt qꝛ cū dauid nullū pretē-
dens meritū / ex ſola gratia confidat ſe
ſaluandū / ſeqꝫ in peccatis cōfiteat̄ / quo

nemo ſanctioꝛ vixit in lege / neminē ex
merito poſſe ſaluari / ſꝫ ꝑ ſolam gratiaꝫ.
Iuſtificeris vtiqꝫ in ſmonibꝰ tuis / ⁊ vi-
cas impios cū iudicaris ab illis nō eſſe
filiꝰ dei / cū vincas eos de hoc iuſtificā-
do hoies ſicut ꝓmiſiſti. Uel vincas cuꝫ
iudicaris .i. participaris alicui / vt mihi
Viūt eni me nō ſaluandū ꝓpter pctm̄ / lꝫ
mihi repromiſſus ſis. Hic quiddā igre-
ditur paulꝰ qꝺ ab incepto alienū videt̄ /
imponebatur eīm ſibi et alijs apoſtolis /
ꝙ docerent bonū eſſe peccare / qꝛ quāto
plura eſſēt peccata hoiꝫ / tāto glorioſioꝛ
appareret deꝰ / dimittens oīa quotq̄t
eſſent / accipientes inde occaſionem / qꝛ
vbi habundauit delictum / ſuperhabun
dauit ibi gratia / ⁊ ſimilia. Quod hic de-
ſtruere ingreditur paulus / et ſatis bene
ad rem. Dicenim probabit omnem ſalu
tem eſſe ex gratia dei / et nihil ex merito
hominis / dicens: Quia omnis hō men-
dax reus inuentus eſt: deus autem om-
nem reum iuſtificans ex gratia in ꝓmiſ
ſis verax eſt. Per hoc apparet ꝙ iniqui
tas noſtra commendat iuſticiaꝫ dei .i. cō
mendabilem facit deum / per ſolam gra-
tiam iuſtificantem homies a peccatis. ⁊
hoc vtiqꝫ verum eſt / quia quanto gratia
eius copioſioꝛ eſt in remiſſionem pecca
toꝛum / tanto proculdubio commendabi
lioꝛ eſt deus. Sed licet quecunqꝫ pecca
ta ſint dimittat / non tn̄ inde cauſam pec
candi dat. Iniquitas noſtra commēdat
deum / ſed ſi hoc eſt / ꝙ ex iniquitate nr̄a
commendabilioꝛ ſit deus / quid ad hec
dicemus? Mirabile quid videtur inde
conſequi / Ideo quid dicemus / qꝛ nun-
quid deus iniquus eſt / qui infert iraꝫ .i.
vltionem propter peccatum quod com-
mendabiliorē facit deum? Equitati vi-
detur hoc eſſe contrarium. Hoc ꝙ dico
non ſatis eſſe equum / qꝛ punit peccatū
quod commendat eum. ꝙ totum dico ſꝫ
hominem .i. ſm carnaliter intelligentē.
Sed ex me hoc dico / abſit hoc vt deus
iniquus ſit / quia peccatum punit. Et h̄
ꝓbat ab impoſſibili dicens. Uere deus
non eſt iniquus inferēs iram / quia alio-
quin .i. ſi deus iniquus eſſet / quomō iu-
dicabit hunc mundū? Non eſt credēduꝫ
vt ille qui cōſtitutꝰ eſt iudex totiꝰ mūdi:
iniquus ſit / ⁊ hoc īpoſſibile. Uere ſi ini-
quꝰ eſt deꝰ / mundū nō iudicabit / qꝛ nec
me ſoli. Me āt iō nō iudicabit de pecca

to/quia sic gloriam eius augeo. Si eniꝫ
in meo mēdacio. id est propter meū pec-
catum habundauit veritas dei. i. habū-
dātius ostenditur deus ex veritate pro-
missionis sue/dimisisse peccata. Habū-
dauit dico in glīa ipsius dei/qꝛ quanto
plura dimisit/tanto glosior de misicor-
dia cognoscitur. Si vtiqꝫ pctm̄ meū cau
sa est glīe eius/quid adhuc. i. quare etiā
in hoc mūdo et ego (vt alios omittā) iu
dicor. i. condēnor tāq̄ peccator? Debe-
rem de peccato hoc argui/in quo augeo
gloriā dei? Cur etiā nō facimus mala/
vt bona misericordie dei ꝑ hoc veniant
in augmentuꝫ/sicut nos blasphemamur
a quibusdam credere. Sicut etiam nos
aiūt illi quidē non solum credere sꝫ eti-
am dicere/⁊ predicare hoc alijs/facia-
mus mala. i. certatim peccemꝰ/vt veni-
ant bona. i. vt deus habeat quod multi-
pliciter remittat. Damnatio quoruꝫ ita
nos blasphemantium iusta est. i. iuste dā
nādi sunt ꝓ hac blasphemia. Qꝛ si ꝓ pec
cato blasphemie iudico hos debere dā
nari. constat qꝛ nō predico q̄ peccare bo
num sit. Hi autē qui sic sentiebāt in mia:
in mia esse gratiam dei predicabāt. Qꝛ
superius ꝓbatū est/omnem hominē esse
mendacem/⁊ iudeū ⁊ gentilē. Igitur o iu-
dee dic mihi/quid. i. que causa est qua-
re precellere debeamus eos gētiles in
saluationē? Nequaq̄ vtiqꝫ precellimus
eos. Vere nō precellimꝰ. Causati enim
sumus. i. conuenientibus causis ⁊ ratio
nibus approbauimus iudeos ⁊ gētiles
omnes (neminem excipio) esse non solū
in pctō/sed ita sub pctō depressos q̄ ne-
mo per se posset resurgere/sine grā ad-
iutrice. Probat de iudeis q̄ omnes sub
peccato sint dicens/In eo q̄ dico oms
iudeos sub peccato esse/scriptura mihi
testimonium perhibet. Hoc enim assero
sicut scriptum est in psalmo: quia non est
iustus quisq̄. Illud quia in ordine psal
mi legitur/nō est vtiqꝫ quisq̄ iustꝰ. i. de-
ferens malum/⁊ faciens bonuꝫ. Et hoc
ideo/qꝛ non est quisq̄ intelligēs. Ideo
autem non intelligunt/quia non est quis
q̄ requirēs deum. Qꝛ si deum require
rent/vtiqꝫ intelligerent: ⁊ intelligentes
sectarentur iusticiā. Nemo in iudeis iu
stus est/sed oēs declinauerūt male ope
rando in seipsis. quod nec sufficiēs fuit
illis/sed etiam facti sunt inutiles. i. de-
prauationi aliorꝫ intendentes/q̄ adeo
declinauerunt q̄ non est inter eos q̄ fa-
ciat bonum. Nec dico vt pluribus a bo-
no exclusis/aliqui in bono remaneāt/sꝫ
non est inter eos faciens bonum/eundo pš. xiij.
vsqꝫ ad vnum/qꝛ nec vnus faciēs bonū
inter eos relinquitur. Vl' non est faciēs
bonū/donec veniat ad vnū. i. ad christū
per fidē. Qui ei fide ad christū venerit/
hic vtiqꝫ bonū facit. Non est in eis q̄ bo-
num faciat/sed guttur eorum est patēs Ibidem
sepulchrū: qđ receptis cadaueribus fe-
tet/et adhuc ad recipiēda cadauera pa
tet. Sic illi ⁊ de priorībꝰ peccatis fetēt/
⁊ adhuc ad patranda scelera inhiant/et
(qđ aperte facere non possunt) agebāt li
guis suis dolose/aliud cogitādo/⁊ aliđ
simulando/⁊ sub labijs eorū. i. in corde
qđ ē sub labijs/est venenū aspidū/insa- pš. xiij.
nabile: qꝛ nemo q̄diu cōsenserit illis po ⁊ cxxxix
terit sanari. Os quorum iudeorū plenū ⁊ Deut.
est maledictione. Maledicebant ei chri xxxij. c.
sto/dicentes eum filium fabri/⁊ similia.
Plenum est etiam os eorum amaritudi Pš. ix.
ne. Amara verba dicebant inclamantes
Crucifige crucifige eū. Et pedes. i. affe Mar. x.
ctiones eorū iudeorꝫ sunt veloces ad ef- ⁊ Luce
fundendū sanguinem. Prius enim vo- xxiij. c.
luntate effuderunt sanguinem christi q̄
actu. Et quia adeo iniqui sunt. Ideo in
vijs. i. operibus eorum est cōtritio. i. mi- Iudei
sera per orbem eoruꝫ dispersio/facta ꝑ sūt ꝑ or-
romanos. Est etiā in operibus eorū in- bem.
felicitas. i. animarum damnatio/que so-
la infelicitas dicenda est. Et hoc totum
fuit eis ideo/qꝛ cognoscere noluerunt
viam pacis. i. christū/per quē itur ad ve-
ram pacē. Et sicut nō cognouerūt eū di-
lectione/sic nec etiā timore. Nō est eniꝫ
timor dei ante oculos eorū/qꝛ etiā si in
natura timorē dei haberent/⁊ deū timē
dum esse bene reminiscerentur: tamē ti-
morem dei tunc non habuerunt ante/sꝫ
post oculos/qꝛ contempserunt. Diceret
fortassis iudeus/hec dicta esse de genti
li. Contra qđ paulus. Tu iudeus fortas
sis arbitraris hec non eē dicta de te. Sꝫ
ego et quicunqꝫ sancti scimus/auctori-
ti quorū non est obnitendū. Scimus vti
qꝫ quoniā quecunqꝫ loquitur lex. i. psal-
mus iste/procul dubio loquitur his q̄ sūt
in lege. i. iudeis/hoc nos scire dicimus/
vt ꝑ hoc dictuꝫ/obstruatur oē os/Iudeo
eni ꝯuicto/nō est qui repugnet. cū gētilē

sub peccato nō dubium sit vlli. Et sic cō
uictis omnib⁹ subditus fiat omnis mun-
dus: tam in iudeis q̄ in gentilib⁹ deo. i.
confiteantur omnes/per solam gratiā
dei se saluari. Et iustū est vt omnis mū-
dus subditus sit deo/et nemo legi. quo-
niā non iustificabitur aliquis ex operi-
bus legis coram deo/ꝛ si in oculis hoīꝫ
iustus videatur. Sed omnis qui ē in le-
ge permanet ibi caro. i. carnalis. Uere
nemo iustificabitur ex operibus legis.
Nam per legē habetur cognitio pecca-
ti/ꝛ nō iustificatio a peccatis. Et si aliq̄
vt moises ꝛ dauid sub lege iustificati sūt
non hoc habuerūt ex lege/sed per fidem
christi/quem redemptorem credebāt et
expectabant. Sic omnes iusti sub veteri
lege non per legem sed per christū iusti
ficati sunt/quem credentes expectabāt
Hō superbiēdo cecidit. venturū. ¶ Nota in p̄ria cōditiōe hoīs/
hō superbiendo cecidit/quē de⁹ diu ex-
pectauit/vt si posset per naturalem itel-
lectum resurgeret/ad quod postq̄ hō se
inefficacē cōperit/dixit/q2 si legem ha-
beret/per quam mala a bonis/ꝛ ecōuer
so bona a malis discerneret/sic tandem
resurgere posset. Deus autem vt hoīem
vbiq̄ per se impotentē ostēderet/dedit
legem qua bona a malis discernere pos-
set/nec tamen sic liberari potuit. Deus
vtiq̄ sic futurū de homine bene cogno-
uerat/sed pro voto hominis ꝛ naturalē
itellectum dimisit/ꝛ postea legem indul
sit/vt per hec concessa non liberat⁹: cre
deret se nihil esse per se: ꝛ sic ad gratiā
dei confugeret/quam deus post natura
lem intellectum/post legē/q̄d ad iustifica
tionē non sufficiebant conuenienter in-
dulsit: post quā iā nec putari poterat ali
ud genus saluationis. Et quia p legem
sola cognitio pcti: igitur nūc tandē hoc
ostēso/manifesta iusticia ē dei sine lege
i. apertū est deū iustificare credentes/p
solam gratiam sine omni lege. Illud au
tē illatiuum est: que iusticia dei testifica
ta est/per gratiam fieri: a lege moisi/ꝛ a
ceteris prophetis. Probato q̄ iusticia
dei fiat sine lege/subiungit per que fiat.
Per fidem scilicet/ꝛ per effusionē san-
guinis christi dicens. Justicia dei nō fit
per legē: sed fit per fidē iesu xpi in oms
illos q̄ credunt. Quicunq̄ enim in xpm
credit: iustificabitur a peccatis: ꝛ etiam
sup oēs/q2 iustificat⁹ nunq̄ tantum me
reri potest/quin gratia dei meritum ei⁹
retribuendo superet. Uere omnes iusti
ficantur per fidem. Nam non est distin-
ctio vt hic iustificetur per meritum: hic
per gratiam/ꝑpterea nō est distinctio/
q2 oēs tā iudei q̄ gentiles peccauerūt:
vt supra ostensum est/ꝛ iō oēs egēt glīa
dei. i. iustificari per deū: i qua re glorio
sus apparet deus. Egebāt vtiq̄ gloria
dei/q2 iustificati sunt gratis sine merito
eorum: per gratiā ipsius. i. per effusionē
sancti spiritus/cuius gratia data est p
precedentem redemptionem/que est in
christo iesu. i. p datum preciū sanguinis
christi: quem iesum deus pater proposu
it. i. in propatulo hominem factum mū-
do exposuit propiciatorem. In xpo eni
de⁹ propiciatus est mūdo per fidē. i. his
qui sanam fidē de christo habēt. Propi
ciatorē etiam in sanguine ipsius christi/
quia nec fides sine effusione sanguinis:
nec sāguis sine fide ad salutē proficeret
Deus vtiq̄ sic ꝑposuit xpm ad ostēsio-
nem iusticie. i. vt ostenderet se iustum ꝛ
veracem propter remissionem delictoꝝ
ꝑcedētiū. i. vt remitteret delicta abrae
et iustorum precedentiā in sustentatio-
ne dei. Deus enim delicta eorum cū fie-
rent patienter sustinuit: donec in tempe
gratie purgaret illos ab eis. Proposu-
it etiam deus christum propiciatorē ad
ostensionem iusticie. i. iustificatiōis ei⁹.
scilicet vt in hoc tempore gratie omni-
bus satis ostensum esset: cum neq̄ natu-
ralis intellectus/neq̄ lex data a vincu-
lo peccati liberaret/quod solus de⁹ iu-
stificare posset. Hoc inq̄ ostenderet: vt
sit deus ipse iust⁹. i. verax in cōpletione
ꝑmissoꝝ. Et vt sit iustificans omnē eum
a pctis q̄ ē ex fide iesu xpi/Quādē (vt
supra ꝑbatū est:) oīs iusticia per fidem
est: ꝛ in oēs: Nō enī distinguitur iude⁹
a gentili/cū oēs eque peccauerint: ergo
o iudee/vbi est tua gloriatio? Non tibi
relinquitur vnde iam glorieris in lege/
cum per legem nulla iustificatio/sꝫ om-
nis p fidē. Propterea exclusa. i. ablata
est tua gl'iatio/qua per legem te prefe-
rebas gentili. Sed per quam legem ex-
clusa est gloriatio tue legis? An p simi-
lē legē factoꝝ ablata est? Lex vet⁹ erat
lex factorum: quia similiter necesse erat
in ea operari immolando: ceteros ritus
carnales obseruādo: velut in agro aut

vinea. Qꝫ si deus huic legi factorū aliā
similem legē superinduceret: videretur
incongruū et indifferēs / vt per facta: fa-
cta repelleret. Ideo ait nō per legē fa-
ctorum exclusa est gloria tua: sed ꝑ legē
fidei .i. per fidē iustificantem: cuius fidei
lex est euāgeliū. Uere per fidē excludi-
tur gloriatio tua / nam fides sola iustifi
cat / sine omni opere legis. Et huic loco
inserit auctoritatem dicens. Ego et iusti
mecum arbitramur iustificari hominem
ꝑ solam fidem / sine operibus legis .i. lz
nulla p̄cesserit opera legis / sola tamen
fides sufficit ad hominis iustificationē
Diceret iudeus: concedo per fidem iu-
stificari / sed solos iudeos. Contra hoc
paulus. Non ē credendū qꝫ deꝰ iudeos
solos per fidem iustificet. An enim deꝰ
creator est tm̄ iudeorum? Nōne sicut iu
deorum ita et gentium creator est? Non
solum iudeorum / immo etiā gentiū deꝰ
est. Qꝫ si eq̄ gentiles creauit vt iudeos:
constat deum vtrosqꝫ velle equaliter sal
uare. Uere qui deus ē iudeorum / ē deꝰ
gentiū / qm̄quidem vnus est deus omni
um: Qꝫ si vnꝰ tantum est deus / cōstat eū
dem esse deum gentium quem et iudeo-
rum. Quando quidem vnus gentiū et iu
deorum est creator. cōstat quia hic vnꝰ
idem est: qui iustificauit circūcisionem
.i. iudeos ex fide / et non per legē. Et qui
iustificauit prepucium .i. gentiles simili
ter per fidem. Hi qui insidiantur littere
dicunt quidam expressius notari / ꝑ hoc
qꝫ ait ex fide q̄ꝫ vbi ait per fidē. Uult eni
designare dicens ex fide: qꝫ nec etiā ali
quod initium iustificationis habuerint
iudei nisi ex fide. De gentibꝰ ꝟo qz nll'a
In li. de erat dubietas / non sic exp̄ssit: Sz Aug.
sp̄ū et lit dicit equipollere ex fide / et per fidē / cuz
tera. alibi dicat apostolus / iudeos ꝑ fidē / gē
tiles ex fide iustificari. Et quia dicimꝰ
per fidem solam iustificari / sine operibꝰ
legis. Ergo .i. an ꝑpter hoc destruimꝰ
legē per fidē inductam? Absit hoc vt fi-
des legē destruat / nos vtiqꝫ nō destrui-
mus / sed potiꝰ statuimus .i. stabilē et va-
lentē comprobamꝰ fuisse legē. Nisi eniz
fides sequeretur que iustificaret: pro
certo lex vetus irrita esset: qz neqꝫ res /
neqꝫ figura fieret. Sed modo valens eē
ꝓbatur / ꝑ h̄ qꝫ figurauit gratiā q̄ sic iu-
stificaret ꝑ fidem. Uult etiā comproba-
re per exemplum abrae qꝫ lex iustificare

nō possit / et ad hoc fides sola sufficiat / q̄
priusq̄ꝫ legem circūcisionis haberet / ꝑ
fidem solam iustificatus est / Dicens.

Capitulū quartum.

Quid ergo dicemꝰ
inuenisse abraā pa
trē nr̄m s̄m carnē?
Si enim abraā ex
operibꝰ legis iusti
ficatꝰ est: habz glo
riā: sed non apud deum. Quid eni
scriptura dicit? Credidit abraam Gen. xv
deo: et reputatū est illi ad iusticiaz. a. Gal.
Ei autē qui operatur / merces non iij. a. Ja
imputatur s̄m gratiā sed s̄m debi- co. ij. d.
tum. Ei vero q̄ nō operatur / credē
ti autez in eū qui iustificat impiū:
reputatur fides eiꝰ ad iusticiā s̄m
propositum gratie dei: sicut et da-
uid dicit beatitudinem hominis cui
deus accepto fert iusticiā sine ope-
ribus. Beati quorum remisse sunt Ps. xxxi
iniquitates: et quorū tecta sunt pec
cata. Beatus vir cui nō imputauit
dn̄s pctm̄. Btitudo ergo hec in cir
cūcisione tm̄ manet: an etiā in p̄pu
cio? Dicimꝰ eni: quia reputata est
abrae fides ad iusticiam. Quō er
go reputata est. In circūcisione: an
in p̄pucio? Nō in circūcisiōe: sz in
prepucio. Et signū accepit circūci
sionis signaculum iusticie fidei q̄
est in prepucio: vt sit pater omniuz
credētium per prepucium: vt repu-
tetur et illis ad iusticiā. Et † sit pa ar. † vt.
ter circūcisionis: nō his tantū qui
sunt ex circūcisione: sed et his q̄ se-
ctantur vestigia fidei: que est in pre
pucio patris nostri abrae. Non eni
ꝑ legem ꝓmissio abrae / aut semi-
ni eius vt heres esset mundi: sz per
iusticiam fidei. Si enim qui ex le-
ge heredes sūt / exinanita ē fides:

abolita est promissio. Lex enī irā operatur. Ubi enim nō est lex: nec preuaricatio. Jdō ex fide vt ſm gratiā firma sit promissio omni semini: non ei qui ex lege est solum: sed & ei qui ex fide est abrae qui pater ē omniū nostrum: sicut scriptum est.

Gene. xvij. a. & xviij. c.

Quia patrē multarū gentiū posui te ante deū cui credidisti: qui viuificat mortuos: & vocat ea que non sunt tanq̄ ea que sunt: Qui cōtra spem in spem credidit: vt fieret pater multarum gentium ſm qd dictum est ei.

ge. xiij. d. & xv. b. & xxij. c

Sic erit semē tuū: sicut stelle celi, & tāq̄ arena maris. Et nō infirmatus est in fide: nec cōsiderauit corp⁹ suū emortuū: cū iam fere cētū esset annorū, & emortuā vuluā sare. Jn repromissiōe etiam dei nō hesitauit diffidentia: sed cōfortat⁹ est fide dans gl'iam deo: plenissime sciens, q2 q̄cunq3 pmisit deus: potens est & facere: ideo & reputatum est illi ad iusticiā. Non est aūt scriptū tm̄ ppter ipm q2 reputatū est illi ad iusticiā: s3 & ppter nos: q̄b⁹ reputabitur credentib⁹ in eū: Qui suscitauit iesum xp̄m dn̄m nostrum a mortuis: Qui tradit⁹ ē ppter delicta nr̄a: Et resurrexit ppter iustificationem nostram.

Expositio capituli quarti.

Quoniā q̄d ē ex opib⁹ legis nulla iustificatio: s3 p fidē tm̄. Ergo q̄d dicem⁹? Abraā p̄rem nr̄m sic gētiū vt iudeo⁊ ſm fidem inuenisse ſm carnē. i. ſm carnalis legis obseruātiā? Uelita. Quid dicem⁹ inuenisse ex carnis circūcisione Abraā p̄re3 nr̄m. i. iudeo⁊, ſm carnē. i. ſm propaginē carnis, qui omniū credentiū pater ē ſm institutionē fidei. Nullā vtiq3 iustificationē ex operibus legis īuenit abraā. quod ita pbat, per quoddam inconueniens. Uere abraā nō est iustificatus p legē. Nā si iustificat⁹ esse credatur ex operib⁹ legis: habet quidem gloriam apud homines, sed nō apud deū gloriosus ē: q2 nec in cōspectu ei⁹ iustificatus est, q̄d impossibile ē, vt quilibet iustificat⁹ apd deū sit ingloriosus. Uelita. Si abraā iustificat⁹ est ex lege, habet inde referēdā gloriā meritis suis, sed nō apud deū. i. non esse hoc referendū gratie dei: sed derogare gratie dei, & derogantem iustificari qui iniust⁹ est, simul eē non possunt: Probauit per legem nō posse iustificari, p premissū inconueniens, probat per fidem iustificari, per sequentem auctoritatē dicēs. Jmpossibile est ex operib⁹ legis iustificari, s3 fides iustificat, teste scriptura. Quid ei scriptura dicit? Hoc scilicet Abraa3 credidit deo, & illud credere reputatū est ei ad iusticiam. i. per fidē qua deo credidit, meruit iustificari. Reputatū est, ideo dicit, q2 multotiens & diuersis tēporib⁹ repromisit h̄ illi de⁹ & nulla vice Abraam hesitauit, s3 semp credidit. Et dixit de abraā, eū. s. iustificatū per fidē, & nō p opa legis, adaptat oibus dicēs. Nō soli abrae hoc fit, nihil scil3 iustificationis inuenire ex operib⁹ legis, sed etiā omni ei qui operatur. i. q̄ legē ope⁊. i. veterem, & nō grām sequit̄. illi non computatur merces ſm gratia3. i. iste querit remunerari nō p grā3 dei: sed ſm debitum. i. ſm q̄ meritis operu3 suorū debet̄. Ei vero qui non operatur. i. qui legem operum non sequit̄, s3 credenti in eum q̄ iustificat impium. i. qui ex ipio si credidit facit iustu3: fides in q̄ ei⁹ credētis reputat̄ illi ad iusticiā: quia iustificatur sine oi merito: per solā fidē sicut supra ostensū est in abraam. Ul' aliter. Licet dixerim per fidē solā sine lege iustificari, tamē ei qui operatur. i. q̄ tempus h3 opandi non est vacandū ocio, s3 bene operando credendu3 est, venienti grē. Nō eni talib⁹ qui etatē operādi habēt imputat̄ merces: sed fit retributio, nō grā tm̄ sed ſm debitū. i. sic debēt mereri, vt p meritū adiuuēt gratiā. Ei vo q̄ nō operat̄. i. q̄ nō habet temp⁹ operandi vt pueri statim morientes, s3 credēti in eū qui per fidem iustificat impium, illi reputat̄ fides eius ad iusticiam. i. sola fides sufficit ad iustificationē ei⁹, cui tenera etas opera negauit. ¶ Sicut superius probauit per exemplum abrae, omnem credentē iustificari per fidem.

ita hic probare incipit per auctoritatem
dauid omnem iustificationẽ esse ex gra
tia. Sicut eni fides per gratiã: ita iusti-
cia ex sola gr̃a dei habet. Unde sic ait.
Fides reputatur omni credenti ad iusti
ciam: que iusticia est s̃m propositũ gra-
tie dei: id est om̃is iustificatio fit per gra
tiam dei: que gratia proposita ⁊ prepa-
rata est omni credenti. Justicia vtiq̃ fit
per gratiam dei / sicut non ego solus sed
et dauid dicit: hoc scilicet ci⁹ hominis
esse beatitudinẽ: id est vite huius mun
diciam / ⁊ in futuro vitã eternam: cui de
us accepto .i. acceptabili deo. vel cui de
us accepto .i. gratis sine merito fert iu-
sticiam .i. quem deus ex gratia iustificat
sine operibus iustificationẽ promerẽti-
ps.xxxi bus / hoc vtiq̃ ait dauid ita dicẽs. Bea
ti sunt illi quoꝝ iniquitates remisse sunt
Non determinat per quem: sed sequens
versus innuit a domino has remitti. Il
li vtiq̃ sunt beati / iniquitates quorũ .i.
in q̃bus naturalis fomes pc̃i remissus
et debilitat⁹ est / q̃ã in actũ trãsire non
põt: si velint vti libero arbitrio cõforta-
to. Sed q̃r remissum esse fomitẽ pc̃i non
sufficeret ad salutẽ / nisi p̃terita pc̃ã di-
mitterẽtur: addit. Et beati sũt illi / pc̃ã
quorum actualia tecta sũt in baptismo.
Tecta ideo: quia deus iam nõ videt ad
puniẽdum. Beatus etiã vir ille cui dñs
non imputat peccatũ originale. Hic nõ
multum videtur agere de gr̃a. ¶ Sciẽ-
dum tamen est / quia totus psalmus ver
satur circa cõmendationẽ gratie dei / et
probat neminẽ posse iustificari nisi per
gratiam. Quoniã quidem ita legitur in
dauid: ergo per auctoritatẽ hanc cõstat
q̃ beatitudo .i. iustificatio (sicut dictum
est) fit per gratiam. Sed cum sic fiat / vi-
deamus an hec beatitudo maneat in cir
cuncisione .i. in iudeis tm̃: an sicut in iu-
deis / sic etiã in preputio .i. in gẽtilibus
Vult iterũ p̃bare per abraã qui priusq̃
circũcideret / per fidẽ iustificatus fuit:
sic gentiles per gratiã iustificari / vt iu-
deos dicens. Ideo quero an in circũci-
sione solũ / an in preputio maneat hec iu
stificatio: q̃r nos dicimus q̃ fides abrae
reputata est ei ad iusticiã .i. q̃ abraã per
fidẽ iustificatus sit: ⁊ cũ per fidem iusti-
ficatus sit / ergo dicendũ restat quõ .i. in
quo statu reputata est ei fides ad iusti-
ciam / an in circuncisione / an priusq̃ cir

cũcideretur / dum adhuc esset in prepu-
cio .i. in gentilitate. Quero in quo statu
sed palam est / q̃r in circũcisionis tempo
re nõ est iustificatus per fidem / sed dum
adhuc maneret in preputio. Et si abraã
incircũcisus adhuc per fidem iustifica-
tus est / quare similiter gẽtiles incircun
cisi non iustificẽtur si fidẽ habeant? Op
poneret iterum iudeus. Si circũcisio ni
hil ad iustificationẽ abrae profuit / qua-
re postq̃ iustificatus est se circuncidit?
Opportune inq̃ vt veritatẽ rei quã ha-
bebat occultã in aĩa / figuraret in carne:
intẽdens magis docere circũcisionẽ cor
dis q̃ carnis: q̃d equipollẽter ait. Et li-
cet abraam in preputio iustificatus sit /
tamen postea accepit in carne signũ cir-
cũcisionis ⁊ iustificationis habite / non
vt per circũcisionẽ iustificaretur: sed vt
sic ostẽderetur iustus. Signũ dico non
apertũ om̃ibus sed signaculũ / q̃d quid-
dam occultũ contineret / a similitudine
cere cui imprimit sigillum / que in se cõ-
tinet q̃d extra non apparet. Sic circũci-
sio carnis signum quidẽ erat interioris
iusticie / quod vix aliqui iudei sane attẽ
debant. Signaculũ dico iusticie fidei .i.
iustificationis habite per fidem / que fi-
des ⁊ que iusticia est in preputio .i. consi
deratur in abraam tempore preputij / et
conuenienter in eo statu abraam iustifi-
catus est / vt ita sit pater: id est istitutor
s̃m formam fidei: non solum iudeorum:
sed ⁊ omniũ credẽtium / sit inq̃ pater fi-
dei omniũ per preputiũ .i. per fidẽ in tẽ-
pore preputij habitam. Et quẽadmodũ
illi / sic illis omnibus credẽtibus repute
tur credere suum ad iusticiam. Et sicut
abraam pater est fidei: ita sit pater: id
est institutor circũcisionis .i. iustificatio
nis / que ex fide consequitur. Sit pater
dico non hijs tantũ qui sunt ex circunci
sione carnis .i. iudeis: sed etiã omnibus
hijs qui sectãtur vestigia fidei abrae /
exẽplo illius bene operando per fidem
que fides est habita in tẽpore preputij /
patris nostri abrae. Vere abraam pa-
ter erit omniũ credẽtiũ / non per legem
sed per fide3. Nam huius rei promissio /
scilicet vt esset heres mũdi / quod idem
est q̃ esse patrem omniũ gentium. Hec
inq̃ promissio non est facta per legem:
id est merito legis / sed merito fidei: q̃ si
non est p̃missum per legem: nec impleri

debet per legem: q̄ sic ait. Promisit qui
dem deus abrae aut semini eius. i. chri-
sto vt esset heres mundi: vbi dictum est.
Dabo gentes hereditatē tuam ⁊c̄. Hoc
inq̃ non promisit per legē: sed per iusti-
ciam fidei. i. que iusticia ex fide sequit̃ /
quam fidem ⁊ iusticiā fidei / oportet ha-
bere omnes qui se volūt annumerari in
hereditatē christi / abraam autē fidē in
se habuit / ⁊ iusticiam quā oportet imita
ri filios eius. Vere per legem non fit p̄-
missio: quia si hij tantū qui sunt ex lege:
id est iudei / sunt heredes promissionis
abrae: ergo fides christi est exinanita. i.
inanis est / ⁊ frustra recepistis eam o iu-
dei / si lex sufficiebat vobis: vt heredes
essetis: quod maximū inconueniens iu-
dicatis vosipsi: vt fides christi frustra
sit. Nec hoc solum est: sed etiam si iudei
solum heredes sunt / sic abolita. i. deleta
act. iij. c est promissio ⁊ falsa: qđ dictū est in semi-
ne tuo benedicētur omēs gētes: cū in so
lis iudeis hec benedictio fiat. Vere qui
ex lege sunt tantū / non merētur heredi
tatem. Nam lex operatur ⁊ meretur so-
lūmodo iram / quia si qui sub lege bene
operati sunt, per fidem hoc fuit: ⁊ non p
legē. Vere lex operatur iram. nam pre-
uaricationē. et vere preuaricationē: nā
si vbi non est lex: non est preuaricatio / ⁊
vbicunq̃ est p̄uaricatio / ibi lex est. Pro
pter supradicta q̃ ex lege sunt / heredes
non erunt: sed ideo qui ex fide sunt here
des erunt / vt promissio facta ⁊ implen-
da s̄m gratiam firma sit omni semini. i.
omni imitanti abraam per fidem / nō ei
solum qui ex lege est. i. iudeo: sed etiam
omni ei qui est ex fide abrae. i. qui per fi-
dem sequūtur abraam: qui abraā est pa-
ter omniū nostrū / tam gentiliū q̃ iudeo
rum: s̄m formam fidei ⁊ iusticie. Pater
vtiq̃ omniū est sicut scriptū est i genesi.
Illud q2 ad ordinem littere de qua sum
ptum est respicit. Hoc inq̃ scriptum est.
Ego disposui te abraam futurū patrem
s̄m institutionem fidei multarū gentiū:
te dico per iusticiā factū ante deum. i. in
bn̄placito dei cui credidisti. ¶ Hinc se-
quuntur verba Pauli. Qui deus mor-
tuos peccato viuere facit iustificatos p
fidem: nec tātum viuificat / sed etiā per
gratiam vocat ea que non sunt: id est gē
tiles qui propter non habitā legē nihil
esse vidētur: tanq̃ ea que sunt. i. quē ad-
modum vocat iudeos qui se solos esse
per legem gloriātur. Probauit superi⁹
per abraam omnē iustificationē esse ex
fide: vt autem in plenitudine fidei per-
fecte imitemur abraā: determinat qua-
litatē fidei abrae: vt sicut quecunq̃ s̄m
visum hominū impossibilia credidit si-
bi per deum impleri: sic ⁊ nos de poten
tia dei non hesitemus / opponētes ei le-
gem nature. Unde sic ait. Abrae dictu3
est / Posui te patrē multarum gentium
qui abraam credidit / cōtra spem in spe:
posset dicere contra opinionē. Spes do
mini certa expectatio rei future dicitur
Sed cōgrue dixit cōtra spem / quia s̄m
legem nature visa annositate sua ⁊ steri
litate vxoris / certissime sperabat: non
iam se habiturū semen: sed contra spem
quam sibi lex nature porrigebat credi-
dit in spe / quam fracto iure nature: om-
nipotētia dei suggerebat. Credidit vti
q̃ hoc vt fieret pater multaꝝ gentiū: de
quo s̄m hoiem satꝭ ambigere posset / cū
videret se vnius tantū filij procreatorē
Credidit inq̃ illud totum quod dictum
est ei: id est credidit se patrē futurū mul
torū / non solum s̄m propaginē carnis /
sed s̄m imitatam formā fidei. Hoc inq̃
dictum est ei. Sic erit semen tuū abraā:
sicut stelle celi / ⁊ sicut arena marꝭ. Per
stellas celi spirituales filios abrae lu-
ce virtutum cōspicuos significat. Per
arenā maris infructuosos carnales fi-
lios designat. Sic promissum est abrae:
et accepta hac promissione q̃ diu diffe-
rebatur / propterea nō est infirmatus in
fide: vt minus crederet firme promissio
ni sibi facte: vtq̃ firmus in fide promis-
se rei perduraret / non considerauit cor
pus suum emortuū. i. non pensauit natu
ralem defectum generādi posse immu-
tare voluntatē dei: cum esset fere cētum
annorū / ⁊ tempus generandi iam in eo
preterijsset. Et non cōsiderauit vuluā
sare emortuam. i. genitalia vxoris defe
cisse / ⁊ vitio sterilitatis: ⁊ annorū anti-
quitate. Non est infirmatus in fide pri-
me promissionis: in repromissione etiā
dei / quia deus multotiens idem sibi re-
promisit. In repromissione vtiq̃ illa / q̄
deus prius q̃ finiretur annus se daturū
filium promittebat / in hac vtiq̃ non he
sitauit diffidentia. Hesitauit quidē ad-
mirando ⁊ reuoluendo secum mysteriū

Spes q̃ est.

Genes. xxvi. a.

rei/sed non hesitauit per diffidentiam/ vt diffideret non impleđum sibi totum qđ deus promiserat: sed cōfortatus est fide. Cum enim posset obiicere rem totiens promissam/diu sustinendo: dubiū me mora facit/fortior incredulitate rei promisse surrexit: dās inde gloriā deo: nihil meritis suis de bono hui⁹ promissionis ascribens: sed in omnibus glorificans deum/sciens hoc plenissime sine omni hesitatione: quia quecunq; promisit deus potens est etiā facere iuxta omnem modū quem promisit: et ideo quia sciens promissis dei plenissime fidē adhibuit/non solum completum est ei promissum/quia sic credidit: sed etiā reputatum est illi ad iusticiam: id est merito tante fidei meruit iustificari: quia modo satis modꝫ fidei abrae expresserat: que de eo dixit adaptat sue intētioni dicens. Quia sic credidit abraam: ideo iustificatus est. Hoc tamen de abraam nō hic scriptum tantūmodo propter ipsum abraam de tanta fide laudandum. Hoc scilicet quia reputatum est illi ad iusticiam: sed etiaꝫ scriptum propter nos in fide abrae conformandos/quibus credētibus credere nostrū (sicut in illo videmus) nobis ad iusticiā reputabitur. Credētibus dico in eum qui suscitauit christum iesum dominū nostrum a mortuis: id est sicut abraam qđ contra naturam erat a deo se accepturum credidit/ sic neq; nos hesitemus credere ꝛ cōfiteri licet cōtra ius nature sit christum surrexisse a mortuis. Qui enim auctor est nature/sicut placuit potuit eam inuertere. Hec duo que sequuntur: traditus est ad mortem/et resurrexit propter iustificationem ad probationē premissoꝝ necessaria non erant: sed ad instructionem romanorum vidit ea opportuna: et ideo subiunxit/Qui traditus est: nō determinat ad quid/sed satis patet: qz ad mortē. Et hoc propter delicta nostra.i. vt nos mundaret a delictis nostris/qui etiam resurrexit propter iustificationē nostram.i. vt nos mundatos a delictis nostris/per positionem virtutum iustos efficeret. Non ideo ait mortuus est propter delicta nostra/resurrexit ꝓpter iustificationē/quin mors eius causa sit nostre iusticie: ꝛ resurrectio causa remissionis peccatorum. Sed ideo ait resurrexit/ꝓpter iustificationē/vt ostēderet resurrectionē eius sic esse causam nostre iustificationis: vt esset signum rei future in nobis. Duplicis scꝫ resurrectiōis. Prima est qua i baptismo a morte peccati resurgimus/ad viuendū in iusticia. Hec autē est resurrectio anime: que prius mortua in peccatis/nunc autē confortato libero arbitrio potest obniti omi male suggestioni: deumq; cognoscit. Scđa resurrectio est futura ꝯm corpus: quando impassibilitate et immortalitate resumpta cōregnabimus christo/si prima resurrectio integre fuerit custodita: que resurrectio christi ꝛ pēthecostes que de eadē resurrectione pendet/ideo varijs tꝑib⁹ celebrant: qz adhuc vētura ꝓsignāt/nec solū de ꝓteritis agūt: vt festū natiuitatꝭ Resurrectio duplex.

Capitulum. v.

Iustificati igitur ex fide pacē habeam⁹ ad deū per dñm nostrū iesum christū: ꝑ quem habemus accessum per fidem in gratiā istam: in qua stamus et gloriamur in spe glie filioꝝ dei. Non solū autē/sed etiā gliamur in tribulatiōib⁹: sciētes q; tribulatio patiētiā opat: patiētia autē ꝓbationē: ꝓbatio vero spem. Spes autē nō cōfundit: qz charitas dei diffusa est i cordib⁹ nostris: per spiritū sanctū qui datus est nobis. Ut quid eni xp̄s cū adhuc infirmi essemus ꝯm tēpus pro impijs mortu⁹ est? Uix eni pro iusto quis morit. Nam pro bono forsitan q̄s audeat mori. Cōmendat autē charitatē suam de⁹ in nobis: Qm̄ si cū adhuc pctōres ess⁹ sem⁹ ꝯm tēpus: xp̄s ꝓ nobis mortuus est: multo igitur magis nunc iustificati in sanguine ipsius salui erimus ab ira ꝑ ipsum. Si eni cū inimici essemus reconciliati sum⁹ deo per mortē filij eius: multo magis reconciliati salui erimus in vi Iac. i. a. Heb. ix. e. i. Pe. iij. c.

ta ipsius. Non solū autē sed τ gloriamur in deo per dn̄m nostrū iesū christū: per quē nunc reconciliationem accepimus. Propterea sicut per vnum hominē peccatū in hunc mūdū intrauit/et p peccatū mors: et ita in oēs hoies mors pertrāsijt: in quo oīes peccauerūt. Usq ad legem enī peccatū erat in mundo. Peccatū autem nō imputabaẗ cū lex non esset: sed regnauit mors ab adā vsq ad moysen: etiā in eos q̄ nō peccauerūt in similitudinē preuaricationis ade: q̄ est forma futuri: sed nō sicut delictū: ita τ donum Si enim vnius delicto multi mortui sunt: multo magis gr̄a dei τ donū in gratia vni⁹ hoīs iesu xp̄i in plures† habūdauit: τ nō sicut per vnū peccatū†: ita τ donū. Nam iudiciū ex vno in condēnationē: gr̄a autē ex multis delictis in iustificationē. Si eni in vni⁹ delicto mors regnauit p vnū: multomagis abūdantiā gratie τ donationis τ iusticie accipiētes in vita regnabunt p vnū iesum xp̄m. Igiẗ sicut per vnius delictū in oīes hoīes in condēnationē: sic τ p vni⁹ iusticiā in omnes hoies in iustificationem vite. Sicut eni per inobedientiā vnius hoīs peccatores cōstituti sunt multi: ita τ per vnius† obediētiā iusti cōstituentur multi. Lex autē subintrauit: vt abundaret delictū. vbi autē abundauit delictū/ superabūdauit et gr̄a: vt sicut regnauit peccatū in morte: ita τ gratia regnet p iusticiā in vitā eternā/p iesum xp̄m dn̄m nostrū. Expositio capli. v.

Q[uan]do[que] dē sufficiēter ex supio rib⁹ pbatū est oēm iustificationē eē ex fide: igiẗ iustificati ex fide habeam⁹ pacē. i. ꝯcordiā inter nos: vt neq iude⁹ gentili/nec gētilis iudeo i hac noua gr̄a se pferat: vt autē magis eos τ a discordia deẗrahat/τ ad ꝯcordiā iducat/ait. Habeam⁹ pacē ad deū. Si eī inter nos discordes fuerim⁹: ad deū vtiq nō habem⁹. Habeam⁹ dico pacē p dn̄m nostrū iesū xp̄m/cui in oib⁹ obedire debem⁹: q̄ tradi voluit ad mortē ꝑpter delicta nr̄a τc̄. Per quem xp̄m nō solū delicta dimissa sūt/vita/iusticia data: sꝫ etiā habem⁹ gratiā istam. i. tā excellentē/ vt depellere morbos: facereq miracula. Sed ne iudei opinarenẗ p meritū legis aliquē gdū hr̄e in hāc gratiā: ait paul⁹. Per quē xp̄m: etiā accessū. i. p̄mū gradū veniendi ad hāc gr̄am habemus: quā gr̄am ꝯseqmur p fidē sicut iustificationē: q2 τ fides iustificat: et fides gratiā hāc dat. in q̄ gr̄a nos stam⁹. i. ꝑseueram⁹. Adc q̄ dē multa gr̄a collata ē: sꝫ in ea nō stetit. Et stādo in hac gr̄a gl̄iamur in spe glorie filioꝝ. i. ex eo q2 certissime speram⁹ nos habituros gloriā quā habēt filij dei. Nō solū aūt spe hui⁹ gl̄ie sed etiā gl̄iamur i tribulationib⁹. Hec ē maxīa virt⁹ in hoc gaudere qd̄ naturale est formidare: ideo in tribulatiōib⁹ gl̄iamur: q2 sciētes sum⁹ q tribulatio patientiā opaẗ. i. q2 vsus τ consuetudo tribulationū nutrit patiētiā. patiētia autē opaẗ ꝑbationē. i. purgationē/ q2 sicut aurum purgaẗ p ignē/sic q in istis purgādū est igne tribulatiōis excoquiẗ. vn̄ eos q̄ in tribulatiōe vitā finiūt sctōs sine aliq̄ hesitatiōe ꝯfidim⁹/ q2 q̄cqd ꝑus peccauerūt ignis: tribulatōis totū excoxit. Eos vero q̄ in pace vitā finiūt/q̄ntūcūq laudabilit vixerint (nemo eni sine sorde ē) sine certa miraculoꝝ ostēsiōe: in catalogo sctōꝝ nō annumeram⁹. Probatio rō opaẗ spem. Certissime eni sperare pōt: q̄ sufficiēter purgat⁹ ē. Spes autē sic post purgationē habita nō ꝯfūdit. i. nō facit erubescere eos q̄ sperāt q̄s faceret ꝯfusibiles: si inexpleta esset. Uere spes non cōfundit/sed implebiẗ qd̄ certū habem⁹ per spm̄ sanctū qui dat⁹ est nobis. Spūs eni sctūs iam nos ex parte deificās: certitudinem dat: quia nos plenarie deificabimur/ i futuro illuminati ſm animā maiori cognitione dei: et ſm corpus incorruptibiles futuri. Q[uod] spiritus sanct⁹ datus sit nobis apparet ex eo/ quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris

Decōse. ca. iiij. q̄ntū fi. et ea. placuit.

† Ar. hꝫ hoies.

† Ar. delictū.

† Ar. hꝫ hoīs.

Trib.

id est quia dilectio dei amplificata est in cordibus nostris: quia parati sumus pro eo ꝛ pati ꝛ mori. Uel aliter. Uere non cōfundit/sed implebitur: quod patet ex eo: quia charitas dei diffusa est. i. q2 de⁹ habūde diligit nos/ ꝛ quia charitas dei a deo ferueat erga nos. Hoc sentim⁹ in cordibus nostris illuminatis per spiritū sanctū qui datus est nobis. Probat q2 spes (sicut dictū est) ipleat: diuersis de causis: tum quia si non ipleretur frustra deus homo esset factus: mortem gustasset/ nisi spem consūmando quod ceperat pie perficeret. Cū etiam ideo / si cū impij essem⁹/ ꝛ dānationis meritum esset in nobis/tantū quid facere voluit vt pro nobis impijs difficultatem mortis subiret. Nō est ambigendum quin nos iam iustificatos/ ꝛ iam meritū saluationis pretendentes saluos faciat: quod facile est ei: quia non oportet eum ampli⁹ mori. Unde sic ait. Uere spes nō cōfundit sed implebitur: quia nisi sicut speramus cōsūmaret Ut quid christus mortu⁹ est iustus pro ipijs? Uel vice impiorum quia impij mori deberent pro peccato suo. Uel causa impiorū redimēdorum. Diceret aliquis quia mortuus est ideo non potest. Mortuus dico ſm tempus: die enim tertia surrexit. Iterū aduersari⁹/ impij quidem fueratis/sed iā tempore mortis sue iustificati/ impijs dico ita cum adhuc tempore mortis sue infirmi essemus. i. in impietate perduraremus. Frustra iustus mortuus est ꝓ ipijs/si iustificatos saluare deserit. Nō est credēdum: ꝗ inexpletum dimittat: ꝓ quo tantā difficultatem subijt. Diceret aliquis: fuitne a deo magnum mori pro impijs? Ita inq̄. Uix enim quis. i. aliquis: vel morte dignus/ vel cito moriturus moritur pro iusto. i. vel vice vel causa iusti. Unde magnū quid esse constat: christum qui respectu iusticie sue nō moriturus erat: mori pro impijs. Ideo dico vix aliquē mori pro iusto. Nam forsitan aliquis audeat mori pro bono. Et si dubietas est vtrū quis moriatur pro bono. Magnū fuit mori christū pium ꝓ impio. Uix aliquis audeat mori pro iusto/ Sed christ⁹ pro nobis mortuus est: et ꝑ hoc commendabilem facit deus suā charitatem in nobis/ quoniam si cū adhuc essemus peccatores: mortu⁹ est christ⁹ qđ tam difficile et indebitum fuit: iust⁹ ꝓ nobis peccatorib⁹. Igitur. i. propterea multo magis credendum est/ ꝗ nos iustificati nūc qui prius peccatores eramus in sanguine ipsius. i. per effusionē sanguinis sui salui erimus: liberati ab ira per ipsum quem amplius non oportet a statu suo mutari. vt quando ꝓ peccatoribus mortem subijt. Et quia posse mus iustificari: nec tñ pacē ꝑditā recuperare cū deo: ait. Uere iustificati salui erimus/ dū iā iustificatōis meritū ꝑtendim⁹/ q2 cum inimici essem⁹/et meritū dānatiōis haberemus/sum⁹ recōciliati deo ꝑ rē tā grauē: vt mortē filij ei⁹. Etsi pri⁹ inimici/modo morte filij ei⁹ sumus recōciliati/multo magis credēdū est/ ꝗ nos recōciliati/etiā quodāmō salutē ꝓmeriti/salui erim⁹: et satis leuiter saluabit nos: q2 i vita ipsi⁹. Nō eni iā oportet eū mori/sicut pri⁹. Cōsiderādum est quomō singula singulis opponat. Peccatores iustificati/inimici reconciliati/ ꝑ mortē in vita/nō solū salutē futurā expectam⁹: sed etiā spe et gaudio illi⁹ gloriamur ī deū/ etiā dū hic sumus: gloriamur inquit ꝑ dominū nostrū iesum christū/ꝑ quē nūc paulo ante accepim⁹ inimici recōciliationē ad deū. ¶ Opponeret aliqs. Christ⁹ qđē satis iustus fuit/ sed non videtur iusticia eius sufficiens ad saluationem omniū: qđ apostol⁹ probat dicens. Cum per vnius inobedientiam omnis homo lapsus sit: dignum ꝛ eque ꝓparatū videt': vt per vni⁹ obediētiam lapsus hūani generis reparet': per iesum solū. Propterea recōciliari potuimus ad saluationē/sicut ꝑ vnum hoīem intrauit nō immissum a deo/ sed quadā violētia peccatū in mūdū hunc. i. a deo miserū per peccatū factū/ ꝛ cōsequēter ꝑ peccatū vni⁹ hominis intrauit mors et corporalis et spūalis in eundem hominem: et/ita ab eo pertransijt mors in oēs hoīes. Et merito ab eo in oēs/quia hic fuit in quo peccauerunt omnes. In lumbis eni ade tota illa massa humani generis peccato preuaricationis corrupta est. Quidam protendunt hunc versum/ vsq̄ ad illud lōge inferius. Igitur sicut per vnius ꝛc. Sed sicut exposuimus/satis abbreuiari potest. Uere omnes peccauerunt in adam. et si ante legem fere ab omnibus hoc ignoraretur. Adam oēs corrupit

Peccatũ enim erat in mundo ab adam vsq; ad legem. Sed licet ita esset: tñ hoc peccatũ nõ imputabatur .i. nemo re⁹ p originali iudicabat ante moysen cũ lex nõ esset / q̃ postq̃ venit peccatũ hoc patefecit / vel dicam⁹ in toto. Peccatum hoc quidẽ erat in mũdo ante legem: sed ideo nesciebat / q2 nullũ peccatũ imputabat: cũ lex non esset. Et licet peccatũ originale ante legem nõ imputaret: tamẽ p hoc satis dinosci põt: q2 mors corporalis q̃ pena fuit p originali / illa regnauit premittẽdo ante se oẽs miserias suas. sitim / famẽ / febres / 7 cetera. Regnauit inq̃ ab adam vsq; ad moysen / nõ solum in eos q̃ originali peccato sua peccata adiũxerũt: sed etiã in eos q̃ nõ peccauerũt. In similitudinẽ preuaricationis ade .i. qui ex parte sua non similiter preuaricati sunt vt adam. Hij sunt paruuli qui non habuere tempus peccandi sed solũmodo de originali sunt puniti.

Adã figurauit xpm. Qui adam est forma futuri ade .i. christi Adam forma christi fuit: q2 sicut ille omniũ fm carnem: sic christus pater fideliũ fm fidem. Et sicut ex latere ade dormiẽtis formata est eua / sic ex latere xpi soporati somno mortis in cruce fabricata est ecclesia. Et iõ adam forma christi q2 deus decreuit per vnũ christũ emẽdare / qd per vnũ adam peccatũ est. Uel sic legamus fm Ambrosiũ. Uere oẽs peccauerũt in adam. Nã originale peccatũ erat in mundo vsq; ad legẽ. Sed licet in mũdo esset / tamẽ nõ iputabat illud peccatũ: q2 lex nõ esset q̃ peccatum hoc insinuaret / sed licet nesciret hoc peccatu3: tñ p pena huius peccati regnauit mors ab adam vsq; ad moysen / nõ solũ in eos q̃ de actualib⁹ reb⁹ peccauerũt: sed etiã in eos q̃ peccauerũt in similitudinẽ preuaricationis ade .i. q̃ pro sola similitudine: q2 fuerũt filij preuaricatoris ade dãnati sunt. Ostẽdit superi⁹ christũ vnum sufficientẽ esse ad saluationẽ omniũ: q2 solus adam sufficiẽs fuit ad perditionẽ omniũ. Et sicut personã christi / persone ade cõtulit: sic causam christi .i. obediẽtiam opponit cause ade: q̃ est inobedientia: et effectũ cause christi .i. iustificationem in presenti: 7 vitam eternam in futuro / opponit effectui illius .i. morti tẽporali / 7 eterne dãnationi. Probat etiam gratiam christi longe amplius habũdare peccato ade. Cũ enim ab adam originale tantũ ɔtraximus: gratia christi nõ solũ originale: sed cũ eo quecũq; actualia dimisit in baptismo. Littera sic iungitur. Adam vero⁹ forma fuit futuri ade: sed licet vna persona vni esset opposita / tamẽ cause sunt dissimiles. Nõ eni sicut fuit delictũ ade / ita est etiã donũ dei q̃ est gratia. Uere nõ sic fuit donũ christi: vt delictũ ade: nam donũ christi multomagis habundauit sup delictũ ade / q2 delictũ vnũ fuit qd vocamus originale. Christus autẽ 7 originale 7 q̃cũq; actualia dimisit. et pbat. Uere solus christ⁹ sufficiens fuit ad iustificationẽ omnium Nã si delicto .i. per delictũ vni⁹ ade et p vnũ (qd in sequentib⁹ plenl⁹ determinabit) .i. per inobediẽtiã. Si per h̃ inquit vnũ delictũ (qd originale vocam⁹) multi peccato mortui sunt: cõtrahentes illud originale a primo patre. Multi nõ ideo dicit quin omẽs hoc peccato pressi sint. sed non oẽs in eo perdurantes detenti sunt. Deponẽtes illud originale per acceptam fidem christi. Si inqt per vnum delictũ vni⁹: multi mortui sũt: multo magis fm dignitatem psone christi 7 cause / habũdauit gratia dei .i. remissio peccatorum. Habũdauit etiã donũ .i. corroboratio per spiritũ sanctũ. Postq̃ enim remissa sunt peccata: necessaria sunt arma spiritussancti / qbus resistamus diabolo male suadẽti. Gratia inquit 7 donũ habundauit in gratia .i. per gratiam vnius hois. Cõgrue ait p gratiã: q2 quẽadmodũ cõtractio originalis fuit p necessitatẽ / sic saluatio facta est per grãm .i. per voluntatẽ. Nemo eni nisi ex volũtate saluatur. Sicut inqt delictũ vnius diffusum est in multos / sic eque cõparatum est: quia gratia vnius hominis habundauit in plures. Nõ dicit in plures gratiã habũdasse q̃ delictũ: sed in plures .i. in multos. Nõ eni oẽs saluati sunt q2 noluerunt: vni⁹ hominis dico / qui nihil minus potuit q̃ voluit. Nã iesu christi .i. saluatoris 7 regis. Sic cãs christi 7 ade diuersificauit / sic effectus causarum opponendo distiguit dicẽs. Sicut donum christi / tale nõ fuit quale delictum ade: sic etiam nõ sicut fit p vnum peccatum ade / ita fit per donum christi .i. effect⁹ peccati ade 7 gratie christi diuersi sunt: quia peccatum simplex / donũ

Baptismo dimittunt oia pctã etiam actualia

vero multiplex. Et hoc pbat dicēs. Uere effect⁹ peccati ade/ et effectus gratie dei non sunt similes. Nam iudiciū .i. iusta sententia dei fit in cōdēnationem .i. condēnat filios ade ex vno delicto .i. solūmodo propter originale: sed gratia christi fit in iustificationē .i. iustificat filios suos ex mltis delict[is] .i. sic de actualib⁹ vt de originali. ¶ Notādū est q illud primū peccatū debilitauit quidē naturam nostram / et promorem fecit in casum: sed tamen non fuit causa actualiū pctōrum / quibus naturali ratione (licet multa parte debilitata) possem⁹ resistere. Uidendum etiā quia licet in peccato ade / multa considerentur. vt superbia / gula / tamen vnum solum dicitur: qr inobediētia pbat: qr gratia iustificauerit ex multis delictis dicēs. Uere p gratiā christi iustificantur homines ex multis delictis. Nā accepta iusticia (qd maius est) regnabūt cum christo in vita eterna qd equipollenter ait. Homines accipiētes habundantiā gratie eius .i. habundantē remissionem / quia non solum originalis: sed etiā omniū actualiū. Et accipientes habundātiam donationis .i. dona spiritussancti ad confortationē in bono habūdantem. Et accipientes habundantiā iusticie .i. iuste operationis: qr postq dimissa sunt peccata: et spiritus sanctus corroborat: sic demū licet bene operari. Hec inq accipiētes conregnabūt deo / positi i vita eterna / que omnia / et gratiam / et donationem / et regnū / accipient per vnum iesum christum. Et vere per hūc vnū: quia si in delicto vni⁹ ade quod causa fuit perditionis / regnauit mors: et temporalis et eterna p vnū delictum .i. per inobedientiam: multo magis sm dignitatem persone / cause / et effectus: hij qui sunt accipiētes habundantiam gratie / donationis / et iusticie / regnabunt in vita per vnum iesum christum. Quoniam quidem et similitudo est ibi: quia adam vnus / christus vnus / et maioritas sm dignitatem que dicta est Igitur a simili / et a maiori iferre possum / quia sicut per delictum vnius ade (delictum dico trāsiens in omnes homines) ventum est in condēnationem: sic et per iusticiam vnius christi transeuntem in omnes homines sm potētiam. (Christ⁹ enim sufficiens precium pro omnib⁹ dedit) per vnius inquit iusticiam: ventum est in iustificationem vite. Ostendit satis superius q christus potens esset: et restaurare sufficeret: quicquid lapsū fuerat per adam / sed non determinauerat quid in hac reparatiōe ageret / seu per potētiam / seu per meritum / quod hic determinat dicens. Quia queadmodum adam male merendo per inobediētiam omnes precipitauit. Sic christus bene merendo per obedientiam omnes redemit. Littera sic iungitur. Uere per delictum vnius omnes cōdēnantur. Nam per inobedientiam. Et sicut per inobedientiam vnius hominis constituti sunt multi peccatores: quia nō omnes remāserunt in peccato: ita et per obedientiam vnius christi hoc promerentem / cōstituentur multi iusti. Multi ideo / quia non omnes iustificari voluerunt. Cum modo dicat christum iustificare homines a peccatis: dicit q etiam transgressores legis a preuaricatione accepte legis iustificat. Et hoc ideo adducit / vt comprobet iudeos magis obnoxios esse gratie dei / q etiam gentiles: quibus se preferebant in hac noua gratia: quia gentiles de naturali solum rei erant. Iudei vero et de naturalis et scripte legis preuaricatione rei erant. Littera sic iungitur. Obedientia christi multos iustificauit: lex autem delictum habundare fecit: lex inquit subintrauit: quia peccatum pri⁹ intrauerat. Intrauit lex ad hoc vt habundaret delictum / non quia lex mala esset: sed quia sub illa erant quos reos faceret / iubēdo non adiuuando. Lex tribus modis habebatur in tēpore suo. Quibusdam enim erat solum modo in signum / vt abrae: qui circuncisus est: nō vt per hoc iustificaretur / sed in signum iustificatiōis iam accepte per fidem. Alijs lex erat pedagog⁹ / vt quē admodum puerum ne insolescat vagando pedagogi cohercet custodia: sic lex minando penam coercebat quosdam ab actu peccati. Alijs autem erat lex causa preuaricationis. In his autem duobus quibus lex in signum iusticie vl pedagogus nihil operabatur: quia q iusti erant vt abraam: per fidem hoc erant non per legem. Qui vero se timore coercebant a

Lex tribus modis habebat in tēpore suo

malo/non hoc per legem: sed per donū spiritussancti id est per spiritum timoris Alijs vero lex causa erat delicti/quia preuaricationis. Per legem delictum habundauit: sed per gratiam euacuatū est. Ubicunq; enim habūdauit delictū/ vel sub lege vel extra legem: ibi gratia habundauit super delictum: quia non solū remisit peccata/sed τ iuste opari concessit. Quia iterum aliqui errabāt ex eo q dictum est gratiam superhabundasse vbi fuit delictum/dicentes se impune opportuue etiā peccare/qz gratia dei omīa dimitteret: τ quāto plura tāto gloriosior esset. Determinat quidem Paulus/gratiam dei quotquot peccata sint i baptismo omīa dimittere. Sed postq̄ iustificati sunt: si iterum peccant non sicut prius ex gratia/sed merito penitentie dimittentur peccata. Unde sic ait. Gratia vtiq; dei habūdauit hac lege: vt sicut peccatum ante iustificationem regnabat ducendo in mortem: ita τ gratia postq̄ remisit peccata regnet per acceptam iusticiam bene conseruatam/eundo in vitam eternam. Non iam amplius respiciendo ad iniquitatem. Regnet dico. Per dominū nostrū iesum christū. qui postq̄ iustificauit per gratiam: dat vitam eternam.

Capitulum. vj.

Quid ergo dicem⁹? Manebim⁹ in peccato vt gratia abundet? Absit. Qui eni mortui sumus peccato: quomodo adhuc viuem⁹ illo? An ignoratis fratres: quia quicūq; baptizati sum⁹ in christo iesu: in morte ipsius baptizati sumus. Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem: vt quomodo christus surrexit a mortuis per gloriā patris: ita et nos in nouitate vite ambulemus. Si enim complātati facti sumus similitudini mortis eius: simul et resurrectionis erim⁹. Hoc scientes quia vetus homo noster simul crucifix⁹ est: vt destruatur corpus peccati: vt vltra non seruiam⁹ peccato. Qui enim mortuus est: iustificatus est a peccato. Si autem mortui sumus cum christo: credimus quia simul etiam viuem⁹ cum christo: scientes q christus resurgens ex mortuis/iā non moritur: mors illi vltra non dominabitur. Quod enim mortuus est peccato mortuus est semel: quod autem viuit/viuit deo. Ita τ vos existiate vos mortuos quidē esse peccato: viuentes autem deo in christo iesu Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore: vt obediatis concupiscentijs eius. Sed neq; exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato: sed exhibete vos deo tanq̄ ex mortuis viuentes: et membra vestra arma iusticie deo. Peccatum enim vobis non dominabitur. Non enim sub lege estis: sz sub gratia. Quid ergo? Peccabim⁹: quoniam non sumus sub lege sed sub gratia? Absit. An nescitis quoniam cui exhibetis vos seruos ad obediēdum: serui estis ei⁹ cui obedistis: siue peccati ad mortem: siue obeditiōis ad iusticiam? Gratias autem deo q fuistis serui peccati: obedistis autem ex corde in eam formam doctrine in qua traditi estis. Liberati autem a peccato: serui facti estis iusticie. Humanum dico: propter infirmitatē carnis vestre. Sicut eni exhibuistis membra vestra seruire immūdicie et iīquitati ad iīquitatē: ita nūc exhibete mēbra vr̄a seruire iusticie i sanctificationē. Cum eni serui essetis peccati: liberi fuistis iusticie.

Quē ergo fructum habuistis tunc in illis in quibꝰ nunc erubescitis? Nam finis illorū mors est. Nunc vero liberati a peccato, serui autē facti deo: habetis fructū vestrū in sanctificationē: finē vero vitā eternam. Stipēdia enī peccati mors: gratia autē dei vita eterna, in christo iesu domino nostro.

Expositio capituli. vj.

Quandoquidē gratia regnare debet per iusticiā cōseruatam semp donec veniat ī vitā eternam: ergo quid dicemꝰ? Permanebimus iterū in pctō iustificati iam per gratiā vt habūdet gratia iterum remittēdo gratis que iterū deliquimus? Absit hoc: vt tam peruersa intētione reuertamur in peccatū. Hic incipit loqui de duplici resurrectiōe. Prima qua ſm

Resurrectio duplex.
anima iustificamur in baptismo: qđ baptismū ꝯsecrauit nobis xp̄s in morte sua fundēdo aquā remissiōis de latere suo: insinuās nos debere cōmori sibi in baptismo: vt quēadmodū ille semel mortuꝰ ad actus veteris hoīs non est reuersus: sic et nos semel iustificati in baptismo, omnē vetustatē peccati ibidē interficiētes, resurrectionē anime (ibi enī iustificata resurgit) custodiamus: ambulādo in nouitate vite, q̄ si resurrectionē anime in iusticia conseruauerimus, futurā resurrectionē corporū cū christo, in incorruptione ꝑfecto habebimus. Reuertamur ad litterā vbi ꝓbat non debere reuerti ad peccatū dicens. Vere semel iustificatis, non est vlterius permanendū in pctō. Nam nos qui in baptismo mortui sumꝰ peccato. i. ad hoc ne vltra operemur pctm̄: mortui dico ſm depositam vetustatem peccati. quō. i. qua ratione nos qui sic cōmortui sumus christo, adhuc viuemꝰ. i. ꝑseuerabimus in illo peccato? Et vere non amplius viuere debetis in peccato illo: q̄ an ignoratis vos quicūq3 baptizati sumus in xp̄o iesu. i. ꝑ institutionē christi: vel ꝑ christū cōsecrātem nobis baptisma. Nos vtiq3 baptizati. i. abluti a pctis sumꝰ in mortē ipsiꝰ. i. in similitudinē mortis eius: vt sicut ille semel mortuus est ⁊ semꝑ viuit: ita ⁊ nos semel in baptismo peccatis moriamur, et in iustificatiōe semꝑ viuamꝰ. Sicut ꝓbauit q̄ semel iustificati iterum peccare non debemus: sic etiam probat q̄ a pctō nos bene ꝯtinere possumus, dicēs. Vere iustificati potestatē habemus si volumus, non peccandi. Nam nos cōsepulti sumꝰ: nō solū mortui cū christo, in mortem ꝑ baptismū. q̄ quēadmodū christus in sepulchro positꝰ potestatē nō habuit ſm carnē manū vel pedem extēdere ad actus veteris homīs: sic ⁊ nobis si volumus, ī baptismo potestatē dedit iam amplius non reuertēdi ad vetustatē peccati. Ad hoc vtiq3 cōsepulti sumus, vt quō xp̄s surrexit a mortuis, nō amplius resumpturus actum mortalitatis. surrexit dico, per gloriā patris. i. ꝑ verbū sibi vnitū: vel ꝑpter magnificandā gloriam patris: ita ⁊ nos positi in nouitate vite: id est in resurrectione anime ꝑ baptismū iustificate: ambulemus proficiēdo in accepta nouitate. Vere ī nouitate vite possumus ambulare. Nam nos sumꝰ similes resurrectiōis eiꝰ, quia quēadmodū xp̄s resurgēs nouꝰ homo fuit, ita ⁊ nos per baptismū vetustate pcti deposita: in nouitate bonoꝝ operū noui hoīes simꝰ. Et vere similes resurrectionis erimus: si cōplātati sumus: nec ꝑ nos hoc potest fieri, sed per gratiā dei facti cōplantati similitudini mortis eius. i. si commortui fuerimꝰ christo, ea similitudine vt sicut ille semel depositis miserijs veteris hominis: ad illas vltra nō redijt: sic ⁊ nos ī baptismo semel deposita vetustate peccati: ad illud vltra nō regrediamur. Si enī sic cōplantati sumꝰ similitudini mortis eius, simul etiā merito vnitate mortis erimus cōplātati similitudini resurrectionis eius, in nouitate operū ꝑficiētes. Complantati ab illa similitudine dictū est: qua ramꝰ bone arboris trūco male arboris inserit: fructusq3 nouos ibidē facit. sic ⁊ nouitas iustificatiōis inserta trūco nr̄e vetustatis, extincto sapore veteri, fructꝰ faciat inserte nouitatis. Similes vtiq3 mortis xp̄i debemus fieri: Sciētes hoc q̄ vetꝰ homo noster simul cū christo affixus est cruci: ad hoc vt destruatur in nobis corpus peccati: ita destruat corpus nostrū in eo qđ peccabat vt vltra non seruiamus peccato, sed imperiū habeamus suꝑ peccatum. Dis ie

sus aliud genus mortis si vellet eligere posset: sed nō sine ministerio cruci affigi magis voluit/significans nobis vt quēadmodū manus et pedes/sensus scilicet humanos affixos habuit: sic et nos non solum opera sed etiā sensus affixos habeamus: ne cogitemus vel operemur mala. Et bñ debemus et possumus nō seruire peccato. Nā ille qui mortuus est in baptismo: a peccato liberatus est. Nec hoc solū: sed etiā iustificatus a peccato. Postq̄ de prima resurrectiōe que est anime sufficienter edocuit/quomodo esset obseruanda: subiūgit de secūda dicēs. Nos eā habituros merito prime bene custodite. Utq̄ magis capiamur amore eius: ponit cōmēdationē ipsius/aperiēs q̄ digna sit et q̄ vtilis dicens. Non solū mortui peccato iustificant/que iustificatio est prima resurrectio: sed etiā si mortui sumus peccato: hoc est cū christo: vt quēadmodū christus semel mortuus nunq̄ ad depositā vetustatem rediijt: sic et nos semel per baptismū in peccato mortui/nō reuertamur ad peccatum. Credimus vtiq̄ q2 nos etiā viuemus in secūda resurrectiōe simul. i. facti impassibiles et immortales/neq̄ hoc alibi nisi cū christo .i. in oculis eius viuemus positi incorruptibiles. Si mortui sumus cū christo profecto credimus/q2 viuemus cū christo/scientes hoc q2 christus surgēs a mortuis iam nō morit. i. iā nō vlterius mortē gustabit: q2 semel mortuus ad iustificatione oīm sufficiens fuit. Nec solū non morit: sed etiā mors nō illi vltra dominabit. Dominia mortis sunt/fames/esuries/febres/et queq̄ miserie. Caput etiam et cōpletio omniū miseriarū mors Sed nec mors nec miserie que sunt prenūcie mortis: dominabunt amplius xp̄o semel mortuo. Uere christus iam nō moritur. Nam hoc q2 mortuus est peccato .i. ad destructionē peccati mortuus est semel. i. semel mori sufficit. Et id semel commori illi in baptismo sufficiat nobis perseuerando in accepta iustificatione. Probat etiā q2 mors vltra nō dominabit xp̄o. Nam hoc qd viuit viuit deo. i. vita dei/q2 si quēadmodū deus viuit eternaliter et sine corruptione: profecto nullū dominiū in eo mortis erit. Et dixit in toto debere cōmori christo/vt ei cōuiuamus: adaptat modo romanis quorū hic intēdebat instructioni: dicens. Quandoquidē necesse est cōmori christo si volumus viuere cum eo: ita. i. hac ratione edocti vos romani existimate vos quidem esse mortuos peccato. i. credite vos mortuos esse in baptismo: ne vltra manū porrigatis ad actū peccati: q2 si ita mortui estis/existimate etiā vos viuentes deo .i. in accepta iustificatione anime viuentes: et hoc merito in corruptione corporū victuros: et hoc totū in christo iesu. i. per christū iesum: qui et in presenti iustificat: et in iustificatione pmanētibus/vitā eternam preparat. Qz dixerat superius nos mortuos esse peccato/et viuendū eē deo: vidēs hominē nullo modo posse in hac vita se cohibere a venialibus: determinat in qbus peccatis mori debeamus/et possimus: sciens fomitem peccati naturaliter inesse cuiq̄. Sed iā cōfortato libero arbitrio: possumus cohercere fomitē pcti ne prorūpat in actum. Et hoc determinans ait. Quādoquidē viuentes estis deo: ergo peccatum. i. naturalis fomes peccati/non regnet in vobis. Regnare peccati est: consentiēdo/agēdo/et in opere peccati consuescendo. Peccatū vtiq̄ non regnet in corpore vestro. i. qd iā vestrū est/et per cōfortationē liberi arbitrij subiectum dominio ratiōis. Corpore dico licet iustificato: tñ adhuc mortali: et (nisi ratione regat) pno in opus peccati. Quare videndū est ne cōsentiētes mortalitati vestre/nō viuatis deo. Nō ita q2 regnet peccatū vt obediatis concupiscētijs eius peccati. i. vt qd male suadet infirmitas carnis vestre opere perficiatis. nec solū nō obediatis opere: sed neq̄ exhibeatis ita vt parata et opportuna p cōsensum faciatis membra vestra peccato Quia sicut nec operari/sic nec malo cōsentire debetis. Mēbra vestra dico tūc facta arma iniquitatis/si fuerint exhibita peccato. Si eni peccato cōsenseritis/tunc iniquitas arma f mēbris vestris: vt per hec arma perficiat qd male cupit. Nolite vos exhibere delicto/sed exhibete vos deo. i. preparate vos bene operando idoneos deo. Et iustū est/vos dico factos viuētes in iusticia tanq̄ ex mortuis: mortui enim eratis in peccato. Nec solum actu exhibete vos deo: sed etiam mēbra vestra in cōsensu et exhortatione bonorū preparate deo. Membra vestra

Mortis dominia que sunt

Regnare pcti qd est

dico facta tūc arma iusticie. His enī ar-
mis perficiet iusticia / qđ bñ suadet et
cupit. Debetis vtiq; ⁊ potestis exhibe-
re vos deo. Nam peccatū / etsi naturali
ter sit in vobis / nō tñ dominabit̄ i vobis
si cōfortato libero arbitrio velitis vti /
sed potius vos dominabimini ipsi pec-
cato / ne habeat actū. Vere peccatū nō
dominabitur i vobis: nō iā enī estis sub
lege que reos faciebat iubēdo nō adiu-
uando / sed estis sub gratia que dimittit
peccata / ⁊ adiuuat operari bona. Quia
iterū errare ex eo quosdā sentit: q₂ dixe-
rat p gratiā oīa dimitti / ⁊ hac fiducia se
peccare q₂ grā parata erat: ⁊ sufficiens
relaxare oīa / cōtra sic male operātes di
cit hac intētione nō esse peccandū / quia
grā oīa quidem dimittit / sed si aliquis
peccando se subduxerit gratie fact⁹ ser
uus peccati: quomodo scit si ad gratiā
reuerti poterit: cum iā sub iugo pecca
ti ligatus sit? Quādoquidem sub gratia
sumus que sufficienter purgat oīa: ergo
quid dicem⁹? An ideo licite peccabim⁹
quoniā nō sumus sub lege que iubendo
grauat ⁊ nō adiuuat / sed sumus sub gra
tia / que ⁊ peccata remittit / ⁊ bñ opera-
ri adiuuat? Absit hoc. Hoc inquit abes-
se debet vt peccemus fiducia gratie: q₂
an nescitis ꝙ serui ei⁹ estis cui exhibui-
stis vos ad obediendum. Serui dico fa
cti cui obedistis. i. in ea hora q̄ cito obe-
distis. Ei⁹ serui dico: siue pcti cui obe-
distis ducētis ad mortē. i. ad dānationē
Siue serui estis obeditiōis. i. iusticie du
centis vos ad maiorem iusticiam: quia
obediendo peccato: serui peccati efficie
mini: nec hui⁹ seruitutis vincula rūpe
re potestis libertate perdita. Ideo bo-
nū est vt serui facti iusticie a grā non de
clinetis / q₂ serui facti pcti iā non est ve-
stri iuris reuerti ad gratiā. Ideo in iu-
sticia perdurate: nec propter hoc solū /
sed etiam ideo q₂ cum olim iugo peccati
deposito / facti estis serui iusticie: si ite-
rum ad vomitum veteris seruitutis rela
bimini / rei estis īstabilitatis / ⁊ iuste per
ditiōis: qđ sic ait. Nō solū pro eo ꝙ pre
missum est perdurare debetis in iusticia
sed etiam pro eo quod sequit̄. Unde gra
tias ago deo meo qui vos gratis sine me
rito vestro a iugo peccati liberauit. In
de vtiq; gratias ago: quia vos aliquan-
do fuistis serui peccati / sed iam obedi-
stis / nec coacti / sed ex corde id est pro-
pria voluntate eundo in formam doctri
ne. i. in doctrinam que vos fecit deo con
formes. Imago enim dei deformata et
excecata fuerat in vobis: sed per instru-
ctionem meam imaginē dei in vobis re-
formaui. Formam dico illam. i. tam ex-
cellentem sicut reformationē imaginis
dei: in quā formam traditi estis per mi-
sericordiam dei / ⁊ doctrinam nostram.
Per vos enim insufficientes eratis re-
formari. Olim fuistis serui peccati / sed
nunc liberati a peccato: facti estis serui
iusticie / et ideo nolite vlterius redigi in
seruitutem peccati. Et vobis factis iam
seruis iusticie dico humanū. i. precipio
vobis quiddam satis leue / ad quod hu-
manitas vestra satis potest sufficere. Et
hoc quia spirituale est arduum non pre-
cipio vobis: facio propter infirmitatem
carnis vrē. i. q₂ scio vos adhuc carnali-
tate premi / nec satis firmos in spiritua-
libus: humanum vtiq; dico. Nā hoc hu-
manum est sicut exhibuistis membra ve
stra seruire immūdicie. i. luxurie / gule /
libidini / seruire etiam iniquitati. i. omni
contrario equitati ad cōsūmandam ini-
quitatem: saltem ita nunc fideles facti
exhibete membra vestra seruire iusticie
eundo in sanctificationem. i. in plenitudi
nem iusticie. Hoc vtiq; satis humanum
est / vt quātum seruistis diabolo: tantum
seruiatis deo / cui multo magis estis ob
noxij. Vere quia serui facti estis dei / ser
uire debetis iusticie. Nam cum prius es
setis serui peccati: liberi tunc fuistis iu-
sticie. i. expertes ab omni iusticia / fideli-
ter seruiētes peccato. Sed nunc facti ser
ui iusticie / longe fidelius seruiēdum est
deo. Quandoquidem amore peccati fe-
cistis vos expertes totius iusticie: ergo
quē fructum. i. quid vtilitatis habuistis
tunc ante conuersionem de illis in qui-
bus nunc post ꝯuersionem erubescitis?
Ideo sic interrogādo inuehitur in eos
vt a seruitute peccati: magis deterreat.
De temporali fructu peccati ideo solum
requiro: nam de fine eorum satis con-
stat: finis illorum est mors. i. in fine vite
absorbet istos eterna dānatio. Serui fa
cti peccati nullum fructū habuistis / sed
nunc per gratiam liberati a peccato / ser
ui autem facti deo: habetis fructum ve-
strū. i. fide suscepta dignū: fructū dico tē

dentem in sanctificationē.i.in plenitudinē iusticie. Impij mortē habēt finē: sed vos habetis finem vitam eternā. Uere mors est finis illorum: nam mors est stipendium peccati.i. peccatum ministrat hanc stipem id est mortem. Stipendium dicit hoc quo tribunus/vel pretor/pensata mercede militis/ministrat ei i exercitu. Mors habetur ex peccato/sed vita eterna habetur per gratiā dei. Licet enim aliquod meritum sit ibi: primatū iustificatio fuit ex sola gratia. Et directio vite que sequit/et eadem gratia lōge amplius ꝙ meruerit remunerat: gratia dat vitam eternam: et hoc in christo iesu.i. per iesum christum dominum nostrum.

Stipendiū qd ē.

Capitulum. vij

Nā ignoratis fratres (scientibus enim legem loquor) qr lex in homine dominatur quāto tēpore viuit? Nā que sub viro est mulier: viuente viro alligata est legi. Si autem mortuus fuerit vir eius: soluta est a lege viri. Igit viuēte viro † vocabitur adultera si fuerit cū alio viro: si autē mortuus fuerit vir eius: liberata est a lege viri: vt non sit adultera si cū alio fuerit viro. Itaqꝫ fratres mei ⁊ vos mortificati estis legi p corp⁹ xp̄i: vt sitis vos alteri⁹ qui ex mortuis resurrexit: vt fructificetis deo. Cū enim essem⁹ in carne: passiões peccatorū q̄ per legē erāt operabant in membris nostris: vt fructificarent morti. Nūc autem soluti sum⁹ a lege mortis in qua detinebamur: ita vt seruiamus in nouitate spiritus et non in vetustate littere. Quid ergo dicemus? Lex peccatū est? Absit. Sed peccatum nō cognoui: nisi per legem. Nā cōcupiscētiam nesciebā: nisi lex diceret. Nō cōcupisces.

† al. marito

De cōstitu. nā concupiscentiā. Exodi. xx. c. Deut. v. c.

Occasione autē accepta: peccatū p mādatū operatum est in me omnem cōcupiscentiā. Sine lege enim peccatum mortuū erat. Ego autem viuebam sine lege aliquando. Sed cum venisset mandatum peccatum reuixit. Ego autē mortuus sum: ⁊ inuentū est mihi mandatum quod erat ad vitam: hoc esse ad mortem. Nam peccatum occasione accepta per mandatum seduxit me: et p illud occidit. Itaqꝫ lex quidem sancta: et mandatum sanctum / ⁊ iustū ⁊ bonū. Quod ergo bonum est: mihi factum est mors? Absit. Sed peccatū vt appareat peccatum per bonum operatū est mihi mortem: vt fiat supra modū peccans peccatū per mandatum. Scimus enim: quia lex spiritalis est. Ego autē carnalis sum: venundatus sub peccato. Quod enī operor non intelligo. Non enim quod volo † hoc ago: sed quod odio † illud facio. Si autem quod nolo illud facio: consentio legi quoniam bona est. Nunc autem iam nō ego operor illud: sed qđ habitat in me peccatum. Scio enim quia non habitat in me: hoc est i carne mea bonum. Nam velle adiacet mihi: perficere autem bonum non inuenio. Non enim quod volo bonum hoc facio: sed quod nolo malū hoc ago Si autem quod nolo illud facio: iā non ego operor illud: sed quod habitat in me peccatū. Inuenio igit legem volenti mihi facere bonum: quoniā mihi malum adiacet. Cōdelector enim legi dei fm interiorem hominem. Video autem aliā legem in membris meis repugnātē legi mētis: mee ⁊ captiuantē †

i. Ti. j. b

† al. hʒ bonum. † al. hʒ malum.

di. vj. ca. j. in fi. xxxij. q. v. si paulus

† al. captiuum me ducētē in lege ⁊c.

xv.q.i .c.i

me in lege peccati que est in membris meis. Infelix ego homo: quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei. Per iesum christū dominum nostrū. Igitur egoipse mente seruio legi dei: carne autem legi peccati. ¶ Expositio cap. vij.

Quia superius satis ꝓbauerat debere eos subijci grē / ⁊ seruiendum esse deo: ne modo in legalibus putarēt se debere seruire deo (petmeni esse credebant si etiā in tempore gratie legalia pretermitterent) probat Paulus nō vlteriꝰ seruiendum esse in legalibꝰ: que si deserūt: nō est peccatū: si faciūt: rei sunt. Nō eni tenēda est vmbra postꝙ venit veritas: ⁊ cū carnalē legem expellat: spūali legi alligat eos. Littera sic iungitur. Per christum iesum est vita eterna tantū. Nā per legem non: quia an ignoratis fratres: vt magis excitet ad intellectū huius rei: ⁊ fratres vocat / ⁊ interrogat. Nec ignorare debetis (scientibꝰ eni legē loquor) qꝛ si bene cōsulitis idē inuenietis. An ignoratis dico ꝙ lex quecūꝙ posita sit: dominatur in homine / nō semper: sed quāto tempore viuit lex in eo homine / vel homo sub ea lege? Velut si in qualibet vrbe preceptio aliqua poneret vsꝙ ad determinatos annos / qui infra hos annos preceptū positū nō attenderet / reus esset trāsgressionis posite legis. Qui vero finitis determinatis annis faceret cōtra positam legem / reꝰ inde nō esset: qꝛ tēpus eiusdem legis iā preterisset. Sic de lege iudeorū / qui tpe moysi vsꝙ ad tēpꝰ xpi eā nō obseruaret: reus esset. Sed postꝙ venit gratia / iā tēpus eius legis preterijt: ⁊ sic reꝰ nō est qui eam deserit. Vere lex posita dominatur ꝙdiu hō viuit sub lege: vel lex in homine. Nā lex cōiugalis ista est. Mulier que est sub viro / maritali mō federata / illa alligata est legi viri: viuēte viro: sed si mortuus fuerit vir eiꝰ: soluta est mulier a lege viri. Quādo quidē mulier viuēte viro alligata est ei. Igitur si viuēte viro suo / habuerit rem cū alio viro / vocabitur adultera. Sed si vir eiꝰ mortuꝰ fuerit / liberata ē a lege viri: ita vt si fuerit iūcta cū alio viro iā nō iudicetur adultera. Et ita .i. simili ratiōe fratres mei vos estis mortificati veteri legi / que data fuit solūmō vsꝙ ad aduētū christi. Mortificati dico ꝑ corpus christi .i. ꝑ christū aduenientē / quod corpus .i. veritas ipsius legis fuit: ⁊ cuius corporis lex vmbra fuit. Nec mortificati vt vidui remaneatis / sed vt ammodo sitis alterius: eiꝰ scilicet qui resurrexit ex mortuis per quod satis cōmendabilis est vobis. Resurrexit ad hoc vt per eū fructificaremus deo .i. ꝑ gratiā ad honorē dei. Et modo tandē fructū facere licet sub gratia / qꝛ cū essemus in carne .i. detenti in carnalitate: tunc passiōes peccatorū .i. mala desideria / que licet sensualis hō affectaret / ratiōalis tn̄ passiōes esse iudicabat / que passiōes erāt note ꝑ legē: ⁊ augmētate ꝑ delictū preuaricatiōis. Operabātur in mēbris nostris vt fructificarent morti .i. vt facerēt fructū damnationis. Sed nūc postꝙ venit grā / sumus soluti a lege veteri: que erat nobis lex mortis in qua morte peccati detinebamur: nec adiutorio legis surgere poteramꝰ. Soluti inquit sumus a lege carnali. Ita .i. propter hoc / vt ammodo seruiamꝰ in nouitate spiritꝰ .i. spūaliter renouātes nos quotidie bene agēdo: iuxta illud / renouamini spiritu mētis vestre / ⁊ nō ampliꝰ seruiamus in vetustate littere / adherentes litterali intellectui: vt vetustas ꝯsuuit. Quia dixerat superiꝰ iudeos mortificatos esse veteri legi: nec esse reuertēdū ad eam: qꝛ passiones peccatorū erāt per legē: ⁊ per eā fructificabāt morti: appellauerat etiā eā legem mortis / ne male opinarentur iudei Paulū hoc itelligere: vt lex esset causa peccati efficiens: et ad peccandū cōpellens: probat legem ꝙtū in ea est / eē bonā. Quod vero iudei amplius sub lege peccarent / hoc corrupta natura faciebat / nō lex. Littera sic iungitur. Quādoquidē ꝑ legē fructificabamꝰ morti. Ergo quid dicemꝰ? Dicemꝰ ꝙ lex est peccatū .i. causa peccati efficiēs et cōpellens ad peccādū? Absit hoc vt legem dicamꝰ esse peccatū / quod si diceremꝰ / et legē esse iniustā ꝓbaremꝰ / ⁊ deū datorē legis de iniusticia argueremꝰ: qui legē dedisset cōpellētē ad peccatū. Per legem vtiꝙ nō est peccatū / sed bonum. Cognitio eni peccati. Nō eni cognoui peccatū nisi ꝑ legē. Ante legē vtiꝙ fuit cognitio peccati / cū pincerna ⁊ pistor pharaonis

(Margin notes:) Veritas vmbrā fugare debet. — Viri mors mulierē soluit a lege viri.

causa peccati in carcerē missi sunt. Sed
ꝑ legē dicit cognitum esse peccatū/quia
originale fere ab oīꝰ ante legem igno-
rabatur:⁊ actualia multa nesciebantur
esse peccatū/vt cōcupiscētia de qua sub
dit. Pena etiā infernalis ꝗ sequitur de
peccatis nō ita sciebat/nec meritū futu
rum nō peccantibꝰ. Putabāt enim oēs
in inferno ꝑmāsuros/licet sub dissimili-
tudine penarū. Sed per legem cognitū
est originale/cognita sunt etiam multa
actualia/priꝰ incognita. Nec etiam ea ꝗ
cognita erant/quāta erant/tāta esse cre
debātur. Cognita est etiā futura damna
tio pro peccatis/⁊ ideo ait. Per legem
cognoui peccatū/⁊ originale/⁊ actualia
quāta erant: penā ꝗꝫ pro hijs futuram.
Uere per legem cognoui peccatū. Nam
hoc scꝫ cōcupiscentiam/quā esse pecca-
tū nesciebā/ nisi lex ita diceret:nō cōcu
pisces. Lex quidē bona est qꝛ dat cogni
tionē peccati:sed tamen per legem nihil
bonum/sed omne malū habui: licet non
culpa legis:quod eꝗpollēter ait. Licet
lex bona sit/tamē peccatū.i.corrupta na
tura: vel diabolus instimulans. Opera
tum est in me cōcupiscentiam omnem.i.
voluntate/actu/consuetudine peccan-
di. Hoc inquit operatum est peccatū ac-
cepta occasione per mandatū.i.per legē
mādatā hoībꝰ. Accepta ait occasiōe.i.
opportunitate ex lege: tū qꝛ fragilitas
humana magis tendebat in vetitum:tū
qꝛ diabolus feruentius accepta lege in-
sultabat homini/videns legem datā fo-
re quendam gradū homini redeundi ad
saluationē/quē prius quieto iure possi-
Peccatū ē corrupta natura. dens īquietare negligebat. ¶ Notādū
etiā ꝙ peccatū corruptā vocat naturam
Sunt enī in vnoquoꝗꝫ ⁊ sensualis homo
et spiritualis. Sensualis dicit pars il-
la anime cū corpore que sensificat corpꝰ
et ita ꝑmit mole carnis/vt per singulos
sensus congaudeat voluptati/diligens
suauia gustu/canora auditu/delectabi-
lia visu/iocūda tactu/bñfragrantia odo
ratu. Illa vero pars aīe ꝗ nō ita premit
carne:hic dicitur rōnalitas/cōtradicit
sēsualitati/⁊ naturaliter appetit qꝺ bo-
nū est. Uere pctm̄ operatū est in me ma-
lum/per mandatum. Nam dum eram si
ne lege/mortuum erat peccatum.i.cor-
rupta natura ꝭm ꝙ minꝰ impugnabat
a diabolo/minus cupiebat peccatū:qꝛ
non erat prohibitū. Peccatū tunc mor-
tuū erat/ego autem viuebā.i.viuere mi-
hi videbar cū essem aliquādo sine lege:
qꝛ ⁊ minus cognoscebā/nec ita cōcupi-
scebam peccatū:nec diabolꝰ a deo inar-
descebat. Ante legem mortuū erat pecca
tum:sed cū venisset mādatū:qꝺ mortuū
erat reuixit peccatū.i. corrupta natura
vires resumpsit magis stimulāte diabo
lo:⁊ vt est vitiū humane fragilitatis ma
gis concupiscendo interdicta. Reuixit
tō: qꝛ in principio vixerat/⁊ cognitum
fuerat originale cum adhuc recēs erat.
Ueniente mādato reuixit peccatū: ego
autem sum mortuus: nō solū de priori
bus/sed etiā de preuaricatione date le-
gis reus factus. Et quādoquidē per le-
gem reuixit peccatū:⁊ ego mortuꝰ sum:
igitur mandatū qꝺ erat mihi datum ad
vitā ꝭm intentionē datoris: hoc māda-
tū/nō iā ad vitā:sed inuersum inuentum
est mihi cē ad mortē. Nō qꝛ me cōpelle-
ret ad peccatū:sed qꝛ causa fuit sine qua
nec reꝰ essem preuaricatiōis/⁊ causa ꝓ
qua diabolꝰ magis insurgeret:cōtra qꝺ
lex non adiuuabat/sed precipiendo im-
pediebat. Congrue dicit inuētum est ad
mortem. Non enim positum erat māda-
tum ad mortem. Probat mandatū esse
sibi ad mortem:nō tamē culpa legis/sed
vitio corrupte nature cōpellētis dicēs.
Uere mādatū inuētum est mihi ad mor
tem/nā peccatū.i. corrupta sensualitas
seu diabolus accepta occasione: tum qꝛ
suasio delectationis ad peccandum ve-
hementior est cum adest prohibitio/seu
quia diabolus ardentius incumbebat.
Sic vtiꝗꝫ accepta opportunitate per mā
datum seduxit me/ vt consentirem pec-
cato:et ꝑ illud seducere occidit me pre-
cipitādo in actū peccati. Et quādoqui-
dem mādatū erat ad vitā/ex culpa pec-
cati inuersum est ad mortem. Igit lex
sancta est.i.precepta legis sancta sunt/⁊
mandatum.i.opus preceptorū: vt ieiu-
nare/dare elemosynam. Hoc inquit mā
datum sanctum.i.sancitum et firmatū
in bono est. Est etiā iustum equitatem
seruans ad proximū. Est etiā bonum.i.
vtile implenti illud. Modo sufficienter
ꝓbauit legē esse bonā in se. Sꝫ diceret
iudeus:nō curo si lex bona sit/cū sit mi-
hi cā dānationis; quo contra Paulus
probat per legē neminē dānari/sꝫ potiꝰ

enutriri in bono. Corrupta vero natura
hec / causa est compellēs ad peccatum.
Unde sic ait. Quandoquidem mandatū
sanctum est: ergo illud quod in se bonū
est credi debet / qd mihi factū est mors
.i. causa compellens me ad mortem? Ab
sit hoc vt illd qd bonū est: sit causa q̄ ma
lum efficiat. Mandatū vtiq; quod bonū
est / non est mihi factum mors / sed pec-
catum .i. corrupta natura: vel diabolus
instimulans peccatum: ita dico vt appa
reat .i. vt cognoscatur esse peccatū: illd
operatū est mihi mortem per bonum .i.
accepta occasione a lege que bona est:
coegit me magis peccare. Preuaricari
etiā quod prius non erat. Operatum est
dico ita per bonum vt peccatū fiat: pec-
cans nunc in lege supra priorē modum
.i. priusq; lex daret per mandatum .i. per
preuaricationē mandati magis peccās
Uere lex non est operata mortē sed pec
catū. Nā nos scimus ab auctoritate vim
habente. Scim⁹ vtiq; qꝛ lex est spiritua
lis .i. vel data per spiritū sanctū: vel nu-
triens spiritum hominis / quorū alterū
si sit: constat quia non est causa mortis.
Lex vtiq; est spiritualis / sz ego sum car
nalis .i. adherens carnalitati: venunda
tus: quem primus parens pro gustu po
mi venundedit: nec ita vt sim solū in pec
cato: sed etiā sub peccato: qꝛ et si volo / ꝛ
diu laboro / ꝑ me tamē surgere nequeo.
¶ Hic icipit ostēdere qꝛ lex et rationa
lis homo ī volūtate boni cōsentiant: sed
tamen ab illo tertio .i. a corrupta natura
superant̄. Et hoc de rationalitate ꝙ bo
na sit ꝛ bonū velit cōueniēter ꝓbat. Si-
cut enim si lex mala esset / dator legis in
de vituperaret̄. Sic etiā si naturalis ra
tio aduersaret̄ bono: iuste q̄ rationē de-
derat de malo rationis calūniaret̄. Ue
re sub peccato sū. Nā qd ego operor / si-
ue dimittēdo bonū quod vtiq; est opera
ri malum: siue faciendo malum / quod
inq; operor ego sensualis: intelligo ego
rationalis non esse operandum. Uere
operor dimittendo bonum: quod intelli
go non esse operandum. Non enim ago
hoc bonum quod ego rationalis volo: ꝛ
vere operor faciendo malū quod intelli
go non esse operandum. Nam ego car-
nalis facio illd / qd ego rationalis odio
Et nunc quia lex spiritualis ꝛ bona est.
Rationalitas vero mea bonū vult cum
lege: inde apparet qꝛ lex ꝛ ratio simul
sentiāt / licet carnalitas preualeat. Ago
inquit illud quod odi id est quod nolo.
Si autē rationalis nolo illud quod car
nalis facio: ecce iam consentio legi: id
est idem volens testis sum legi de hoc ꝙ
bona est. Quandoquidem ego rationa-
lis nolo illud quod carnalis facio (Il-
lud nunc illatiuum est) Ergo ego ratio
nalis iam non operor: illud quod me no
lente operatur caro / sed peccatum id est
fomes peccati / quod peccatum habi-
tat .i. assidue remorat̄ in me carnali. Et
vere peccatū habitat in me: qꝛ bonū nō
habitat in me. Qd sic ait. Scio quidē qꝛ
bonū nō habitat ī me: hoc qd dico in me
est .i. in carne mea .i. in me carnali. Et h
probat. Uere bonū nō habitat in carne
mea: nam neq; per voluntatem / neq; per
actū. Per voluntatem quidē non habi-
tat. Nā velle bonū adiacet mihi carnali
.i. quodāmodo approximat carni. Ne-
mo enim tam impi⁹ / quin aliquando sal
tem bonū velit: quod si adiacet / ergo nō
habitat in me: velle bonū adiacet. Sed
perficere bonū: illud nullo modo inue-
nio ī carne mea. Uere perficere bonū nō
est in me carnali. Nam ego carnalis nō
facio hoc bonum quod volo rationalis.
Sed ago carnalis hoc malū: quod nolo
rationalis. Uel aliter. Uere ꝑficere bo-
nū ex toto nō inuenio in me. Nā etiā hoc
bonū nō facio quod bonū esse cognosco:
ꝛ ideo facere volo. Nō enī oīa bona mi-
hi nota sunt. De eo qd dixit superi⁹ ad
aliud probandum / nō qd volo hoc ago.
iterum hoc per aliud ꝓbato / infert di-
cēs. Quandoquidē ego rationalis nolo
malum / qd ago carnalis: ergo ego rōna
lis nō operor illud malū / sed peccatum
.i. corruptio nature: quod peccatū habi-
tat in me carnali: operat̄ illud malū. Re
petit locum vnde inferat: si qd nolo illd
facio. Quandoquidem ego rationalis
nolo malū. Lex autem (sicut probatum
est) malum similiter non vult. Igitur
ego rationalis inuenio legem esse bonā
id est vtilem mihi rationali volenti face-
re bonum. Lex bonū docens / ꝛ ratio bo
num volens: consentiendo in bono se in-
uicem inueniunt. Uolenti facere bonū
ꝛ non facienti / bene dico: quoniam ma-
lum carnalitatis adiacet mihi rationa-
li: et propterea bonum quod volo perfi-

cere nequeo. ¶ Nota quoniam Pau-
lus figuratiue ſub perſona ſua de omni-
bus loquitur / aſſumens ſibi perſonam /
nunc ante legem nunc in lege. Uere bo-
num inuenio in me. Nam ego condele-
ctor legi dei: quia ⁊ illa bonum vult et
ego ſecum. Condelector dico ſm̃ inte-
riorem hominẽ / quia interior homo ra-
tionalis vult quidem bonum: et ſi ne-
queat operari: cum mõ dixerit / ꝙ lex et
rationalitas bonũ velint: oſtẽdit vtrũqꝫ
ſuperari a tertio / id eſt a carnalitate / qđ
tertium oſtendit ſuperandum eſſe per
gratiam / ⁊ hoc ſatis idonee facit. Cum
enim legem oſtendat deprimi per carna
litatẽ / nec eos qui ſub lege fuerũt q̇cꝙ̃
boni feciſſe niſi per gratiã: per hoc pla-
ne iudeos inſinuat debere ſubijci peni-
tus gratie dei / ⁊ non amplius legi. Per
hoc iterum ꝙ rationalitatẽ: etſi bonum
vellet: ſuccubuiſſe tamen carnalitati di
cit: gentiles ne ſe de libero arbitrio effe
rãt deprimit / ⁊ ſic omnes gratie dei ſub
ijcit. Licet ſm̃ interiorem condelector
legi dei: tamen video aliã legem in mẽ
bris meis. i. in carnalitate mea. Legem
ideo dicit: quia queadmodum ratio di
ctat agere qđ bonũ ẽ: ſic ſẽſualitas qđ
malum eſt: legem membrorum dico re-
pugnãtem legi mentis mee / id eſt bonis
que ratio ſuadet. Nec ſolum repugnan-
tem: ſed etiam captiuum ducentem me
in legem peccati: vt operer ea que cor-
rupta ſenſualitas dictat: q̄ lex peccati
eſt in membris meis. i. in ſingulis ſenſi-
bus diffuſa. Et quãdoquidem lex mem
brorũ captiuum me ducit in peccatum:
ergo ego rationalis ſum infelix: qr ſum
homo / id ẽ quia carnalitate deprimor:
⁊ me infelicẽ quis liberabit de corpore
mortis huius. i. de morte peccatorum
que ſunt in corpore meo: vel de corpo-
re mortis id eſt de tota hac maſſa pec-
catorum que ducunt ad mortem? Lex
non poteſt liberare me iudeum / non ra-
tio naturalis me gẽtilẽ: cũ hec in vtroqꝫ
deficiant. Scio liberationem meã gra-
tia dei datã per ieſum chriſtum dominũ
noſtrum. Illa profecto liberabit me / ⁊
ideo vos iudei gratie dei efficaci: non
legi impotenti: vos iterum gẽtiles gra-
tie dei non rationi debilitate ſubijcimi-
ni. Conſiderandum eſt ꝙ duplex velle
boni ſit in homine. Alterum ſm̃ natura-
lem rationẽ / que corruptione peccati de
preſſa: bonũ qđ vult operari nõ ſufficit.
Aliud velle ſm̃ inſpirationẽ ſpirit⁹ ſan-
cti / per quem fomes peccati deprimitur
vt bonũ operari poſſimus. Uelle autem
naturalis rationis hoc erat: de quo ſu-
perius dicebat. Nõ qđ volo bonũ hoc
ago. ¶ Dixerat superi⁹ interiorẽ homi-
nem ⁊ legem condelectari in bono ſola
voluntate non actu / quia cõtra hec duo
inualeſcebat fomes peccati: legem et ra
tionem expugnãs: ſed poſtꝙ̃ deus oſtẽ-
dit vtrumqꝫ bonum legis et rationis in
homine deficere: dedit ad vltimum gra
tiam ſuam / que liberum arbitrium con-
fortauit: vt iam ſi velit homo bonũ poſ-
ſit operari: et bene coercere fomitẽ pec-
cati. Qꝫ autem hominem redemptũ per
gratiam: deus non penitus a fomite pec
cati diuiſit / cauſa hec fuit: quia reliquit
meritum homini. Si enim homo ſola ne
ceſſitate quia non poſſet / non peccaret
non eſſet meritum quo ſaluari deberet.
Ut autem locus eſſet merẽdi / fomitem
peccati reluctantem dimiſit: debilita-
tum tamen ⁊ (ſi velit homo) ſubditũ ra-
tioni. Qꝫ iterum hominem a peccato re
demptum / non in tanta dignitate reſti-
tuit: in quãta fuerat Adam cum cecidit.
factum eſt ne iterum homo de ſubita et
tanta felicitate ſuperbiendo / irrepara-
biliter caderet. Quare ad memoriã pec
cati / ⁊ ad cuſtodiam humilitatis oppor
tune relicta eſt pena peccati: vt etiam ꝑ
hoc oſtendatur vis ſancti ſpiritus: ad-
iutorio cuius / rationalis homo ſubigit
ſibi carnalem: cui ſubiectus fuit ꝙ̃diu
ſine gratia fuit. Littera ſic iungit̃. Quã
doquidẽ gratia dei data per ieſum chri
ſtum me liberauit: igitur ego ipſe qui
ante gratiam ſubiectus eram carnalita
ti: iam quod bonum volebam potens
operari: non ſolum volo / ſed etiam ſer-
uio mẽte / id eſt poteſtatem habeo ſm̃ ꝙ
ratio ammonet bene operando ſeruire
legi dei. Nec ita tamen: vt fomes pecca
ti penitus in me deſtructus ſit: ſed pote
ſtatem habeo ſeruire carni id eſt ſm̃ car
nalitatem legi peccati. In hoc etiam ma
ximum notat miraculum / ꝙ fomes pec
cati contra quem nihil prius poterat ra
tio: nũc ſubiaceat rationi ſi velit homo

Fomes
pcti q̄re
relict⁹ ẽ
hoibus.

Capitulum. viij.

Nihil ergo nunc dānationis est his q̄ sunt in christo iesu: qui non scḋm carnē ambulāt. Lex eni spiritus vite i christo iesu: liberauit me a lege peccati et mortis. Nam quod impossibile erat legi in quo infirmabatur per carnem: deus filium suū mittens in similitudinem carnis peccati: et de peccato dānauit peccatū in carne, vt iustificatio legis impleretur in nobis: qui non scḋm carnem ambulamus: sed scḋm spiritum. Qui eni scḋm carnem sunt: que carnis sunt sapiunt: qui vero scḋm spiritū † sunt: q̄ sunt spiritus sentiunt. Nam prudentia carnis mors est: prudentia autem spiritus vita et pax. Quoniam sapientia carnis inimica est deo. Legi enim dei nō est subiecta nec enim potest. Qui autem i carne sūt: deo placere nō possūt. Uos autem in carne non estis, sed in spiritu: si tamen spiritus dei habitat i vobis. Si quis autem spiritū christi non habet: hic non est eius. Si autem christus in vobis est: corpus quidē mortuum est propt̄ peccatum: spiritus vero viuit ꝓpt̄ iustificationē. Quod si spiritus ei⁹ q̄ suscitauit iesū a mortuis habitat in vobis: qui suscitauit iesum xp̄m a mortuis viuificabit et mortalia corpora vestra: propter inhabitantem spm̄ eius in vobis. Ergo fratres† debitores sum⁹: nō carni vt scḋm carnem viuamus. Si enim scḋm carnē vixeritis, moriemini. Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Quicunq3 enim spiritu dei aguntur: hi filij sunt dei. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore: sed accepistis spm̄ adoptionis filiorū dei: in quo clamamus abba pater. Ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nr̄o: q̄ sumus filij dei. Si aūt filij et heredes. heredes q̄dem dei: coheredes aūt xp̄i: si tamē cōpatimur vt et glorificemur. Existimo enim q̄ non sunt cōdigne passiones huius temporis ad futuram gloriam que reuelabitur in nobis. Nā expectatio creature reuelationem filiorum dei expectat. Uanitati enī oīs creatura subiecta est nō volens: sed ꝓpter eū qui subiecit eā in spe: quia et ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis i libertatem glie filiorū dei. Scim⁹ enim: q̄ oīs creatura ingemiscit et parturit vsq3 adhuc. Nō solū aūt illa: sed et nosipsi ꝑmitias spūs habētes, et ipi itra nos gemimus, adoptionē filiorum dei expectantes redēptionem corporis nr̄i. Spe enim salui facti sumus. Spes autem que videtur nō est spes. Nam quod videt quis quid sperat? Si autem qđ nō videmus speramus: ꝑ patientiam expectamus. Similiter autē et spiritus adiuuat infirmitatē † nostrā. Nam quid orem⁹ sicut oportet nescimus: sed ipse spiritus postulat ꝓ nobis gemitibus inenarrabilib⁹. Qui autem scrutatur corda: scit q̄d desideret spiritus: q2 scḋm deum postulat ꝓ sanctis. Scimus aūt quoniam diligentibus deum oīa cooperantur † i bonum: his qui scḋm ꝓpositū vocati sunt sancti. Nā quos presciuit et predestinauit cōformes fieri imaginis filij sui: vt sit ipe pri

ar. † nō hi sunt.

lxxxij. di. c. proposuisti.

† ar. hi spiritui

ar. q̄r. ij. q. vlt. in fine. de renū. c. nisi. §. verum. ij. q. ij. Ubi mo. j. b. gar. ij. s.

j. q. iij. saluator in pun.

De pen. di. iij. c. hic societate. §. q̄ aūt.

† ar. n̄ro operationis

ar† coopatur de peni. di. ij. c. ex lib. et c. apl's. et dist. iiij. ca. si ex bono. §. sicut ḡ.

mogenitus in multis fratribus. Quos autem predestinauit: hos ⁊ vocauit: et quos vocauit, hos ⁊ iustificauit: quos autē iustificauit: illos ⁊ magnificauit. Quid ergo dicemus ad hec? Si deꝰ pro nobis: quis cōtra nos? Qui etiam ꝓprio filio suo non pepercit. sȝ pro nobis omnibus tradidit illum. Quomodo non etiam cū illo omnia nobis donauit? Quis accusabit aduersꝰ electos dei? Deus qui iustificat. Quis est qui condemnet? Christꝰ iesus qui mortuus est: immo qui ⁊ resurrexit: qui est ad dexteram dei: qui etiam interpellat pro nobis: Quis ergo nos separabit a charitate xp̄i? Tribulatio An āgustia, An ꝑsecutio, An fames, An nuditas, An ꝑiculū An gladiꝰ? Sicut
Fo. xliij. scriptum est. Quia propter te mortificamur tota die: estimati sumus sicut oues occisionis. Sed in his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos. Certus sum enī: quia neq̄ mors: neq̄ vita: neq̄ angeli: neq̄ principatꝰ, neq̄ ꝟtutes, neq̄ instantia neq̄ futura, neq̄ fortitudo, neq̄ altitudo, neq̄ ꝓfūdū,
† al. aliqua neq̄ creatura alia † poterit nos separare a charitate dei, que est ī xp̄o iesu domino nostro.

Expositio capituli octaui.

Quandoquidē mente seruire possum legi dei. Ergo nūc in tempore gratie nihil damnationis relictum est his q̄ sunt in christo iesu. i. qui in fide christi renati sunt. Non ꝙ modo boni sint, modo male agendo non sint: sed quia ita sūt in christo iesu ꝙ non ambulant ſm carnē. i. non delectantur in malis sectando carnalitatē. Ambulare congrue remouet. Impossibile enim est non inuicem facere q̄ carnis sunt. Propterea non dixit, qui sunt ſm carnem, sed qui ambulant. i. q̄ de malo non penitent: sed consuescendo delectantur in eo. Vere nihil damnationis est his qui sunt in christo iesu. Nam lex spiritus. i. vel quam spiritus sanctus dictat: vel ipsa rationalitas: spiritus dico datoris vite. i. qui dat hic viuere in virtutibus: vnde etiam prouenit vita eterna. Vite dico habite ī christo iesu. i. per christum iesū. Liberauit me a lege peccati. i. a fomite peccati, ⁊ a lege mortis. i. a fomite peccati, ⁊ a lege mortis. i. ab actu fomitis peccati: ne q̄d fomes male suadet operarer. Vere liberatus sum a lege peccati: nam per filium dei. Deꝰ eī misit filium suū: non ꝙ filius abesset alicubi: sed quia ipse natura inuisibilis per vnitam sibi carnem factus est visibilis. missus dicitur ſm cognitionem nostrā. Misit vtiq̄ deus filium suum non in carnem peccati: sed in similitudinē carnis pcti. i. in carnē similem carni peccatrici. Xp̄s enī oēm carnis materiā p̄ter peccatum sustinuit: et per missum filium dānauit peccatum. i. fomitē peccati: quod erat in carne nostra. De peccato. i. per filium qui fuit hostia pro peccatis omniū oblata. Unde ⁊ christus dictꝰ est pecca- Xp̄s dictus est peccatū.
tum. Hostia enim pro peccato oblata: peccatū dicebatur. vel pro peccato. Vel ita. Dānauit peccatū. i. sathanā de peccato: quod diabolus fecit in carne christi. Diabolus enim ius habebat in omnē hominem propter originale peccatum: de quo quia christus reus non fuit (non enim in concupiscentia carnis natꝰ est) in cum diabolus indebitum ius vsurpauit: ideo ius quod concessum sibi erat in omnes, perdidit: ⁊ sic q̄ incōcessa captauit: iuste concessa perdidit. Damnauit vtiq̄ peccatum: ad hoc vt impleretur in nobis iustificatio legis. i. quam lex p̄signabat, ⁊ implere non poterat in nobis de termino: qui non ambulamus ſȝ carnem. i. sequendo desideria carnis: sȝ ambulamus ſm spiritum. i. ſm ꝙ dictat spiritus sanctus, vel ratio. Damnauit dico peccatum, q̄d scilicet damnare peccatum impossibile erat legi. Lex enim impotens erat liberare ab originali: i quo. i. in implenda iustificatione, lex īfirmabatur per carnem. i. quia carnalitatē sectabatur: vere iustificatio nō impletur hijs qui ambulant ſm carnem. Nam hijs

qui sectantur carnalitatem / sapiunt. i. sa
porem bonum sapiunt in his que carnis
sunt. Amodo in sequentibus longe com
mendabit legem spiritualem per opposi
tum / deprimendo carnalem. Quid inde
diceret aliquis si sapiũt ea q̃ carnis sũt?
Malũ vtiq; multum est hoc. Nam pru=
dentia carnis est mors. i. vacare his que
caro suadet mors anime est. His qui se
quuntur spiritu; implebitur iustificatio
legis. Nam qui sunt ſm spiritum / senti=
unt. i. sapiunt ⁊ sectantur ea que sunt spi
ritus. Et quid inde diceret aliq̃s? Mul=
tum equidem. Nam prudentia spiritus
est vita. i. viuere hic in virtutibus / et est
pax. i. tranquillitas animi / et quies a tē
ptationbus. Non enim omnes q̃ viuunt
in virtutibus pacem hanc habēt / s; ad=
modum pauci / ideo prudentia carnis ē
mors / qm̃ sapiētia carnis est iimica deo
q̃diu inimicatur deo / viuere neq̃t. Sed
qui bonu; carnalitatis sue deo preponit:
regnũ dei (q̃tu; in se est) diminuit / sub=
ijciens se regno carnis. Vere sapientia
carnis est inimica deo. Nam nõ est sub=
iecta legi dei / sed imperio carnis. Nõ ē
subiecta / q: nec eē p̄t subiecta / q̃diu car
nalitati adheret. Quid enim enumerare
quero singula dicens / prudentia carnis
est mors ⁊ inimica deo? vt paucis cõpre
hendam: quicunq; sunt in carne. i. in car
nalitate / q̃diu ibi detinentur deo place
re non possunt. Quia modo dixerat / qui
in carne sunt deo placere nequeunt: ne
per hoc deterreret romanos q̃ pri⁹ iusti
ficatione accepta ad aliqua peccata re=
lapsi fuerant / demulcet eos: blandiēdo
tamen que facienda sint eis aperte insi=
nuans. Qui in carne sũt deo placere nõ
possunt. Sed vos o romani non iã estis
in carne / nec vos in carne esse intelligo.
sed estis in spiritu. Hac cõditione tamē
vos esse in spiritu pronuncio: si spiritus
dei que; in baptismo accepistis habitat
.i. perseuerat in vobis. Si quis aũt (nõ
dico de vobis / sed quicũq; ille sit) q̃ nõ
habet spiritũ christi: hic non est eius dei
.i. non habet partem cu; deo. Hic plane
ostendit apostolus spiritum sic a filio vt
a patre procedere / vbi ait spiritũ dei / et
spiritũ christi / ⁊ q idem sit spiritus dei ⁊
spũs xp̃i. Si autem xp̃s. i. spiritus chri=
sti est in vobis / corpus quidem vestrum
mortuum est. i. mortalitati adhuc subia
cet propter pctm̃. i. vel ꝑpter penam pec
cati / vel ꝑpter custodiam / ne iterum ca
datis per elationem. Corpus quidē ad=
huc est mortuum / sed spiritus vester ia;
viuit ꝑpter iustificationē. i. per opera iu
sticie que exercet iustificat⁹ a peccatis:
vbi ait. Si christ⁹ ē in vobis: innuit xp̃;
⁊ spiritum sctm̃ idem eē in substãtia dei=
tatis. Nec solum per spiritum habitan=
tem in vobis / vitã spiritus habebitis: s;
etiam si spiritus eius qui suscitauit iesũ
a mortuis: pro hac causa q: spiritus san
ctus in eo habitauit. Si inquit ide; spi
ritus habitat in vobis: viuificabit etia;
mortalia corpora vestra / facta immorta
lia propter eandem causam / scilicet pro
pter inhabitantem spiritũ eius in vobis
Et q: sic de vobis facere possit / ⁊ factu=
rus sit / presignauit in eo q iam suscita=
uit iesum christum a mortuis. Et si que
ritur / quare xp̃s ante oēs incorruptibi=
lis suscitatus sit? Respondetur ideo q:
de spiritu sancto conceptus sit: quia pec
catum nõ fecit / et q: per eũ incorruptio
nem omnes habituri sunt: dignum fuit /
vt omnes in hoc / ⁊ tempore preueniret /
⁊ plus omnibus acciperet. Quandoqui
dem de⁹ ⁊ iam aiam viuificauit / ⁊ corp⁹
viuificabit: ergo fratres ia; non sumus
debitores carni. i. iam nihil debem⁹ car=
nalitati: sed spiritui: quia per spiritũ vi=
uim⁹ / ⁊ adhuc viuificabimur. Debem⁹
quidē carni que necessaria sunt ei: vt vi=
ctũ ⁊ tegumentũ: sed nõ ita vt viuam⁹ se
quētes carnalitatē. Si enim ſm carnem
vixeritis: nõ viuificabimini: s; moriemi
ni. Si autem facta carnis / mortua fece=
ritis per spiritũ viuetis: et hic ſm aiam /
⁊ in futuro ſm corporis incorruptionē.
Et mortificare debetis. Nã spiritu dei
agimini: ⁊ vere viuetis / q: filij dei eritis
Et sic ait. Vere si mortificaueritis car=
nem per spm̃ / viuetis. Nã quicũq; agũ=
tur spũ dei (qđ est mortificare facta car
nis) hij sunt filij dei: ⁊ hec ē vita eterna.
¶ Postq; satis cõmēdauit legē spũs:
ostendit quanta vtilitas sit nobis ꝑ spm̃
sctm̃: qđ iã partim supra ostēdit. Vere fi
lij estis. Nõ enĩ iam estis serui: q sic ait:
Vos quidē accepistis spiritum / sed non
spm̃ ſuituris: vt ampli⁹ serui sitis / ⁊ ser=
uiatis iterum in timore. Dum enĩ sub le=
ge eratis / timore penarũ quas lex mina
batur seruiebatis: q̃ aũt timore pene ser

Christ⁹ q̃re ãte oēs icorruptibil' suscitat⁹ est.

Carni q̃d debemus.

uit penā euadit / gloriā nō meret. Spi=
ritū ſeruitutis vtiqꝫ nō accepiſtis / ſꝫ ac
cepiſtis ſpm̄ adoptiōis filioꝝ.i.per quē
adoptamini in filios dei / In quo ſpiri=
tu docēte / nos clamamus abba pater.
Abba quid ſignificat. Abba hebreum eſt / ſignificans id qđ pa
ter / vel patyr grecum. Ideo hebreā vo
cem poſuit ⁊ vocem gentiū: ſeu grecam:
ſeu latinā / vt oſtendat vtrūqꝫ populum /
iudeū ⁊ gentilē in nouitate ſpiritus de=
bere ſuire deo / nō iam in vetuſtate lr̄e.
Uere in ſpiritu clamamus abba pater.
Nā ſpiritus ſanctus reddit teſtimoniū
ſpiritui noſtro.i.docet rationem noſtrā:
hoc ꝙ ſumus filij dei. Niſi eniꝫ ſpiritus
hoc inſinuaret: neſciremus nos eē filios
dei. Si autem ſumus filij: erimus etiaꝫ
heredes. Ecce quot vtilitates ſūt nobis
per ſpiritum. Prius adoptamur ī filios
dehinc clamamus / Heredes etiā cōſti
tuimur / nec vilis hereditatis / ſed here=
des dei / qꝛ deꝰ diſtribuet nobis heredi
tatē ſuā.i.totius boni ſufficientiam. Si
heredes dei qualiter dicuntur eſſe chriſtiani. querimꝰ quomodo ſumus heredes dei:
cum vſus habeat heredē eſſe morte de=
ceſſoris? Reſpondetur / qꝛ deꝰ quodam
modo nobis morietur in futura beatitu
dine / ſm̄ hoc ꝙ nunc videmus cum per
ſpeculuꝫ ⁊ in enigmate / tūc aūt facie ad
faciem ſumus viſuri. Heredes erimus
dei / coheredes autem xp̄i / qꝛ eandē he=
reditatē quam xp̄s.i.incorruptionē ſm̄
carnem modo nr̄o accipiemꝰ. Heredes
dicē dei / velut eiꝰ cuiꝰ ē hereditas: eāqꝫ
diſtribuit. Coheredes xp̄i / velut eius
qui nobiſcū partem capiet hereditatis.
Coheredes erimus xp̄i / hac tm̄ cōditio
ne dico: ſi compatimur xp̄o non intētio=
ne laudis vel lucri tēporalis / ſed vt glo
rificemur / deſiderio tm̄ eterne glīe. Cō
pati vtiqꝫ debemꝰ / vt glorificemur. Nā
ego exiſtimo (⁊ veruꝫ eſt) ꝙ oēs paſſio=
nes huius tēporis.i.que tēporales ſunt
⁊ huius.i.tam breuis temporis / nō ſunt
condigne ad ꝓmerendam futurā glīaꝫ:
ꝙ reuelabiť ī nobis / qꝛ nec nos ipi ꝙ eaꝫ
habituri ſumꝰ / ꝙꝫ digna magna ſit ītelli=
gimus. Uere gloria hec reuelabitur in
nobis. Nam expectatio creature.i.toti=
us eccleſie expectat reuelationem filio=
rum dei / vt ⁊ ipſi inter filios dei reuelēť
Qꝛ ſi oīs ecclīa hec expectat / credendū
eſt futuꝝ eē qđ expectat. Expectatio ex=
pectat / frequētiā notat. Creaturā vocat
ecclīam / nā hec ſpecialiter creatura dei
eſt / quā etiā iuſtificādo nouā creaturaꝫ
fecit: ⁊ qꝛ cauſa eius bona omnia creata
ſūt: adeo creatura.i.ecclīa expectat hāc
reuelationē / qꝛ ſubiecta ē vanitati. i. mi
ſerijs carnis / ꝙ vane ſunt. Si eni mō co=
medit / poſt modicū iteꝝ eſuriet / ſi bibit:
iteꝝ ſitiet / ⁊ ſic in ceteris. Et qꝛ hec oīa
videt vana / iō expectat hoc vbi nulla ſit
varietas. Subiecta ꝙdē eſt vanitati / ſed
nō volēs / qꝛ nolet pati hec vana / ⁊ lꝫ nō
volens / tamen propter eum ſuſtinet qui
ſubiecit eam his miſerijs ne iteꝝ ſupbiē
do periret. Subiecit dico in ſpe poſitā /
vt ſpē haberet euadēdi hāc vanitatē. in
ſpe dico hac: qꝛ.i.ꝙ vt xp̄s / ſic etiā ipſa
creatura liberabiť a ſuitute corruptio=
nis.i.variabilitatis / trāſferēda a ſuitu=
te in libertatē / a corruptiōe in glīaꝫ filio
rū dei. Bn̄ dico nō volēs ſubiecta ē / nā
nos ſcimꝰ ꝙ oīs creatura.i.ecclīa / inge
miſcit animo ⁊ parturit.i.maximo cona=
tu laborat opādo / quēadmodū ꝑturiēs
fructū de labore expectās. Parturit di=
co vſqꝫ adhuc / qꝛ a primo iuſto ſemꝑ ī la
bore fuit ecclīa vſqꝫ ad hoc tp̄s: Creatu
ra vtiqꝫ īgemiſcit: nō ſolū aūt illa creatu
ra / ſꝫ etiā nos ipſi ꝙ tāte dignitatis ſumꝰ
ꝙ etiā dij eē reputamur: nos dico hūtes
ꝑmitias ſpūs / qꝛ in ꝑmitiua ecclīa priꝰ
oibꝰ ⁊ habūdātiꝰ ſpm̄ ſctm̄ accepimꝰ / ha
būdātiꝰ etiā ꝓphetis ꝙ ꝑceſſerūt / nō eī
ſemꝑ ꝑ ſpiritū ſanctum loquebāť / qꝛ ali
qñ recedebat ſpūs ſanctꝰ ab eis / ⁊ ꝙ fal=
ſa erāt ꝑdicebāt: vt nathā qñqꝫ ⁊ quidaꝫ
alij / ſed apl̄i nunqꝫ priuati ſūt ſemel ac=
cepto ſpiritu ſancto. Nos ipſi habentes
primitias ſpūs / ꝙ adeo digni ſumꝰ etiā
ipſi idem a deo fragiles ſumus ꝙ gemi
mus quēadmodū creatura. Et ne puta
rentur gemere compaſſione ſubditorū:
⁊ nō pro ſe / determiat: Gemimꝰ dico in
tra nos.i.preſſi tētationibꝰ ꝙ nos cōtur=
bant interius. Priꝰ ipſi / nota eſt digni
tatis. Alterum ipſi / fragilitatis. Per h
apoſtolus multum conſolatur eccleſiā:
et inuitat ad patientiam: ꝙ dicit apoſto=
los eadem fragilitate premi / qua pre=
muntur ſubditi. Subdit etiam magnam
conſolationem quam habent dicens. Ge
mimus dico / expectantes adoptionem
filiorum dei: id eſt vt adoptemur ī filios
dei. Duplex adoptatio eſt. Prima qua Adoptatio ē duplex.
deus peccata dimittit et iuſtificat. Se=

cūda qua in eterna beatitudine sanctos coheredes faciens christi/eos remunerat. De hac aūt secūda innuit se paulus intelligere cū ait. Adoptionē dico.i. redēptionē corporis nostri.i.in qua adoptione corpus nostrum modo fragile nulla corrumpet mutabilitate. Per hoc ꝙ dicit expectātes/innuit se de futura adoptione loqui:nō de iam habita. Rem eni iam habitā:nō expectamus. Credendū est etiā christū assumpsisse ideo corpus cum anima: vt vtrūqꝫ liberaret a corruptione. Vere expectamus: q2 spem habemus. Spes aūt ista magnū habet meritum: nam saluos nos facit. Et sic ait. Spe.i.merito spei: q2 rem inuisibilem τ etiā incogitabilē constanter speramus: hoc merito salui sumus: et in hac spe facti sumus ab alio/non a nobis. Non enī fragilitas nostra nisi spiritu sancto confortata speraret/q2 nesciret:τ sic nec meritum salutis haberet/spe salui facti sumus/tantū meritū habet vera spes: sed illa spes.i. res sperata que videt̄ iam nō est spes/nec spei meritum habet. Spes enī est de re que non videt̄:vt si speramꝰ aliquē nobis daturū pecuniā/illud qđ speramus nondū videmus:sꝫ nos habere pecuniā:et si pecuniā ipsam videamus. Rei autē que iam habetur non est spes:sed iam vsus habet̄. Vere rei que videtur nō est spes/nam qđ videt quis: illud quomodo vel quare sperat? Non est amplius sperandū eo/sed vtendum. Rei que videt̄ non est dicenda spes:sed si illud qđ nō videmus speramꝰ/meritū huius spei habemꝰ. Nam expectamus rē speratā per patientiā.i.in expectādo patient̄ oīa toleramꝰ/desiderio rei quā speramus. Et hec spes que tāti est meriti/per spiritū sanctū habet̄. Nec hoc solum dat nobis spūs sanctus/sed etiā similiter.i.sicut spem: τ per spē patientiā: sic idem spūs adiuuat nostram infirmitatē. Sicut enī infirmi sine spū sancto essemus in spe:sic etiā infirmaremur ī oratione nisi doceret nos spūs. Vere spiritꝰ adiuuat nos infirmos. Nam nos nescimus quid oremꝰ/sicut scire oportet et orare:scimus quidem quō non oportet. Nos vtiqꝫ nescimus:sed ipse spūs postulat.i.postulare nos facit τ insinuat. Postulat dico ꝓ nobis.i. vel vice nostri/vel causa nostre vtilitatis:gemitibꝰ inenarrabilibus. Gemitus ideo inenarrabiles dicit:q2 ipsi contēplatores nescirent explicare nec possent/quot τ quātis desiderijs estuant. Ex eo ꝙ dictum est spūs postulat/quidā in errores lapsi sunt:dicētes spiritū minorē patre τ filio:q2 qui postulat minor intelligit̄ eo a quo postulat: curialitatem pauli/vertētes in heresim. Sicut enim qui modo docuisset aliquē quo genere loquēdi: τ quibꝰ verbis loqueret̄ cū principe:ille per illū instructū diceret̄ loqui eidem principi:sic spiritus sctūs dđ τ quō postulemus nos instruit:τ ꝓ nos instructos dicit̄ postulare non aliter. Qđ supra dixit.nescimꝰ orare sicut oportet: hoc in seipso apertū est qui contra salutē spūs sathane orauit auferri a se:datū sibi ob custodiā humilitatis/ne q2 raptus erat ad tertiū celum/τ audierat que non licebat homini loqui superbiret:sed per impellentē fragilitatē pusillanimitatē carnis reminisceret̄. Spiritus sctūs sperare nos facit/orare nos docet: et exaudiri nos facit. Et sic ait Spūs postulat:ille aūt q̄ scrutat̄ corda.i.deꝰ/scit.i.ꝯplet τ approbat qđ desiderat.i.desiderare nos facit spūs sctūs. Scit ideo q2 spiritus postulat ſm deū.i. docet nos spiritus postulare/qđ deo bonum est concedere. Postulat dico ꝓ sanctis.i.vel vice vel causa sctōꝝ. Scrutat̄ ab ea similitudine dictū est:q2 quē admodū ille q̄ multo scrutinio rem inuestigat meliꝰ rem ipsā cognoscit: sic deus nō ꝙ scrutādo laboret:sꝫ q̄si scrutator τ lōge meliꝰ occulta cordiū nouit. Nō solū spiritꝰ spem dat:orare īsinuat/exaudiri facit:sed τ quecūqꝫ ꝓspera vel aduersa cōtingāt sctis:oīa facit ille esse ad bonum. Littera sic iungit̄. Orare sicut oportet per nos nescimꝰ. Hoc aūt ꝑ spūm sanctū scimꝰ/qm̄ idē spūs coopat̄ oīa seu ꝓspa seu aduersa in bonū.i.ad vtilitatē sctōꝝ Vel oīa cooperant̄ a spū sctō in bonū vt passiue dicamꝰ. Vel in actiuo sensu oīa cooperant̄ in bonū:τ iterū ꝑ spūm sanctū. Sētētia nō mutat̄: cooperant̄ dico diligētibus deū:nec q̄ modo diligāt/modo peccādo odiāt:sꝫ hijs.i.hmōi diligētibꝰ qui a deo vocati sūt:ad hoc vt sint sctī:τ q2 nō oēs vocati electi/adiūgit. Vocati dico ſm ꝓpositū ꝑscientie dei q̄ nullo modo pōt imutari. Vere ſm ꝓpositū vocati sūt/τ oīa cooperant̄ illis in bonū. Nā

Christꝰ q̄re assūpsit corꝑ cū aīa

Spes ē d re q̄ nō videtur.

deꝰ presciuit eos ab eterno sibi idoneos
et electiōe dignos. Et quia presciuit ab
eterno: predestinauit etiā eos. i. prepara
uit in tēpore cōgruo. Hec ꝑparatio fuit
oblatio gratie: ⁊ interna aspiratio. Pre
sciuit inquit ⁊ predestinauit fieri confor
mes. i. imitatores imaginis. i. puritatis

Filium dei imitari debemus per puritatē

filij eiꝰ: q2 in hoc mundo ꝑ puritatē solā
imitari licet filiū dei: quē in futuro per
maiorē puritatē ⁊ inuariabilitatē imita
bunt sancti. Hoc autē de diuina essentia
filij dicimꝰ: Qz si ꝑ hoc filiū a pr̄e vide
mur diuersificare: q2 dicimus imaginē
filij. Respōdemus q2 in substātia quidē
per oīa idē sunt: sed in ꝑsonis est varie-
tas. Et in eo / q2 pater sine principio: nō
ab alio. filius autē a patre principiū ha
bet: licet semꝑ fuerit cum patre: ⁊ sic ab
alio. Si autē ꝯm humanitatē de xp̄o hic
agimus: cōgrue sequētia cōsentiūt: que
ꝯm carnē de christo solūmodo agunt: et
dicemus. Simus conformes imaginis
filij eius / vt quomodo in nouitate spūs
ambulauit: sic ⁊ nos ambulemꝰ. Ita tū
cōformes ꝯm vtrāqꝫ sententiā: vt ipse fi
lius sit primogenitus ī multis fratribꝰ:
vt quēadmodū primogenitus filiꝰ dn̄s
est paterne hereditatis / ⁊ qđ inde habēt
alij filij ab eo habēt. Sic ⁊ christus dn̄s
est in hac hereditate: ⁊ quicūqꝫ aliquid
inde habent / ab eo ⁊ per eū totum habēt
Dicit etiam primogenitus mortuoꝝ: q2
primus resurrexit a mortuis: etiā sic vt
cum eo incorruptibiles resurrexisse cre
dant quidā sancti. Si qui autē per chri-
stū suscitati sūt: nō surrexerūt a mortuis
q2 iterū morituri. Nec solū presciuit: sꝫ
quos ꝑdestinauit / hos etiā vocauit: q2
postqꝫ inspirauit eos / vocatores adhi-
buit interiꝰ ꝑparatis / quoꝝ vocatio fru
stra esset: nisi spūs operaret interiꝰ. Et
quos vocauit / hos etiam iustificauit: re
mittēdo pctā: infundēdo gratiā. Quos
autē iustificauit: illos etiā magnificabit
in futuro / qn̄ cōregnabūt secū. Vel ma-
gnificauit ꝯm certitudinē future rei di-
cit: ⁊ ꝯm quosdā qui iam cū deo regnant
quātum ad aīas. Quādoquidē deus ele
ctos suos presciuit / preparauit / iustifi-
cauit: ⁊ ad vltimum magnificabit. ergo
quid dicemꝰ ad hec? Est aliquid qđ cō-
traire possit huic diuine dispositiōi? Cō
tra hoc vtiqꝫ nihil potest dici / quia deꝰ
est pro nobis / ⁊ si deꝰ pro nobis quis po
test esse cōtra nos? Quis potest peruer-
tere ne perficiat qđ deus de nobis pre-
ordinauit? Vere deꝰ est ꝓ nobis. Nam

Deꝰ est ꝓ nobis

ipse est q̄ non pepercit etiā filio suo / sed
tradidit. i. disposuit illum tradendū ad
mortē pro oībus electis suis. Et cū rem
tam difficilē fecerit sicut est filiū pre oī-
bus filijs charū tradere morti ꝓ nobis:
quō. i. qua ratione nō etiam donabit no-
bis oīa que restant / cū illo filio quē lon-
ge chariorē omni re habuit / quē nobis
in articulo mortis dedit? Non est credē
dum / vt qui filiū dedit: que minora sunt
filio nobis negaturꝰ sit. Et quādoqdē
deus nos adeo dilexit / vt filiū traderet
ꝓ nobis: quis iam accusabit aduersus
nos electos dei? Accusare est aduersus

Accusare qd est

electum / quomodo subuertat disponere
quēadmodū sathan vidēs Job in terre
nis abūdare / q2 in hijs putauit Job mē
te detineri: pertractabat ꝙ res eiꝰ demo
liendo iusticiā eius per impatiētiam de
dāno rerum venientē destrueret / sed q2
electus erat iob / sathan nō potuit. A prin-
cipio eni ex quo dixit Ponā sedem meā
ad aquilonē / semper laborauit destrue-
re regnum xp̄i: in quo adhuc male perse
uerat. Dyabolus vult accusare sed non
potest / deus autē potest sed nō vult: de-
us eni est q̄ iustificat. Quis est etiā qui
condēnet electos dei? Sathan quidē cō
dēnare vult: sed nō potest. Christus qui
dem posset: sed nō vult: qđ ex eo palā est
q2 christus iesus est / qui mortuꝰ est pro
nobis. Nec hoc solum: imo qui etiam re
surrexit vt ⁊ nos resurgere faciat / q̄ etiā
est ad dexterā dei / vbi ⁊ nos secū collo-
cabit: qui etiam interpellat ꝓ nobis vbi
est in dextera patris / qui hec oia pro no
bis fecit ⁊ facit: credendū est ꝙ nos con-
dēnet? Interpellare dicitur xp̄s / non ꝙ
voce clamet: sed assumpta humanitas
que in oculis dei est / semꝑ deū pulsat et
memorē facit / vt ꝑficiat illō ꝓ quo filiū
carnem assumere voluit / quēadmodū le
gatus per solā representationē ꝑsone le
gatiōis sue memorē faceret ad quē mis-
sus esset in eo ꝙ se illi repr̄sentaret. Quā-
doquidē deꝰ presciuit / iustificauit ⁊c. er
go q̄s nos separare poterit a charitate
xp̄i vt sic perdat ꝯsiliū dei? Separabit
nos tribulatio. i. q̄libet afflictio carnis?
An angustia. i. anxietas animi. An perse
cutio de loco ad locum. An fames / q2 se

Job tētatus a sathana nō decidit ī impatiētiam.

pe esurijt/ vt etiā tederet eū viuere. An nuditas. An periculū.i.cōminatio mortis An gladius. An ipa occisio? Nihil vti⁊ bonū nos separabit sicut scriptū est in libro psalmorum: illud q̄ iungit in posterū.

ps.xliij. Propter te mortificamur tota die: esti matisumus vt oues occisionis: non que reseruant ad fetus/ sed que sunt occisionis.i. que steriles sunt occidunt: ⁊ si propter te occidimur/ constat q̄ a te non separabimur: Sꝫ q̄ cura si mortificamur? In his eni oibus: tribulatione/ angustia/ ⁊ ceteris superam⁹: ꝓpter eum feruentes amore eius: q̄ dilexit nos. Vere superabimus/ q̄ ne⁊ mors.i. comminatio mortis: Ne⁊ vita.i. ꝓmissio vite/ vl glorie mundi. Ne⁊ angeli/ qui legatione dei funguntur. Ne⁊ principat⁹.i. ne⁊ ordo ille qui etiā super angelos ꝑncipatum habet. Ne⁊ virtutes.i. ne⁊ ordo ille cuius officiū est operari miracula. Vel ista si volumus de malis angelis itelligimus: inter quos etiā sunt discretiones officiorum. De singulis eni ordinibus aliqui lapsi sūt: vt dicam⁹. Ne⁊ angeli mali quorum officium est explere legatiões. Ne⁊ principatus: qui in genere malorū subditis angelis principantur. Ne⁊ virtutes/ mali eni spūs miracula faciūt. Ne⁊ instantia.i. presentia seu ꝓspera sint seu aduersa: ne⁊ futura hui⁹ mūdi bona vel mala. Ne⁊ fortitudo.i. violētia cuiuslibet fortissimi. Ne⁊ altitudo.i. ꝓmissio honoris. Vl altitudo vt illa qn̄ dyabolus purpuratū se ⁊ diademate renitentē ostendit. Ne⁊ ꝓfundū id est ⁊ si aperto inferno minaret mihi illud precipiciū. Ne⁊ creatura alia.i. si nouam ⁊ non visam creaturam facerent Nihil horū omniū poterit nos separare a charitate dei: q̄ est in xp̄o iesu dn̄o nr̄o

Capitulum.ix.

Veritatē dico i christo iesu/ nō mētior. Testimoniū mihi perhibente cōsciencia mea in spū sctō: qm̄ tristicia mihi ē magna: ⁊ cōtinu⁹ dolor cordi meo Optabā eni egoipse anathema esse a xp̄o ꝓ fratribus meis qui sunt cognati mei ſm carnē qui sūt israelite: quorum adoptio est filiorum/ ⁊ gl̄ia et testamentū/ ⁊ legislatio/ ⁊ obsequiū/ ⁊ promissa: quorū patres ex quib⁹ est xp̄s ſm carnē: qui est sup oīa de⁹ bn̄dict⁹ in secula amē. Nō 3.r.

aūt q̄ exciderit † vbū dei. Nō eni † ar. ex cidit.

oēs q̄ ex israel † sūt/ hi sūt israelite: † ar. cir cūcisiōe

ne⁊ q̄ semē sūt abrae/ oēs filij sūt abrae: sꝫ in isaac vocabit tibi semē .i. non q̄ filij carnis hi filij dei: sed qui filij sunt ꝓmissionis/ estimant Ge.xxj. b. Gal. iiij.d.

in semine. Promissionis eni verbū hoc est. ſm hoc tēpus veniā: et Gen. xviij.b.

erit sare fili⁹. Nō solū autē illa: sed gen.xxv

et rebecca ex vno cōcubitu habēs isaac patris nr̄i. Cū eni nōdū nati fuissent: aut aliquid boni egissent/ aut mali: vt ſm electionē ꝓpositū dei maneret: nō ex opib⁹: sed ex vocāte dictū est ei: q̄ maior ſuiet mi- mal.j.a

nori sicut scriptū ē. Jacob dilexi: xlvij. di.

esau autē odio habui. Quid ergo quātūli bet.

dicem⁹? Nūquid iniquitas apud Exodi.

deū? Absit. Moysi eni dicit. Mi xxxiij.d.

serebor cui misereor † ⁊ miam pre † ar. cui mi re⁹ ssū

stabo cui miserebor. Igit nō volē De pe.

tis ne⁊ currētis: sed miserentis est dist. ij. si

dei. Dicit eni scriptura pharaoni. eni. v. li beri.

Q2 in hoc ipsū excitaui † te vt ostē exo.ix.d

dā in te virtutē meā: ⁊ vt annūciet † ar. ser naui.

nomē meū in vniuersa terra. Ergo xlv. dist.

cui vult miseret: ⁊ quē vult idurat. de iudeis

Dicis ita⁊ mihi. Quid adhuc q̄ritur? Voluntati enim eius quis resistit? O homo tu quis es qui respōdeas deo? Nūquid dicit figmē Esaie

tum ei qui se finxit: quid me fecisti xlv.b.

sic? An nō habet potestatē figulus Hiere. xviij.a.

luti ex eadē massa facere aliud qui Eccle.

dem vas in honorē/ aliud vero in xxxiij.d.

cōtumeliā? Q2 † si deus volēs ostē † ar. qd.

dere iram ⁊ notam facere potentiā

suam / sustinuit in multa patientia vasa ire apta in interitũ: vt ostenderet diuitias glorie sue in vasa misericordie que preparauit in gloriã. Quos et vocauit non solum ex iudeis / sed etiam ex gẽtibus: sicut in

Osee. ij. osee dicit. Vocabo nõ plebẽ meã: plebẽ meã: et non dilectã dilectã: ꝛ nõ miam cõsecutã misericordiã cõsecutã. Et erit in loco vbi dictũ est eis nõ plebs mea vos: ibi vocabũtur filij dei viui. Esaias autem clamat pro israel. Si fuerit numerus filioꝝ israel tanq̃ arena maris: reliquie salue fient. Verbũ eni consummãs ꝛ abbreuiãs in equitate: q2 vbũ abbreuiatũ faciet dñs super terrã. Et sicut pdixit esaias. Nisi dñs sabaoth reliquisset nobis semen / sicut sodoma facti essemus: ꝛ sicut gomorra similes fuissemus. Quid ergo dicemus? Q2 gentes que non sectabanť iusticiam apprehenderũt iusticiã: iusticiã autẽ que ex fide est. Israel vero sectando legẽ† iusticie: in legẽ iusticie nõ peruenit. Quare? Quia non ex fide: sed quasi ex operib⁹. Offenderũt eni in lapidẽ offensionis: sicut scriptum est. Ecce pono in syon lapidem offensionis ꝛ petram scandali: et omnis qui credit in eum non cõfundeť. ❡ Expositio capi. ix.

Margin notes: d. j. Pe. ij. b. / xxxv. q. j. cũ legitur. §. hacitaq3 / Esa. x. c / Esa. j. c. / † Ar. in iusticiam. / Esaie xxviij. d.

Jam amplius non separabor a charitate xp̃i / sed olim separatus fui: ꝛ inde multum doleo. ꝛ de hoc q2 doleo: veritatẽ dico positus in xp̃o: in cuius corpore mẽtiri non licet. Nec in vno ver⁹: vt in alio mẽtiar. Sed nõ in aliqua parte mẽtior: nec solũ christo: sed etiã conscientia mea mihi perhibẽte testimoniũ q̃ non mentior: Consciẽtia dico fundata in spiritu sctõ cum quo nõ perhiberet falsum. De hoc inquit dico veritatẽ: quoniã tristicia magna est mihi ẜm afflictionẽ corporis: et cõtinuus dolor cordi meo interius: dolor inquit est mihi / ꝛ merito. Ego eni ipse qui modo separari nequeo: optabã eẽ nõ solũ separatus: sed etiã anathema. i. separatio alioꝝ a christo pro fratribus meis: quia hos qui modo fratres sũt in christo / separare volebã a deo: qui etiã sunt cognati mei ẜm carnem: q2 licet omnibus in dilectiõe obnoxij simus: domesticis tamen generis nostri hanc debemus impẽsius: qui etiam sunt veri israelite videntes deum: quoꝝ etiam est adoptio filiorum. i. qui adoptati sunt in filios dei. Quorũ etiã gloria miraculorũ Quorũ etiam est testamentũ. Euãgeliũ repromissum: Quib⁹ etiã est latio legis id est spiritualis intelligẽtia quam fert lex. Quibus etiã est obsequiũ. i. cultus dei. Quibus etiam facta sunt promissa saluatiõis. Quibus etiam patres fuere illi ex quibus christus natus est ẜm carnez: qui ẜm deitatẽ de⁹ est ab initio: manens super oia / de⁹ dico benedictus eternaliter in secula amen. Ideo paulus plures et maiores alijs apostolis sustinuit persecutiones: q2 persecutus fuerat ecclesiã christi: qđ idem phibet dicens. q2 plus omnibus laboraui / que tamen augmentatio persecutionis fuit sibi ad custodiam iusticie: ꝛ incrementum glorie. Probauit sufficiẽter superi⁹ q̃ electos dei nulla res posset a deo separare. In sequẽtib⁹ autẽ probare vult hãc electionẽ filioꝝ non ẜm ppaginẽ carnis / sed ex vocatione dei fieri. Littera sic iũgitur. Ego olim optabã esse separatio filiorũ dei a xp̃o: sed tñ nõ excidit vbũ dei. i. licet multũ seuirẽ in seruos dei: et aliqui subuerterenť: tñ ppterea nõ excidit verbũ. i. nõ inexpleta perijt pmissio dei: qua se pmiserat redemptrum israel: q2 licet multi ẜm carnẽ de isrl'a salutione alienati sint: oẽs tñ veri israelite electi sunt et sic impleta est promissio. Vere ꝛ si aliqui separati sunt a deo: propterea nõ excidit verbũ dei: quoniã non oẽs hij qui sunt ex israel ẜm carnem / vocandi sunt israelite. Tẽpore eni hieroboã multi iudei trãsierũt ad culturã idolorum / et reputati sunt inter gẽtes: multotiens etiã fecerũt: Multi etiã de gẽtib⁹ in ritus iudeorũ trãsierũt: ꝛ inter iudeos reputati sũt. Non oẽs qui ex israel sunt ẜm carnẽ

Margin note: Paulus q̃re maiores persecutiones sustinuit alijs aplis

dicendi sunt israelite. Nec omnes vocadi sunt filij.i.heredes Abrae/idq quia ſm carnem sunt semen abrae. Ismael enim de semine carnis abrae fuit/nec tamen heres. Unde scriptū est. Eijce ancillā et filiū eius/non enim heres erit. gen.xxi e.
tc. Sic etiaʒ nec filios abrae dicim9 degenerantes a fide eius. Consuetudo ei patrum est/cum vocare filium suum qui imitatur patrem. Eum vero qui contrarius est factis patris/dicit pater nō eē filiuʒ suum: licet vere sciat de carne sua generatum. Non omnes qui ſm carneʒ sunt de semine abraam: sed qui in similitudine isaac per repromissionem dei nati sunt: hi vocantur filij abrae. Sic enim testatur scriptura dicens. In isaac.i. ī similitudine isaac erit tibi semen. Nec hoc ſm carnem: sed vocabitur.i.per vocationem et repromissionem dei: erunt tibi filij: non tantum ſm lineā carnis/quātum per imitationem fidei. Isaac enim natus non lege carnis/qꝛ de vetulo patre/et matre sterili/cuius genitalia iam marcida senio fuerant: significauit non vocandos filios abrae propter lineam carnis: sed exemplo Isaac ſm promissionem dei. Exponit apostolus qd sit hoc In isaac vocabitur tibi semen dicens. Id qd dico semē vocabitur tibi in isaac sic est intelligēdum. Nō qui filij carnis abrae sunt: hij propterea sunt filij dei: sed hij qui sunt filij promissionis.i.p repromissionem electi: hij estimantur ī semine abrae imitatores fidei eius: quemadmodum isaac per repromissionem natus est. Et vere per repromissionē. Naʒ hoc est verbū promissiōis facte de isaac quod verbum locutus ē angel9 ad abraam: determinans cōceptionem filij diu ante promissi dicens. Ego veniam ſm hoc tempus.i.post reuolutum annū hac eadem die: ⁊ postq̄ aduenero/erit Sare filius. Scdm ambrosium premissa littera longe supra aliter iūgit. Ita. Ego optabam esse separatio bonorum a xpo quod faciebam pro fratrib9 meis.i.amore fratrum meorum iudeorum ⁊ zelo legis/quā qꝛ christianos putabam inuertere/dolebam: nec mirū si pro fratribus meis: quia sunt cognati mei ſm carnem ⁊ qui esse debuissent veri israelite/⁊ quorum est adoptio filiorum dei.i.qui debebāt adoptari in filios dei/nisi hoc mali cia eorum auerteret: et quibus erat gloria eloquiorum dei creditorum illis: et quibus debebat testamentum.i.euangelium: et quorum erat legislatio et obsequium.i.cult9 dei. Et promissa debebāt eis. Patres quorum fuerunt illi/ex quibus ſm carnē natus est christus. Sʒ licet hec promissa sibi/iniquitate sua ipedicte non adepti sint: non tamen ideo dico q̄ ꝓpterea exciderit verbū.i.impletio promissionis dei/quoniam si nō oēs qui ſm carnem iudei/tñ quicunq̄ veri israelite fuerunt/promissionem dei acceperūt. Sequens littera non mutatur. Non solū aūt hāc sara ꝓmissionē habuit/ſʒ etiā rebecca. Cōuenienter de rebecca iducit/i qrū filijs apertum est/ex electione tātū dei/bonum aliquem fieri. Si enim ex genere non est causa/quare iacob magis eligatur q̄ esau/in quorum electione/vl' reprobatione nulla parentum/nulla filiorum merita precesserunt. Et ideo per rebeccam apertius probat ſm promissionem filios abrae fieri q̄ per saram/que solum electum habuit. Accepit vtiq̄ repromissionem rebecca habens filios ex vno codemq̄ concubitu isaac pris nostri. Ut sciatur merita parentum non profuisse iacob: nec nocuisse esau: determinat eos esse generatos de eodem concubitu: ne si (vt quidam phisici volunt) diuersis temporibus generati essent: putarentur parentes esse grati deo cū genuerunt iacob: ingrati quādo genuerūt esau. Sicut parentum/sic etiam merita filiorum excludit dicens. Rebecca vtiq̄ habuit promissionem. Nam dictum est ei. Maior seruiet minori. Sʒ anteq̄ dicat promissionem/conuenienter merita filiorum cum meritis parentum excludit: vt constet omnem electionem eē primum ⁊ principaliter ex gratia dei dicens. Rebecca habuit filios/qui cum nōdū nati essent: per hoc excludit merita filiorūʒ. Sed tamen qꝛ in ventre matris luctati esse dicuntur/ne ideo putarentur ibi potuisse mereri/hoc determinās ait. Aut cum nondum egissent aliqd boni vl' mali: pro quo hic deberet eligi/hic reprobari. Ideo priusq̄ agerent bonū vl' malum: dictum est vt propositum.i.predestinatio dei qua hunc eligebat/alterum reprobabat/maneret.i.permanere comprobaretur ſm electionem dei: q electio

non erat facta ex opibus.i.qꝛ bene egis=
set iacob/sed solūmodo ex vocante.i.ex
gratia ⁊ beneplacito vocantis dei. Hoc
vtiq̄ dictum est: quia.i.ꝙ maioꝛ seruiet
minoꝛi. Nō ideo dicit̄ seruire ꝙ esau ali
quādo seruierit iacob: sed plerumq̄ do=
minatus sit ei/vt qui foꝛtioꝛ erat in ter=
ra. Et ideo sic intelligēdum est. Maioꝛ
seruiet.i. vtilis erit minoꝛi. Quāto enim
esau magis ꝑsequebatur iacob: tāto ma
gis meritū patientie accrescebat patiē=
ti: ⁊ ita dictū est in genesi/maioꝛ seruiet
minoꝛi. Hoc autē dictū est rebecce ante
q̄ pueri nascerent̄ q̄d dictū est sicut scri
ptum est in Malachiā de eisdem/longe
post coꝛū decessum. Hoc vtiq̄ scriptum
est. Ego dilexi iacob: ⁊ ꝓ hoc ꝑcipue ele
gi eum. Esau autē qꝛ odio habui repꝛo=
Odium dei qd ē. baui. Odium enī dei nihil aliud est q̄ ex
equitate gratiā subtrahere. Conuenien
ter sicut de precedēti testimoniū posuit
vt precessisse merita eoꝝ excluderet: ita
et de sequēti testimoniū posuit: vt osten
dat sequēs meritum iacob insufficiens
fuisse/⁊ penit⁹ per se indignū fuisse gra
tia dei: ⁊ ideo constare ꝙ per misericoꝛ=
diā electus sit: vt etiā ostenderet ꝙ esau
iuste negata sit gr̄a: qꝛ nō eēt cooperatu
rus gratie. Querit̄ cur iacob electus sit
et esau repꝛobatus: cū in neutro meritū
boni vel mali precesserit/que causa fue=
rit electionis vnius: ⁊ repꝛobationis al
terius. Ad hoc respondet̄ iacob electum
esse per misericoꝛdiā: esau repꝛobatum
ſm iusticiā. Deus enī cū primū creauit
hominē/multiplici eū insigniuit gratia
quā qꝛ peccādo a se repulit indignum se
fecit gratie dei: ⁊ exinde deus nihil ho=
mini debuit/sicq̄ non est relictū homini
vnde iuste posset cōqueri/si destituitur
gr̄a dei. ¶ Et si iterū querit̄ cū vterq̄
ex iusticia ꝓpter oꝛiginale posset repꝛo=
bari/nihilq̄ meriti in ambobus repertū
sit: pꝛoquo huic sic data sit gratia: huic
negata: quare magis iacob elect⁹ sit q̄
esau. Ad hoc respōdet̄: quia deus iacob
idoneū ⁊ cooperaturū gratie presciuit.
Esau vero non idoneū/qꝛ non coopera
turū: ideo vni misericoꝛditer tribuit q̄d
ab altero iuste propter oꝛiginale aliena
uit. q̄d satis aperte i iuda ꝯsiderat̄: quē
licet deus pꝛo certo periturū cognosce=
ret/permisit tamē illi gratiā miraculo=
rum vt alijs apl̄is/cū iam fur esset: ⁊ lo=
culos haberet. Non tn̄ ideo quin sciret
illum irreuocabilē a malo/sed vt cōpꝛo
baret nobis per hunc iuste se quibusdā
omnē negare gratiā/vt pueris statim si Pueris sine baptismo moꝛiētibus: cur dn̄s oēm gr̄az denegat.
ne baptismo moꝛiētibus: quib⁹ ideo om
nem gratiā denegat: qꝛ si tēpus haberēt
operandi/⁊ gratia eis cōcessa esset: abu
terentur ea: et sic pꝛo gratia lōge graui⁹
punirent̄: cui si cooperarētur saluarent̄
Ut autē hoc deus notum faceret/dedit
quibusdā gratiam: de quibus nō hesita=
bat quin abuterētur ea/sed vt etiā palā
oculis haberem⁹: iuste quibusdā omnē
se denegare gratiā. Iterum aliud. Cum
deus oīa creauit/quedam necessaria vt
oꝛtum solis ⁊ huiusmodi: quedā volun=
taria vt hominē ⁊ angelū cōstituit. De⁹
aūt sic vnum per misericoꝛdiā eligit/sic
alterū per iusticiā repꝛobat: vt tn̄ volun
tariā facultatē in eis non destruat: qꝛ et
si multos i hoc seculo sanctos multipli=
ci muniuit gratia: non tamen coegit eos
vt ex necessitate bonum agerent/nec ad
malū si vellent declinare possent: sed ad
iuuit ꝑ gratiā: qꝛ vidit eos gratie coope
raturos. E cōtrario non ita iude subtra
xit gratiā: vt gratia substracta impelle=
ret eum/vellet: nollet operari iniquita=
tem: sed vt appareret q̄d per se posset ini
quitas. Si enim gratia data vel negata
cōpellēs esset ac necessaria: iam nō esset
relictū homini meritum saluationis vel
dānationis. Quandoquidē iacob nullo
merito precedēte eligit̄: esau similiter si
ne merito repꝛobatur. ergo q̄d dicem⁹?
Nūquid iniquitas est apud deū: qui ia=
cob eligēs sine merito: esau repꝛobat si=
militer sine merito? Absit hoc vt ꝓpter=
ea de⁹ dicat̄ esse iniqu⁹. Uere in electio
ne iacob ⁊ repꝛobatione esau/non est ini
quus deus: qꝛ hunc eligēdo misericoꝛs
est: hunc repꝛobando iustus est. De iusti
cia sequit̄ inferi⁹/vbi de pharaone sub=
dit/pꝛobat de misericoꝛdia dicens. Ue=
re qꝛ elegit iacob nō est iniqu⁹/est enim
misericoꝛs. Moysi enī dixit de⁹. Eius
cuius misereoꝛ in prescientia: misereboꝛ Exodi
in iustificatione. Et cuius misereboꝛ in xxxiij.d.
iustificatione: illi prestabo misericoꝛdiā
in saluatione. Hic satis ostendit oīa esse
ex misericoꝛdia/qꝛ prescientia/iustifica=
tio/saluatio: omnia fluunt a fonte mise=
ricoꝛdie. Quādoquidē oīa (sicut ostē
sum est) fiunt per misericoꝛdiā dei. Igit̄

velle bonũ non est volentis/vt ascribat
ei. Neq3 currere est currentis.i.operari
non est operãtis: sed miserentis est dei.
Neq3 velle neq3 facere bonũ potest ho⸗
mo/nisi misericordia dei per spiritũ san⸗
ctũ operetur in eo. Vere miserentis dei
est velle ꝛ perficere: q2 non miserẽtis est
neq3 velle neq3 perficere(hoc est repro⸗
bare)qđ aperte in pharaone ostẽdit. Di
cit eni scriptura pharaoni in genesi. Cõ⸗
uenienter de pharaone inducit: cui de⁹
hanc gratiã ꝑposuit: vt si vellet per do⸗
ctrinam moysi bene agere posset. Certũ
quidem deus habebat pharaonẽ nunq3
periturũ/sed vt in eo cui gratiã doctri⸗
ne cõcessit: eaq3 abusus est plane nobis
ostenderet gratiam iuste negatam esau
priusq3 mereret/ꝛ omnibus quibus ita
negatur: quia si deus daret gratiã abu⸗
terẽtur ea: ꝛ inde grauius punirentur:
ideo etiam deus pharaoni doctores ad
hibuit: vt mala que prius in illo latebãt
modo aperta fierent: dũ deo in tot ꝛ tan
tis resisteret: et prophetis et miraculis
non acquiesceret. Hoc inq3 scriptura di
cit pharaoni: q2 in hoc ipsum: hoc qđ in
genesi continuatur: in hoc ipsum in quo
tu eras.i.tu eras in malo/sed occultus:
et in hoc malo excitaui te subtrahendo
gratiã vt appareres malus sicut eras.
Ideo vtiq3 vt ostendam in te virtutem
meam.i.signa miraculorũ que non osten
derẽ si acquiesceres. Ideo etiam osten⸗
dam/vt nomen meum annũcietur in vni
uersa terra: ꝑpter miracula facta in egy
pto. Vbicunq3 eni audiebant signa egy
pti dicebatur. Magnus est de⁹ hebreo⸗
rum. Quãdoquidẽ deus ex volũtate ele
git iacob: et ex voluntate reprobat esau
Ergo palam est/quia de⁹ miseretur cu⸗
ius vult: q2 videt eum cooperaturũ gra
tie/et indurat quem vult: quia videt eũ
non idoneum grẽ. Indurare dei est gra
tiam non accomodare: quia dixi deum
misereri huic: ꝛ indurare hũc ex volun
tate/itaq3 dicis: et obijcis mihi. Quid
adhuc queritur a nobis vt bene agam⁹:
qui reprobati bene agere non possum⁹?
Vel ita. Quid adhuc querit.i.cõquerit
deus de nobis si offendimus cũ indura
ti non offendere non possumus? Non est
vnde queratur. Vel quid a nobis requi
rat: q2 q̄s põt resistere volũtati ei⁹? Vbi
nos indurat/videtur nõ velle nos bene
agere/cui⁹ volũtatẽ impossibile est mu⸗

Indurare dei qđ est.

tari. Paulus hec oĩa ideo dicit/q2 vide
bat romanos in sapiẽtia mundi nimium
gloriari: ꝛ hmõi questiones supra modũ
insistere: ideo vt magis reprimat eos/
sic totum attribuit gratie dei: vt nihil vi
deat relinquere libertati arbitrij: qđ tñ
satis cõmode intelligit: q2 nec ipsum ini
tiũ bonũ volẽdi ex nobis solũ esse potest
si non inspiret grã dei. Unde sic ait. Tu
dicis mihi q̃d adhuc querit a nobis: sed
o tu homo adherẽs humanitati: tu quis
es qui respõdeas deo.i.q̃ si deus myste⸗
riũ hui⁹ rei tibi enarrauerit itelligas il⸗
lud? Vel tu quis es q̃ respõdeas.i.q̃ liti
ges ꝛ disputes cũ deo: de mysterio hui⁹
rei? Non habes sup hoc respõdere deo/
sicut nec op⁹ figuli habet de factura sua
ꝯtradicere figulo: ꝛ est apta similitudo:
q2 queãdmodũ figulus de luto/sic deus
hominẽ lutũ: ꝛ omi pollutiõe infectũ in
uenit. Non habes vtiq3 quid respõdeas
deo. Nũquid eni figmentũ dicit ei qui se
finxit: quid me sic fecisti breue vel lõgũ:
informe vel formatũ? An nõ habet figu⸗
lus potestatẽ luti/cui⁹ est lut⁹ materia?
Sic de⁹ vos oẽs in luto sordidatos ori⸗
ginali repperit. An nõ vtiq3 potest ex ea⸗
dem massa que tota in se imunda est face
re aliud q̃dẽ vas i honorẽ quo bibat: ali
ud vero in cõtumeliã: in quo sordida fa
milie reponantur? Et sicut figulus pote
statẽ habet in luto hoc vas facere sicut
placet honorabile. Hoc aliud sicut ma⸗
teria vasis erat imunda: imũdicie desti
nare: sic deus omnẽ massam hoĩs corru⸗
ptam ꝑpter originale inueniẽs/si partẽ
hui⁹ masse mũdicie destinat: misericor⸗
die est: q̃ vero aliã partẽ in imũdicia sor
descere deserit/equitatis est: ꝛ cõtra eq̃⸗
tatẽ reclamare iniustũ est: sicut ostẽsum
est. Si illud qđ pctõ suo sordidatũ ẽ: de
us sequẽdo iusticiã in imũdicia deserat
nõ habet homo sup hoc quid cõtradicat
deo. Quid etiã dicet de hoc/si de⁹ qui⸗
bus nõ debet ex misericordia dat grãz:
et illi accepta gratia abutunt/nõne qui
huiusmodi sunt merito reprobãtur? Qđ
equipollenter ait. Si inq3 deus volens
ostendere iram: id est damnationem im⸗
piorum apertam facere hominibus/sibi
quidem notum erat nunq3 eos gratie da
te cooperaturos: volens etiam notã fa⸗
cere potẽtiã suã.i.quãta potẽtia patien⸗
tie faceret suos psecutiones impiorũ tol
lerare/per qđ nec in ipsis reprobatis de

us operat̃ sine misericordia/ cũ patientie meritũ accrescat suis per induratio nẽ maloꝝ. Volens vtiq; deus ostẽdere irã in impijs/ potẽtiã in electis: sustinuit in patiẽtia multa: ꝛ ſm tẽpus/ ꝛ ſm numerũ impietatũ. Sustinuit dico vasa ire.i.eos in quib⁹ iuste infundẽda est ira id est dãnatio. Vasa dico aperta in interitũ.i.in perditionẽ ꝑpter solũ originale si nunq; daret̃ gratia qua abuterẽtur. Sustinuit ideo vt ostẽderet diuitias glorie sue.i.diuitẽ gloriam suã in vasa misericordie.i.in eos ĩ quos infundẽda erat misericordia/ que vasa preparauit.i.predestinauit deus in habendã futurã gloriam. Nec solũ predestinauit: sed quos id est vasa misericordie etiã missis predicatorib⁹ vocauit. Illud quos ad sententiã respicit/ non ad litterã. Vocauit dico nos scilicet/ ꝛ quos nos/.i.non solũ ex iudeis/ sed etiã ex gẽtibus: q꜡ quẽadmodũ iudeos vocauit/ sic ꝛ gẽtes. Probat q꜡ vocatio gentiũ ex deo sit dicens. Vere deus vocauit gentes/ sicut dicit nõ osee/ sed dñs in osee. Hoc vtiq; dicit Vocabo plebẽ meã: non plebẽ meã.i.gẽtilitatẽ que modo non plebs mea dicit̃.

osee.ij.c Vocabo per gratiã/ et faciã plebẽ meã: et non dilectã gentilitatẽ. Vocabo per gratiã/ ꝛ faciã dilectã iustificãdo a peccatis: ꝛ eandẽ gentilitatẽ nõ consecutã misericordiã: faciã consecutã misericordiam in saluatione. In signũ autẽ saluãde gentilitatis hic osee predicaturus salutẽ gentiũ/ iussus est a deo ducere vxorem fornicationis ꝛc. Vocabo vtiq; gẽtilitatẽ/ ꝛ hoc erit in loco vbi dictum est non plebs mea vos.i. in toto mundo vbi iudei solũ plebs dei vocabant̃/ gentiles vero non ibidẽ vocabũtur ammodo gẽtes/ sed vocabunt̃ filij dei viui: qui vitã eternã quã habet daturus est eis: quos ex electione vocauit. Vel ita: in loco.i. in iudea vbi dictum est/ non plebs mea vos: ibi vocabuntur filij dei: q꜡ et de iudeis electi sunt ap̃li/ ꝑ quos gẽtes ꝯuerse sũt: ꝛ in iudea originem primũ habuit ecclesia. Postq; vocationẽ gentium auctoritate osee confirmauit: probat per esaiam saluationẽ iudeorũ: ꝛ conuenienter hoc probat. Gentiles eni improperabant iudeis q꜡ semel culpa sua repulsi ꝛ reprobati: vlterius indigni essent saluatiõe dei. Osee sic dicit de gẽtib⁹ Esaias autẽ clamat ꝛ affirmat hoc pro israel.i. pro honorãdo iudaico ꝓplo: cui multotiens mala sua improperauit. Hoc vtiq; clamat. Si.i.licet fuerit numerus filioꝝ isrl' innumerabilis/ tanq; arena maris: tamen reliquie israel.i. viles ꝛ abiecti q̃ nihil in carnalitate legis cõfidẽt: huiusmodi reliquie salue fiẽt. Vel reliquie.i. quos deus sibi reliquit: ꝛ idoneos saluatione reseruauit/ hij saluabũtur. Determinat modũ saluationis: ne per legẽ putarẽt se saluari. Vere salue fient reliquie: nam per verbũ.i. per doctrinã fidei: qđ verbum erit cõsummans.i. perfecte iustificans: qđ lex facere nõ potuit. Erit etiam abbreuians ꝛ precepta legis: que omnia ad dilectionem dei ꝛ proximi reducet/ ꝛ sacrificia: que omnia ad vnũ sacrificiũ corporis christi rediget. Et ne quia legem abbreuiaret/ iniustũ iudicaretur. Hoc verbum ideo addit in equitate: q꜡ et si abbreuiat legẽ/ equum tamen erit et iustũ. Quod palã est ex eo q꜡ dñs faciet hoc verbum abbreuiatũ sicut dictũ est ſm sacrificia ꝛ precepta. Nec super iudeos solum: sed etiã super terrã.i. super gentes. Vel ita. Salue fient reliquie. Nam per verbũ illud de quo dictũ est/ in principio erat verbum ꝛc. Quod verbum: id est christus/ erit consummãs et abbreuiãs legem in equitate sicut dictum est/ q꜡ dominus faciet hoc verbũ breuiatũ: id est ſm assumptam carnem mortalitatis ꝛ passibilitatis ab angelis minoratum. Iuxta illud. Minorasti eũ paulominus ab angelis. Et hoc verbũ faciet super terrã: id est qđ in natura deitatis erat inuisibile per assumptam carnem hominibus in terra exhibebit visibile. Vere per verbum breuiatum salue fient reliquie. Nam nisi dominus reliquisset nobis hoc semen per deremur: Et hoc dico nõ solum ex me: sed etiam sicut predixit esaias vaticinans de eodẽ: Nisi dominus sabaoth: id est exercituũ tam celestium q; terrenorum reliquisset nobis semen: id est christum: quem ante tempora sic constituit/ ꝛ in tempore dedit. Vel semen: id est verbum predicationis per quod fructificãt credentes. Vel nisi dominus ascendens reliquisset nobis semen.i.ap̃los: qui in nobis verbũ fidei seminarent: nos vtiq; facti essemus sicut sodoma ꝛ sicut gomorra: id ẽ peni

Ioh.i.

ps.viij.

tus periclitaremur. et merito: qz similes
fuissem⁹ spernēdo precepta dei. Qd su-
perius dixit de vocatione gentiū p osee
ne iudei negarēt hoc dictū esse de genti-
bus/sed de se q multotiēs a deo recedē-
do nō plebs dei facti sūt. Exponit Pau
lus quō de gentibus hec verba tm̄ agāt
osee.ij.d Quādoquidē superius dictū est non ple
bem meā vocabo plebē meā: ergo qd di
cemus? Et quō hāc auctoritatē accipie
mus. Hoc vtiqz in verbis Osee expone-
mus q gentes que nō sectabanē iusticiā
id est que nec legē habebāt: nec bono ra-
tionis sue vtebanē: apprehēderunt non
ex merito/sed ex gratia ingerente ei⁹ iu
sticiā: nec carnalē iustificationē: sed iusti
ciam que est ex fide. Partē iterū aucto-
ritatis quā esaias p israel ptulit. Hanc
scz q nō numerositas filioꝝ israel salua-
retur exequiē apl's: ponēdo causam qua
re reprobeē dicens. Gentes apprehēde-
runt iusticiā: sed israel.i. iudaicus pplo
sectādo legē carnalis iusticie: nō perue-
nit in legē spiritualis iusticie. Sed qua-
re non puenit? Ideo qz nō ex fide credi-
dit se iustificari/sed presumpsit quasi ex
operibus posset iustificari. Et qz non ex
fide crediderūt se posse iustificari: ideo
offenderūt.i. offensionē sibi fecerunt in
lapidem.i. in christū qui lapis fuit: qui et
inimicos contereret: et in quo fundamē
ta iustoꝝ cōsisterēt. Lapidē dico offen-
sionis.i. qui lapis per humilitatē quā ha
buit aptus fuit/in quo offenderēt supbi
j.Pet.ij.a. sicut scriptū est in esaia. Ecce pono in sy
on.i. in iudaico pplo lapidē offensiōis.i.
christū/et petrā scandali. Inter lapidē et
petrā/nulla distantia est: sed offensionē
vocat peccata facta in christū. Scādalū
vocat dānationē/ex culpa peccatorū p-
uenientē. Licet dicā q xp̄s lapis offen-
sionis fuerit iudeis: tn̄ non oēs offende-
runt in eo: sed omīs de syon qui credit in
eum lapidē/non erubescet se credidisse.

Capitulum. x.

Fratres volūtas q
dē cordis mei et ob
secratio ad deū fit
pro illis in salutē.
Testimoniū eni p-
xv.q.j. hibeo illis q emu-
ca.j.§.
de eisdē. lationē quidem dei habent: sed nō
sm̄ scientiā. Ignorantes eni iusti-
ciam dei: et suam querētes statuere De cse.
iusticie dei nō sunt subiecti. Finis di.iiij.ß
eni legis christus: ad iusticiā omni quia abit
in ß.
credēti. Moyses eni scripsit†: qm̄ †al.di-
xit.
iusticiā que ex lege est q fecerit ho-
mo: viuet in ea. Que autē ex fide Leuit.
xviij.a.
est/iusticia sic dicit. Ne dixeris in Deut.
xxx.c.
corde tuo quis ascendet in celū.i.
christū deducere: aut quis descen-
det in abyssum: hoc ē christū a mor
tuis reuocare. Sed quid dicit scri
ptura? Prope est verbū in ore tuo Deut.
et in corde tuo. Hoc est verbum fi- xxx.c.
dei qd predicamus: qz si confitea-
ris in ore tuo dn̄m iesum: et in cor-
de tuo credideris q deus illum ex
citauit† a mortuis: salu⁹ eris. Cor †al.su-
scitauit.
de astit† creditur ad iusticiā: ore au- †al.eni.
tem cōfessio fit ad salutem. Dicit xj.q.iij.
nolite.
enim scriptura. Omnis qui credit De cse.
in illū/non confundeē. Non enim di.iiij.
baptis-
est distinctio iudei et greci. Nā idē mi vicē
dn̄s omniū: diues in oēs qui inuo De sacra
cant illū. Oīs eni quicūqz inuoca- vnc.ca.
vnico.
uerit nomen dn̄i: saluus erit. Quō Johel.
ij.g.
ergo inuocabūt: in quē nō credide- act.ij.c.
runt? Aut quō credēt ei quem non De pen.
audierunt? Quomodo autem au- dist.iij.
adhuc p
dient sine predicāte? Quō vero pre fidi.
dicabunt: nisi mittanē? Sicut scri- De hec.
cū ex in-
ptum est. Q speciosi pedes euan- iūcto. et
gelisantiū pacē: euangelisantiū bo ca. excōi
na. Sed non omes obediūt euāge cam⁹. et
§. qz vo.
lio. Esaias enim dicit. Dn̄e: quis esa.liij.b
credidit auditui nostro/ergo fides naū.j.b.
Esaie
ex auditu: auditus autē per verbū lij.a.
christi†. Sed dico. Nūquid nō au †al.dei.
dierunt? Et quidē in omnē terram ps.xviij.
exiuit sonus eorū: et in fines orbis
terre verba eorum. Sed dico nun-
quid israel nō cognouit? Primus Deut.
moyses dicit. Ego ad emulationē xxxij.c.

vos adducam in non gentē: in gen
tem insipientē: in iram vos mittā.
Esaias lxv.a. Esaias autē audet ⁊ dicit. Inuen-
tus sum a non querētibus me: pa-
lam apparui his qui me non inter
rogabant. Ad israel autem dicit.
Tota die expādi manus meas ad
populū non credentem: sed contra-
dicentem mihi.

Expositio capituli. x.

Ne quia modo dixerat israel non
peruenit in legem iusticie: sed
offenderūt in christū: putaret
apostolus iudeos ideo dicere
reprobatos: nec vlterius posse saluari.
Dicit se orare ꝓ illis ꝓ quibus vtiqꝫ nō
oraret si apud deum reprobatos cogno
sceret. Unde sic ait. Licet iudei offende
rint in christū: tamen fratres voluntas
cordis mei fit pro illis. i. bonam volūta-
tem habeo ad illos / quos si peniteāt cō-
fido saluandos. Nec solū voluntas / sed
etiā obsecratio fit ad deū pro illis: in ha
bendā sibi salutem. Ideo vtiqꝫ obsecro
deum pro illis / quia testimoniū illis perhi
beo ꝙ pro certo habēt emulationē. i. di-
lectionē dei. Uel emulationē. i. indigna
tionē aduersus sanctos: zelo dei / et sue
legis. Estimantes enī sic tuendā esse le-
gem suā: persequūtur sanctos. Habent
vtiqꝫ emulationē dei: sed non ſm scien-
tiam. Non enī sciēter sic diligūt legem:
vel sic indignant pro lege. Inde ait bea
act. iij.c tus petrus. Scio fratres quia per ignorā-
tiā fecistis ⁊c. vere non ſm scientiā. Nā
ipsi ignorātes iusticiā dei. i. omnē iustifi
cationē ex solo deo esse: ⁊ querentes sta-
tuere. i. cōfirmare suam iusticiā ꝙ ꝑ car-
nalia opa legis iustificarētur: que vtiqꝫ
iusticia non dei / sed sua esset. Hoc vtiqꝫ
querētes nō sunt subiecti iusticie dei. i.
deo iustificāti: sed potiꝰ derogādo deo:
iusticiam q̄ dei est ascribebāt sibi. Uere
iusticie dei non sunt subiecti. Nam chri
sto noluerūt subijci / q̄ christus est ad iu
sticiā omni credēti. i. qui omnē credētem
iustificat. Christus dico: qui est finis le-
gis: ⁊ ſm impletionē eius: ⁊ ſm hoc ꝙ ve
niēte xp̄o finita est lex illa: ⁊ iam ꝑ xp̄m
locū habet grā. Uere xp̄s est ad iusticiā
nā lex non est ad iusticiā. Moyses enim
sic scripsit qm̄. i. ꝙ homo qui fecerit iusti
ciā: que est ex lege. i. carnales obseruan-
tias q̄s p̄cipit lex: ip̄e viuet in ea lege. i.
hoc solū habebit ex impletiōe carnalis
legis: ꝙ nō morietur iudicio legis. Qui
enī legē facit / penā solūmodo euadit: sꝫ
per eā nō iustificat. De iusticia legis sic
ait. Sed de iusticia q̄ est ex fide: sic dicit
idem moyses. Ne dixeris ī corde tuo. i.
nec corde credas: nec ore loquaris hoc
quis ascēdit in celū? i. ne dubites etiam
quosdā ascēdisse in celū: et adhuc quos-
cūqꝫ iustos ascensuros esse. Id enī dice
re q̄s ascēdit in celū / est deducere xp̄m
de celo. i. negare ꝙ xp̄s in celū ascēderit
Aut ne dixeris in corde tuo / q̄s descen-
dit in abyssum. i. in infernū? quia hoc dice
re est reuocare christū ex mortuis: ꝙ nec
xp̄s mortuꝰ ad infernū descenderit: nec
inde abraā sctōsqꝫ suos abstraxerit: qđ
vtrūqꝫ cōtra fidē est. Hoc ne credideris
sed hoc qđ sequit crede. Quid enī dicit
scriptura ꝑ eūdem moysem? Prope est
verbū in ore tuo. i. paratū est verbū do-
ctrine. Uel verbū dei xp̄s in ore tuo vt
confitearis: ⁊ rōnabiliter tuearis illud.
Et hoc idē verbū / ꝓpe est etiā in corde
tuo: vt credas illud. Et hoc verbū qđ ꝓ
pe esse dico est verbū fidei. i. doctrina ha
bilis ad credendū. Uel xp̄s in quē ꝯue-
niēter credi oportet / qđ verbū nos p̄di-
camus. Hoc scꝫ inde p̄dicamus / quia. i. ꝙ
si cōfitearis dn̄m iesū in ore tuo: ⁊ credi
deris in corde tuo ꝙ deꝰ excitauit illū a
mortuis: ⁊ quecūqꝫ īpossibilia de eo cre
das / nec legē nature potuisse sibi obsi-
stere: si hoc inq̄t confitearis / et credas /
non solū viues vita p̄senti vt ꝑ legē / sed
etiā saluꝰ eris eternaliter. Uere si corde
credideris: saluaberis. Nam corde cre-
dit ad habendā iusticiā. i. iustificationē
a ꝑctis. Qui aūt iustificatꝰ est: de salua-
tiōe securus ē. Et vere si ꝯfitearis ore /
saluaberis. Nā ꝯfessio fit ore ad ꝯseq̄n-
dā eternā salutē. Ideo salutē (quia maius
videt) posuit ad ꝯfessionē oris. Hoc eī
cōfiteri scꝫ deū / magnū ⁊ p̄cipuū erat in
tp̄e ap̄li sceuiēte ꝑsecutione: quo tp̄e mul
ti sane credētes nō audebāt palā loqui:
nec confiteri. Probat ꝙ credulitas cor
dis iustificet ab auctoritate scp̄ture: nec
tn̄ determinat cuiꝰ sit hec scriptura: sed
in psalmis multotiēs eque valens inue-
nit. Uere corde credit ad iusticiā. Nam

scriptura dicit. Oīs siue iudeꝰ/siue gen
tilis/qui credit in illū quē deꝰ excitauit
a mortuis non cōfundet.i.non erubescet
quasi male crediderit. Bene dico omīs.
Nam nō est distinctio apud deū: iudei ⁊
greci.i.deus in saluatione sua indifferē-
ter accipit iudeū vt gētilē/⁊ gētilē vt iu
deū. Uere apud deū nulla est distinctio
iudei ⁊ gētilis: nam idem est dn̄s omniū
Qui eni creauit vnū: creauit ⁊ alterum.
Unde apparet ꝙ equā volūtatē habeat
ad vtrūqꝫ: ⁊ sicut voluntatē/sic etiā ha-
bet potentiā. Nam ipse est diues: ⁊ abū-
dāter retribuēs in oēs qui inuocāt illū.
Probat q2 cōfessio fit ad salutē. Respō
det tn̄ littera ad proximū. Uere deꝰ est
diues in oēs qui inuocāt illū. Nam om-
nis quicūqꝫ sit ille: siue iudeus/siue gen
tilis/qui inuocauerit nomē dn̄i saluus
erit. Quādoquidem oportet eos inuoca
re vt saluentur: ergo oportet eos primū
credere/vt postea inuocent. Quō eni in-
uocabunt illū in quē non crediderunt?
quasi diceret/quia credēt inuocabunt.
Aut quō credent ei quem non audierūt?
id est q2 audiēt credent. Quō autē audi-
ent sine predicāte?.i. q2 predicabit illis
audient. Quō vero predicabūt nisi mit-
tātur?.i.quia deus mittet illos predica-
bunt. Ex oībus hijs interrogationibus
intēdit totū venire ex gratia dei/a prin
cipio vocationis vsqꝫ ad saluationē eo-
rum. Cum eni dicit predicatores a deo
missos quos audierūt/⁊ post auditū cre
dunt: ⁊ deinde inuocant/⁊ sic ad vltimū
saluātur: totū innuit referendū esse grē
dei. Uere predicatores mittunt a deo si
cut scriptū est i esaia. Q̄ speciosi sūt pe-
esa.lij.b des.i.aduentus euangelizātium.i. bene
annunciantiū pacem inter deum ⁊ homi
nem. Et euangelizantiū bona.i.humili
tatem/castitatē/⁊ hijs similia. Quia su-
pra dixerat eo ꝙ audierunt crediderūt:
ne putaremus ꝙ soluz audire sufficeret
ad habendā fidem non operante spiritu
sancto interiꝰ/ait. Licet dixerim q2 au-
dient credent: tn̄ non omēs qui audiunt
obediunt euāgelio. Nec solus hoc dico:
sed esaias mecū sentiens dicit hoc. Dn̄e
quis credidit auditui nostro?.i. vł hijs
que audierunt a nobis/vel hijs que nos
audiuimꝰ a te ⁊ nūciauimꝰ illł? Per hoc
ꝙ ait quis credidit/innuit multos audis-
se: et si non omnes/aliquos tn̄ credidisse
Et quādoquidem aliqui crediderūt: er-
go fides habet ex auditu.i. credunt ali-
qui/quia audiunt. Non tn̄ ex omni audi
tu habetur sana fides: sed auditꝰ qui fit
per verbum.i. s̄m doctrinā christi/ex eo
fides est salubris. Licet pauci crederēt
auditui nr̄o: tamen dico/nūquid nō au-
dierūt? quasi diceret. De hoc ꝙ non cre-
diderūt inexcusabiles sunt: q2 verbū fi-
dei audierunt. Equidē in omnē terram
exiuit sonus.i. fama eorum predicatorū
Nec solū fama: sed etiā verba eorū.i.ea-
dem que ipsi predicabāt/audita sunt in
fines terre. et ita dico terre ꝙ orbis.i.or-
biculate terre. In omni eni parte terre/
audita sunt verba apostoloꝝ. Audierāt
vtiqꝫ sicut probatū est. Nec solū eos au-
disse dico: sꝫ dico q2 etiā cognouerūt ꝙ
interrogatiue ponit vt magis eos exci-
tet dicēs. Nūquid israel.i.iudaicus po-
pulus non cognouit? Duo sunt genera Cogni-
cognitiōis. Unū ꝗ sicuti rem bonā esse tōis duo
cognoscimus/bonū huius rei diligimꝰ sūt gn̄a.
et approbamus: ⁊ hoc est bona cognitio
Alterum quo rem sicuti dicit ita esse vi
demus/nec cōtradicere possumus: ⁊ ta
men rem illā non diligimꝰ/sed (qd̄ solū
possumus) iniquū velle ad illā habemꝰ.
Hec est mala cognitio/quā iudei i chri-
stū habuerūt. Probat auctoritate moy
si iudeos cognouisse christū dicens. Ue
re israel cognouit. Nam moyses primꝰ
tēpore s̄m scripta: nemo eni ante eū scri
psit prophetiā. Per hoc autem ꝙ ait pri
mus/innuit eiusdē rei multos testes esse
licet nō reponat eos. Uel primus.i.pre-
cipuus s̄m dignitatem. Moyses inquit
primus dicit hoc. Ego adducam vos o
iudei ad emulationē.i. ad inuidiā ⁊ indi
gnationē animi/in nō gentē.i.cōtra gen
tilitatem que prius gens mea non dice-
bat: quos vosipsi canes vocabatis. Uel
in non gentē.i. contra gentilitatē quā fa
ciam non gentē.i. non sicut genita est di
mittā eam/sed faciā nouam creaturam:
regeneratā aqua ⁊ spū sctō. Nec solū ad
ducā vos vt videatis: sed etiā mittā vos
in iram/vt psequamini eos. Mittā dico
in iram.i.cōtra gentilitatē insipientē.i.
que prius erat insipiēs/quia licet multi
philosophi gentiū scientiā haberent de
mūdanis/tn̄ insipiētes erant eū verita-
tem diuini cultus ignorarent. Per hoc
autē ꝙ iudei vident prophetiā moysi cō

pletam esse/ in eo qz inuident gētilibus factis christianis/ idolatriam deserenti bus: et nouā legē sequētibus/ cognoscūt aduenisse tēpus illud: de quo hoc predicebat moyses/ sed amaritudo eorū nō vult acquiescere vere cognitioni. Moyses hoc dicit de iudeis. Esaias autē audet et dicit hoc de saluatione gentiū et reprobatione iudeorū. Audet vtiq;. Hic enim esaias qz manifestius ceteris salua tionem gentiū prophetauit/ multa pertulit a iudeis/ et ad vltimum interfectus est ab eis. ideo sic ait: audet. i. non reformidans: sed cū audacia dicit hoc. Inuētus sum nō querētibus me. Ubi ait se inuentū et non quesitū/ que repugnare videtur: ostendit ex sola misericordia dei: gentes inuenisse salutē. Inuētus sū inq; a gentibus non querentibus me/ naturali ratione/ quā eis ad intelligendū me dederam. et apparui hijs palā. i. in manifesto omniū positus. His dico qui nō interrogabant me. i. cognitionē meam ab aliquo intelligente. Si eni me sua ratio ne quererēt: nec cognoscere sufficerent/ opportunū esset vt interrogarent ab intelligēte: qd ipi minus intelligerēt. Sic ait esaias de gentibus. Ad israel autē. i. ad iudaicū populū dicit hoc. Tota die id est toto tēpore per predicatores. Uel tota illa die qua pependi in cruce: expādi manus meas. i. affectiōes et opa mea ad populū iudaicū/ non credētem. Nec solum non credentē/ sed etiā contradicētem mihi. Expāsio manuū christi in cruce significauit dilectionē: qua semp amplexari voluit iudeos/ qua etiā i cruce si peniterēt parat⁹ erat oia dimittere. Ecce iterū in esaia ostendit iudeos cognouisse/ cum videant hoc qd dixit impletū esse. Ostendit etiam saluationem gentiū et reprobationem iudeorum.

Esaias qrea iudeis iter fect⁹ fuit

Capitulum. xi.

Dico ergo. Nūquid reppulit de⁹ populum suum? Absit. Nā et ego israelita sū ex semine abraā de tribu beniamin Non reppulit de⁹ plebē suam quā presciuit. An nescitis qd dicit scriptura in helya: quēadmodū interpellat deū aduersū israel? Dñe prophetas tuos occiderūt: altaria tua suffoderūt: et ego relict⁹ sum solus: et querūt animā meam. Sed quid dicit illi diuinū responsum? Reliqui mihi septem milia virorū: qui non curuauerunt genua ante baal. Sic ergo in hoc tempore: reliquie fm electionem grē dei salue fient† Si autē gratia: iam nō ex opibus. Alioquin gratia iam nō est gratia Quid ergo? Qd querebat isrl' hoc non est cōsecutus: electio autem cō secuta est: ceteri vero excecati sunt sicut scriptū ē. Dedit illis de⁹ spiritū cōpunctionis/ oculos vt non videāt: et aures vt non audiāt: vsq; in hodiernū diem. Et dauid dicit. Fiat mensa eorū corā ipsis in laqueum: et in captionē/ et in scandalū/ et in retributionē illis. Obscurentur oculi eorū ne videant: et dorsum eorū semper incurua. Dico ergo. Nūquid sic offenderūt vt caderent? Absit. Sed illo℞ delicto salus ē gētib⁹: vt illos emulent. Qz si delictū illo℞ diuitie sunt mūdi: et diminutio eo℞ diuitie gentiū: qt̄o magis plenitudo eo℞? Uobis eni dico gētibus. Qz diu quidem ego sū gentiū apl's/ ministeriū meū honorificabo: si quo modo ad emulā dum prouocē carnē meā: et saluos faciam aliquos ex illis. Si enim amissio eorū reconciliatio est mundi: que assumptio nisi vita ex mortuis? Qz si delibatio sctā est et massa: et si radix sancta et rami: q; si aliqui ex ramis fracti sūt: tu aūt cum oleaster esses insert⁹ es in illis: et socius radicis et pīguedinis oliue factus es: noli gloriari aduersus ra-

†ar. pro ij. Reg. xix. b.

iij. Reg. xix. d.

† ar. facte sunt.

Esa. vi. c

ps. lxviij

mos: q si gloriaris: nō tu radicem portas: sed radix te. Dicis ergo. Fracti sūt rami: vt ego inserar. Bene. Propter incredulitatem fracti sunt. Tu autem fide stas. Noli altum sapere sed time. Si eni deus naturalibus ramis non pepercit: ne forte nec tibi parcat. Vide ergo bonitatē et seueritatē dei. In eos q̄dē q̄ ceciderūt seueritatē: in te autem bonitatē dei: si permāseris in bonitate. Alioquin ⁊ tu excideris. Sed et illi si non permanserit in incredulitate: īserenł. Potēs ē eni de⁹ iterum inserere illos. Nam si tu ex naturali excisus es oleastro: ⁊ contra naturam insertus es in bonam oliuā: quātomagis hi qui ẜm naturam inserenł sue oliue? Nolo enim vos ignorare fratres mysteriū h̄/ vt nō sitis vobisipsis sapiētes: q2 cecitas ex parte cōtigit in israel do nec plenitudo gentiū intraret: ⁊ sic oīs israel salu⁹ fieret sicut scriptū

Esa. lix. d. est. Veniet ex syō: q̄ eripiat ⁊ auertat ipietatē ab iacob. Et hoc illis a me testamētū cū abstulero peccata eoꝝ. Scd̄m euāgeliū q̄dē inimi

de pe. di stin. iiij. sine penitentia ci ꝑpter vos: ẜm electionē aūt charissimi ꝑpter patres. Sine penitētia eni sunt dona ⁊ vocatio dei. Sicut eni aliqñ et vos nō credidistis deo: nūc aūt mi̇ſicordiam ꝯsecuti estis ꝑpter incredulitatē illorum: ita et isti nūc nō crediderunt in vestram misericordiā: vt et ipsi mise-

de pe. di stin. iij. totam. ricordiā cōsequātur. Cōclusit eni de⁹ oīa in incredulitate: vt omniū

Sapiē. vij. a. misereał. O altitudo diuitiarū sapientie/ et scientie dei: ꝙ incōprehēsibilia sunt iudicia eius: et inuestigabiles vie eius. Quis eni cognouit sensum dn̄i: aut quis consi liari⁹ eius fuit? Aut quis prior dedit illi: et retribuetł ei? Quoniā ex ipso: et per ipsum: et in ipō sunt omnia: ipsi honor ⁊ gloria in secula seculorum Amen.

Sapiē. ix. a. Esaie xl. c. i. cor. ij. d.

Expositio capi. xj.

Dico ergo: nunquid deus reppulit? Ulia dico populum iudeorum non credentem/ sed cōtradicētem: ergo dico. i. nunq̄d ꝑpter ea dicere estimor q deus reppulit populum suum iudaicū quē prius elegerat? Absit hoc vt de⁹ aliqñ repellat populū suū. Vere non reppulit. Nā ego israelita sum: ⁊ multi alij q̄ nō sumus repulsi. Nec ita israelita vt aliūde nat⁹ in iudaismū transierim/ sed sum ex semine Abraam. Nec iterū de ismahel/ vel de filijs ceture/ sed de tribu beniamin. Hec trib⁹ alijs prelata fuit: q2 qui de hac tribu fuerunt: non tā sepe vt alij ad idolatriam delapsi sunt. Et q2 ego de semine abraam nō sum repulsus: apparet ꝑ hoc q deus nō reppulit plebem suā. Illam vtiq3 voco plebē suā quā presciuit. i. predestinauit ad saluationē. Non vtiq3 modo reppulit quēadmodū olim estimante Helia omnes preter se recessisse a cultu dei: multi tamē quos ipse ignorabat reseruati sunt a deo. Sic modo mltos de⁹ electos habet quos ignoram⁹. Pro certo de⁹ nō reppulit plebē suā: q2 an nescitis q̄d scriptura dicat in helia. i. vbi loq̄tur de helia: quēadmodū ille helias interpellat deū aduersus israel † id est ad damnationem iudeorū: dicēs hoc in tertio libro regū. Dn̄e achab et iesabel occiderūt ꝓphetas tuos. Suffoderūt etiam altaria tua. Fideles eni de israel q2 non audebāt ad adorandū conuenire in hierusalem/ latēter ideo in spelūcis ⁊ siluis cōstruxerāt aras/ ibiq3 imolabāt: quas aras etiā a fundamentis euerterāt idolatre israelite/ quosq3 imolātes inueniebant/ occidebāt. Alios iquit prophetas occiderunt: et ego solus relictus sum in cultu dei: ⁊ adhuc querūt animā meam vt me cū alijs interficiāt. Sic ait helias Sed quid dicit illi diuinū responsum? Hoc vtiq3: ego reliqui. i. reseruaui mihi septem milia virorū/ qui nō curuauerūt genua āte baal. i. q̄ nō adorauerūt idola Non ideo dicit septē milia vt hic nume-

† al. pro iij reg. xxj. d.

rus determinatus esset in illis: q necq
plus necq minus ibi esset: sed quia per se
ptem vniuersitas designatur: ideo etiã
cert⁹ numer⁹ in incerta re ponit: vt ostẽ
dat hic numerus electoꝝ deo esse cogni
tus: etsi ab hoibus ignoret. Qd de helia
premisit adaptat modo dictis suis ita.
Quãdoquidẽ in tpe helie multi fideles
reseruati fuerant / quos tamen ipse igno
rabat: ergo .i. propterea per simile credẽ
dum est q sic .i. p misericordiã dei sicuti
tũc. Uel sic. Et queadmodũ tũc ignora
batur / sic et modo electos dei discernere
nõ sufficim⁹. Sic inquit nũc vt olim etiã
hoc in tempore gratie qua causa magis
credendũ est deũ misericorditer sibi re-
seruasse electos magis q olim / cum nõ
erat tẽpus gratie. Hoc inq in tpe gratie
salue facte sunt reliquie .i. illi quos deus
sibi reliquit / idoneosq saluationi pscie-
uit. Reliquie salue facte sunt / et hoc sm
electionẽ dei ab eterno preuisam: q elec-
tio non fuit propter merita / sed fuit gra
tie: qr et per gratiã elegit / et per gratiam
saluauit. Si autẽ hec electio est per gra
tiã: iã cõstat qr nõ est ex operib⁹ prome-
rẽtib⁹ illam: alioquin si propter opa eli
gerent: iã illud quod vocat gratia / nõ es-
set pura gratia / sed meritũ. Hoc autem
cõuenienter de gratia inducit: vt nec illi
quos de⁹ sibi reliquit putent se electos
ex merito: sicut malos quia male merue
rũt reprobatos: et hec dicẽs bene seruit
intẽtioni. ¶ Sũmã auctoritatum supra
positarũ hic breuiter colligit: vt aperiat
qd per illas auctoritates intẽdebat di-
cens. Et superi⁹ dixi sm esaiam iudeos
nõ credẽtes / sed cõtradicẽtes. Dixi ite
rum sm eundẽ reliquias iudeorum esse
saluatas. Ergo qd ex hijs dictis q sibi
obuiare videntur colligem⁹? Hoc vtiq di
cem⁹: qr qd querebat israel .i. iudaic⁹ po
pulus statuere scʒ iustitiã suam / et in ea
saluari: hoc nõ est cõsecut⁹. Israel in to
to nõ est cõsecut⁹: sed electio psecuta est
.i. hij quos deus elegit de israel cõsecuti
sunt saluationẽ. Ceteri vero qui nõ sunt
electi: nõ solũ nõ cõsecuti sunt: sed etiam
sunt excecati. Et hoc dico sicut scriptũ
est in esaia: licet alijs verbis / eodẽ tamẽ
sensu. Dedit illis iudeis deus spiritum
cõpunctionis .i. spiritũ malignum q pun
geret eos: et cogeret male agere. Uel spi
ritũ .i. voluntatẽ cõpunctionis: qua pun
gerent inuidẽdo / et irascẽdo fidelibus
Dedit etiã illis oculos .i. naturalẽ ratio
nẽ: sed ita vt nõ videãt .i. vt bono ratiõis
priuent. Dedit etiã aures .i. eandẽ ratio
nẽ qsi qd p se non possent intelligere: de
buerant audire et addiscere. Nõ audiãt
dico: vsq in hodiernum diem. Hic dies
hodiernus fuit prophete: hodiern⁹ erit
etiã vsq ad finem mũdi: sicut illd in bal-
neis: hodie cũ precio / cras sine precio.
Dicit etiã dauid de excecatione iudeo
rũ hoc: fiat mensa eorũ .i. scriptura qua Ps.
debuerant aĩaduertere bonum: fiat illis lxviij.
in laqueũ .i. illaqueent in illa quotidie
deterius intelligẽdo: fiat etiã illis in ca
ptionẽ qr capti sunt a romanis: et fiat il-
lis in scandalũ. Miseriã eorũ dispersoꝝ
per mundũ vocat scandalũ: fiat etiã illis
in retributionẽ. Cũ captionẽ et scanda-
lũ retributionẽ posset vocare. Eternum
tamen interitũ quia permanens erit: re-
tributionẽ intelligit. Uel ita mensa eoꝝ
.i. hoc q se fellitos et acidos intulerunt
deo / q de cõuersione eorum refici vole
bat: fiat illis in laqueũ .i. illaqueent ideo
obsidione romanorũ. Cetera nõ mutan-
tur. Et oculi .i. ratio eorũ obscuret / ne vi
deant et intelligant bonũ. Et dorsum eo
rũ .i. eãdẽ rõnem qse ad cognitionẽ dei
erigere debuerunt: illud incurua inter
renis / semp magis et magis precipitãdo
in penis. ¶ Et dixi iudeos excecatos.
Ergo nũqd propterea dico q sic offen-
derũt: vt caderẽt inutiliter et irrecupe-
rabiliter qd solũmodo in eis casus sit?
Hic intendit reprimere gẽtiles ne se pre
ferant iudeis / licet eos dixit excecatos:
qr casus eorum est recuperabilis / et sal-
uationi gentiũ plurimum vtilis dicens.
Absit hoc vt licet offenderint irrecupe-
rabiliter ideo cadant / et inutiliter. Uere
non inutiliter / sed delicto .i. per delictũ
eorũ iudeorũ est facta salus gentiũ. Nisi
enim iudei respuerent verbũ dei: aposto
li nõ transirent ad gentes. Salus vtiq
facta est gentibus / vt gentes emulentur
.i. imitent illos iudeos q fideles fuerũt
et quorũ lex firmamẽtũ est noui testamẽ
ti. Uel ita. Per delictũ iudeorum est fa
cta salus gentibus / ita vt iudei emulent
illos .i. imitent gentes in fide christi. Et
sm hoc pbat q casus iudeoꝝ sit recupe
rabilis. Et si delictũ eorũ p quo iudei
repulsi sunt diuitie sũt mũdi .i. causa fuit

quare gentilitas ditaretur gratia dei: quātomagis plenitudo eorū .i. iudei plenarie saluati: erunt diuitie gētiū? Per hoc casus iudeorū recuperabilis pbat̃. Si eni deus malū iudeorū vtile fecit gētib⁹: multo magis credendū est q bonū eorū longe vtilius faciet gentib⁹. Delictū eorū sunt diuitie mūdi: Et diminutio illorum .i. apostoli q de iudeis electi fm se partē iudeorū diminuerūt. Hec inq diminutio sunt diuitie gentiū: apostoli eni ditauerūt gentes verbo dei. Nō ideo dicit plenitudo q oēs saluandi sint: sicut nec vniuersa gentilitas electa est: sed qz multi saluabunt̃. Vere plenitudo iudeorū saluabitur. Nā etiā in tpe excecationis eorum saluabunt̃ aliqui ex illis. Et hoc dico vobis gētib⁹: qz semper q̄diu quidē ego sum apostolus gentiū: ad q̄s solūmodo missus sum: honorificabo tamen meū ministeriū: qz cū officiū meum hoc solum exigat predicare gentib⁹: honorificum faciam illud supra hoc qd̄ debeo: laborando in iudeis. Honorificabo dico si quo modo (q̄ꝗd eni paterer non curarem) prouocē carnē meā .i. iudeos fm carnē mihi propinquos ad emulandum .i. ad imitandū me in fide. et vt sic puocando saluos faciam .i. deus p me saluet aliquos ex illis. Causā reddit quare debeat laborare in eis: et idem videt̃ superius posuisse: sed ibi cū determinatione tempoꝛis. vbi ait. Plenitudo que in finem mundi ꝯstat esse. Hic autem ad aliud ponit / et sine determinatione tēporis dicens. Ideo laborabo saluos facere aliquos ex illis. Nā si amissio eorū est recōciliatio mūdi .i. si excecatio eorū causa fuit vt gentilitas recōciliaretur deo: que .i. qualis dicēda est assumptio iudeorum i quocūq tpe nisi vita ex mortuis? Quia si deus per malū eorū recōciliauit sibi mundū: multo magis credendū est q per assumptionē eorū faciet de⁹ viuere multos in peccato mortuos: qui exemplo illorū prouocati viuent in fide christi. Probat q genus eorū nō ipediat assumptionē eorū: sed sola incredulitas dicēs. Hā dico assūptio. Nā hā possūt assumptionē mereri. Si eni delibatio scā ē .i. si apli et alij q de genere eorū electi sūt / sci sunt / ꝯstat qz etiā massa .i. illa plenitudo iudeorū salua eē pōt. Si eni aplis nihil obfuit gen⁹: nec alijs obesse dz. Delibationē dixit ab ea similitudie: quēadmodū parū qd gustat̃ de cibo per quod tota massa bene an male condita sit / pbat̃. Sic apostoli delibatio dicebant̃ totius masse iudeorū: in quib⁹ planum erat iudeis genus nihil obesse. Probat iterū idē p aliud. Ideo etiā constat eos bene posse assumi. Nā radix eorū .i. abraam / isaac / et iacob / q si radix eorū scā est: rami etiā sci eē possūt. Dices itaq mihi: qz rami illi fracti sunt: q si aliq ex ramis p incredulitatē a radice fracti sunt: tu autem insert⁹ es in illis. id est loco illorū cum esses oleaster .i. sterilis / et a sancta radice alienus: factus es etiā socius radicis .i. pphetarū: i qb⁹ radicata ē fides Et fact⁹ es soci⁹ pinguedinis .i. apostolorū: q pinguedinē fidei / et habūdātiā sācti spūs habuerūt. Radicis et pinguedinis dico oliue .i. iudaici populi: qz pphete et apostoli de iudeis nati sūt. Et si tu alien⁹ a radice isert⁹ es: noli glīari aduersus stātes ramos: neq te preferre illis: quasi tu propter meritum sis eligendus / illi propter genus abijciendi. Q si tu ipo tunc gloriaris: dicet̃ tibi. Frater tu nō portas radicē / sed radix portat te: qz in te nullū exēplū boni: i radice vero (vt i abraā) exēplū toti⁹ fidei. Q2 modo abstuli tibi gloriari / aduersus stātes ramos: ergo .i. ppterea dices mihi: qz aduersus fractos gloriaberis ita. Naturales rami p icredulitatē fracti sūt / vt ego inserar loco eorū. Hoc būi est et sic ꝯcedo ait Paul⁹ / sz illi nō ppter gen⁹ / sz ppt incredulitatē fracti sunt. Tu autē stas loco illorū p sola fide. Et ideo noli altū sape .i. supbire cōtra fractos: sz time ne simil̃r frangaris: timendū vtiq est: qz si de⁹ nō pepcit naturalib⁹ ramis .i. iudeis: ne forte nec parcat tibi cui min⁹ debere videt̃ nō naturali: qz tu non naturalis p grām isert⁹ es: ille naturalis ppt culpā repulsus ē. Ergo vide bonitatē et seueritatē dei. In eos qdē q ceciderūt .i. iudeos: vide seueritatē. In te aūt q p misericordiā isert⁹ es / vide bonitatē dei. Bonitatē ea lege dico / si tu pmāseris in ea bonitate cooperādo accepte gratie. Alioqn si nō pmāseris: sicut iude⁹ excisus ē: ita tu etiā excideris: et illi iudei si nō pmāserit: in incredulitate iterū inserent̃: et hā dico inserent̃. Nā de⁹ potens est iterum inserere illos sicuti olim cos

dem inseruit. Et vere deus potens est/ nam actũ hui⁹ potẽtie aliq̃s licet paucos inserẽdo hoc tpe paulatim exercet: qd̓ eq̃pollẽter ait. De⁹ vtiq̃ põt eos insere. Nã si tu gẽtilis excisus es ex oleastro.i. ex infructifera radice: oleastro dico naturali tibi per longam consuetudinem. Et si insert⁹ es p gram in bonã oliuã: et hoc cõtra naturã.i. cõtra cõsuetudinẽ que diuturnitate tpis i naturã trãsierat: quãto magis hi iudei inserent̃ sue oliue q̃ sua est ƒm naturã? Si tu nõ naturalis insert⁹ es ꝓpter fidẽ: nõ est causa q̃re naturales rami nõ debeãt inseri propter eãdẽ cãm. Probauit superi⁹ q̃ de⁹ potẽtiã haberet inserẽdi illos p actum ei⁹ potẽtie: q2 reuera inserent̃ dicẽs. Vere iudei iterũ inserentur. Nã et nũc tempore excecationis eorũ ƒm partem inserunt̃: et ad vltimũ oĩs isr̃ael saluus fiet: Et nũc aliq̃ inserunt̃ cõcipim⁹ vbi ait. cecitas ex parte cõtigit in israel. Si enĩ in parte nõ in toto: quare nõ dicim⁹ nũc etiã parte eoꝝ reinseri? Et o fratres nolo vos ignorare/ hoc cõtigisse/ sc3 cecitatẽ i israel vt itrarẽt gẽtes: qd̓ vtiq̃ misteriũ est: q2 si ordo rei cõsiderat̃: causa tamẽ excecatiõis iudeorũ/ et illuminationis gentiũ/ nõ intelligit̃. Quã cecitatem et illumiatiõnẽ/ ideo nolo vos ignorare esse mysteriũ/ vt nõ sitis vobismetipsis sapiẽtes.i. vt nõ iputare possitis ꝰ sapientie vestre/ q̃ sacramẽtũ hui⁹ rei intelligere nõ sufficit. Si enĩ hec cause nõ sub mysterio occultarent̃: sed vobis aperta fieret: presumendo iputaretis hoc sapiẽtie vestre: q̃ q2 in cognitiõe hui⁹ mysterij deficit: imbecillitatẽ suã intelligit/ et mirat̃ altitudinẽ diuini consilij. Hoc inq̃ nolo vos ignorare: q2.i. q̃ cecitas cõtigit in israel. Et hoc ex parte: non enim oẽs excecati sunt. Cõtigisse dicit quãtũ ad ignorantiã hominũ: q̃ causas huius mysterij nescit: cũ tñ nihil eõtingere/ nihil fortuitũ in prouidentia dei sit: q̃ sicut omnia: sic et causas omniũ nouit. Cecitas vtiq̃ cõtigit in israel: donec intraret plenitudo gẽtiũ. Illud donec/ ꝛ tẽporale est et causale. Quasi diceret. Ideo iudei excecati sunt: vt intraret: ꝛ tãdiu/ donec intraret plenitudo gẽtiũ. Nec sic plenitudo vt singuli de gentibus saluarentur/ sed eo respectu quo vix aliqui de gẽtibus prius saluabantur. Dicitur in tempore gratie fuisse plenaria saluatio gentium. Et sic postq̃ introisset plenitudo gentium: saluus fieret omnis israel: non tamen omnes hebrei: sed quicũq̃ essent israel videntes deum. Sentẽtia tamen quorũdam est omnes iudeos in fine mũdi saluandos. Probat q̃ iudei nunc partim saluentur/ et in fine plenarie per auctoritatem esaie dicens. Et dico israel saluum fieri: hoc nõ ex me: sed sicut scriptum est assero. Hoc vtiq̃ scriptum est. Veniet ex syõ id est ex iudaico populo/ qui eripiat quadam violentia/ ꝛ multo labore/ vt modo fit in tempore excecationis/ qui etiam quadã facilitate auertat qd̓ erit in fine mũdi/ quando iudei vltro properabunt ad saluationem. Eripiat dico et auertat impietatem ab iacob: id est a iudaico populo. Impietatẽ nõ dicit hic consuetam idolatriam/ sed denegare cultum filio dei: quod iudei faciebant: hoc vocat impietatem. Nit⁹ enim eorum postq̃ tempus gratie venit vere idolatria fuit. ¶ Determinauit p quẽ salus fieret iudeis. Determinat etiã tẽp⁹ qñ ꝰ futurũ sit: dicẽs. Et ꝰ testamẽtũ.i. hec testata ꝓmissio/ cõplebit̃ illis a me: tũc cũ abstulero pctã eoꝝ: eosq̃ iustificauero: qd̓ nũc paulatim fit: ꝛ i vltimis dieb⁹ plenarie. Nũc q̃ eripiunt̃ ab impietate ꝛ fiũt dilecti. Alij ꝯo q̃ nolũt eripi sũt inimici: et ꝰ ƒm euãgeliũ.i. ꝓpter ea q2 euãgelio inuidẽt/ ꝛ detrahũt p qd̓ gẽtes ꝯuertũtur. Inimici vtiq̃ sunt. Et ꝰ ꝓpter vos.i. ad vtilitatẽ vestrã. Nisi enĩ iudei verbũ dei respuerẽt: apl̃i vtiq̃ nõ trãsirẽt ad gẽtes. Alij sũt iimici. Alij aũt.i. p̃destinati sunt charissimi ƒm electionẽ: id est nõ ꝓpter meritũ: sed q2 deus elegit eos per gratiã. Charissimi etiã propter patres/ non tamen propter meritum patrum: sed vt impleantur promissiones facte patribus eorum. Vere ƒm electionem/ ꝛ propter patres. Nam vocatio dei id est electio eorum: et dona id est impletiones promissionum sunt sine penitentia: id est sine immutatione/ quia quemadmodum promisit/ et elegit/ sic complebit: vel ita. Vere charissimi ƒm electionem. Nam dona dei/ id est remissio peccatorũ: ꝛ vocatio dei/ id est instructio fideliũ: quos postq̃ in baptismo iustificauit/ per doctores instruit. Hec vtiq̃ dona et vocatio dei sunt sine aliq̃

merito. Nam sine penitentia corporalis
afflictionis que meritum penitentie pre
celleret apud deu3 / si dona et vocatio ei⁹
fierent s̄m meritum. Judei vtiq₃ eligun
tur. Nam sicut vos gentiles et quidā iu-
dei ante legem vos aliqn̄ nō credidistis
deo: nunc aūt in tp̄e gratie cōsecuti estis
misericordiā. i. ex misericordia saluatio
nem: et hoc ꝑpter incredulitatē iudeoꝝ.
Qꝛ enī3 verbū dei nō receperūt: hoc ad
gentes transmisit apostolos. Sicut in-
quit vos olim non credentes modo cōse
cuti estis misericordiam: ita et isti iudei
nūc non crediderunt: euntes in vestram
misericordiā. i. nolētes saluari: sicut vos
per misericordiā dei / ideo non credide-
rūt: vt queādmodū vos: sic etiā ipsi con
sequant̄ misericordiā. Uobis īcredulis
misert⁹ est de⁹: vt hoc solūmodo imputa
retur gratie sue: sic et iudeis disposuit in
incredulitate dimersis misereri: vt vter
q₃ iudeus et gentilis eque totū referret
grē dei / suāq₃ imbecillitatē cognoscens
nō superbiret. Deus enim videns diabo
lum et hoīem vtrūq₃ cecidisse per supbi
am / mltū exinde studuit precauere hoī
a supbia / quare vtrūq₃ iudeū et gentilem
labefactari ꝑmisit in incredulitatem: vt
quanto magis infirmitate3 suam cogno
scerent / tanto ampli⁹ misericordie dei se
se subijcerēt. Uere incredulitas iudeo-
rum causa est vt misericordiā consequā
tur. Nam de⁹ cōclusit oīa / nūc gētiles /
nunc iudeos in incredulitate: vt oībus
factis īcredulis / opportune misereatur
oīm. Si cū alij vel vtriq₃ in fide ꝑstitis-
sent: ꝑfecto qđ misericordie dei erat / me
rito fidei sue ascriberēt. Et causas hoꝝ
quare nunc isti concludantur / nunc illi:
noli inuestigare / sed admirare cōsilium
dei mecum dicens. O altitudo iudicio-
rum dei quib⁹ nūc iudei repellūtur / nūc
gentiles inserūtur. Hec vtiq₃ iudicia sic
alta sunt / queādmodū sapientia et scien-
tia dei. Qꝛ ita ait. O altitudo. i. profūdi-
tas diuitiarū sapiētie. i. diuitis sapiētie
et sciētie dei. Sapientia et scientia dei di
ues dr̄ s̄m multā copiā. Alta dicitur s̄m
inscrutabilē profunditatem. Sapientia
dei dr̄ qua se quantus est cognoscit. Sci
entia qua quecunq₃ sunt creaturarū no
uit / o altitudo sapientie et scientie dei / q̄₃
incomprehensibilia sunt iudicia ei⁹. i. ne
mo sufficit comprehendere profundita-
tem iudiciorum que pertractat apud se.
Diceret aliquis. Qꝛ diu apđ deum ꝑtra-
ctantur iudicia: verū est qꝛ non intelligū
tur: sed in actum deducta / satis cōp̄hē-
duntur. Contra hoc paul⁹. Judicia dei
dū apud deū pertractantur / sicut cōpre
hendi nequeunt: ita etiā vie eius. i. opa-
tiones ipsoꝝ iudicioꝝ sunt inuestigabi-
les. Probat ꝑ esaiā qđ premisit dicens
Uere sapientia et scientia dei sunt inue-
stigabiles. Nā quis cognouit sēsū dn̄i?
Nemo vtiq₃ qđ deus sensit / cognoscere
potuit. Et vere iudicia et opera iudicio-
rū sunt inuestigabilia. Nam q̄s fuit con
siliari⁹ eius / cui⁹ cōsilio ordinaret sua?
Uel quem in cōsilio dispositiōis sue ad-
mitteret? Nemo vtiq₃. Et sicut nemini
aperuit sensum suum: ita queq₃ bona ex
misericordia tribuit. Quis enim dedit
illi? potuit q̄dē aliq̄s post acceptā gra-
tiā ī aliquo mereri. Sed q̄s dedit illi pri
or anteq̄₃ de⁹ daret grām: et ei sic dāti nō
gratis dabit̄ a deo / sed retribuet̄ qꝛ pro-
meruit? Hec sunt esaie: que aute3 sequū-
tur v̄ba sunt pauli. Uere nemo prior de
dit illi: qm̄ ex ipso / et per ipsum / et in ipso
sunt oīa. Per diuersas ꝑpositiones: ex
ip̄o / per ipsum / in ipso / notat distinctio-
nem personarum trinitatis. Per idem
pronomen ter repositum / notat idētita-
tem substantie dicens. Ex ipso. i. ex p̄re
qđ ꝑncipiū nō est ab alio: Et ꝑ ipsū. i. ꝑ
filiū: q̄ a p̄re principium h₃: et per quē p̄r
fecit oīa: Et in ipso. i. in sp̄ū sancto: q̄ a
p̄re procedit et filio / q̄ bonitas dei dicit̄:
ꝑ quam bonitate3 subsistunt creata. Ex
ipso inq̄₃ / et per ipsum / et in ipso sunt oīa:
ipsi itaq₃ de omnibus debetur glīa et grā
rū actio / ꝑ omnibus bonis q̄ dat miseri
corditer: Et hec gloria sit in secula. i. et-
naliter: amen. i. videte vt ita fiat. Pote-
rat hic finisse epistola3 / sufficienter enī
vtrumq₃ populum ne inter se vicissi3 su
perbirent represserat / multasq₃ ratiōes
inde premiserat. Sed qꝛ eis iam non in-
tra se contentiose superbientibus neces-
saria erat alternata dilectio. Admonet
ideo eos iam a contentione sedatos sub
seruire sibi inuicem / vnumq₃ supporta-
re alterum: vt per huiusmodi subseruire
coalescat in eis et conualescat vinculū
dilectionis.

Trinitatis breuis et bona declaratio.

Capitulū. xij.

Obsecro itaqꝫ vos fratres per misericordiam dei vt exhibeatis corpa vestra hostiam viuentē / sanctā / deo placentem: rationabile obsequiū vestrum. Et nolite cōformari huic seculo: sed reformamini in nouitate sensus vestri: vt probetis q̄ sit volūtas dei bona: ⁊ beneplacens ⁊ perfecta. Dico enim per gratiam que data est mihi oībus qui sunt inter vos nō plus sapere q̄ꝫ oportet sapere: sed sapere ad sobrietatem: ⁊ vnicuiqꝫ sicut deus diuisit mensuram fidei. Sicut enim in vno corpore multa membra habemus: oīa aūt membra nō eundē actū habent: ita multi vnū corpus sumus in xp̄o: singuli aūt alter alterius membra: hn̄tes aūt donationes ſm gratiā que data est nobis differentes. Siue prophetiā: ſm rationē fidei. Siue ministeriū in ministrando. Siue qui docet in doctrīa: Qui exhortatur: in exhortando. Qui tribuit: in simplicitate. Qui preest in sollicitudine. Qui miseretur: in hilaritate. Dilectio: sine simulatione. Odientes malum: adherentes bono. Charitatem fraternitatis inuicem diligentes: honore inuicē preuenie̅tes. Sollicitudine nō pigri: spiritu feruentes: domino seruientes. Spe gaudentes: in tribulatione patie̅tes: Oratiōi instātes. Necessitatibus sanctorum communicantes: Hospitalitatem sectātes. Benedicite persequentibus vos. Benedicite: et nolite maledicere. Gaudere cum gaudentibus: flere cum flentibus. Idipsum inuicem sentientes. Non alta sapientes: sed humilibus consentientes. Nolite esse prudentes apud vosmetipsos. Nulli malum pro malo reddentes: Prouidentes bona nō tantū coram deo: sed etiam coram omnibus hominib⁹. Si fieri potest qđ ex vobis est: cum omnibus hominibus pacem habentes. Non vosmetipsos defendentes charissimi: sed date locum ire. Scriptū est enī. Mihi vindictam: ⁊ ego retribuā dicit dominus. Sed si esurierit inimicus tuus ciba illum: si sitit potū da illi. Hoc enim faciēs: carbones ignis congeres super caput eius. Noli vinci a malo: sed vince in bono malum.

Margin notes: de renū. c. j. li. vj. lxxxix. di. c. j. de sum. tri. dānam⁹ — Amos. v. d. j. pe. ij. e — Ro. xxxv hebr. xiij lxxiij. di. fin. iho mine. xxiij. q. iij. certū est. — puerb. xvij. b. j. pe. iij. b. xxiij. q. iij. sex ij. cor. ij d. xj. q. iij. inf versa. Deb. xij d. xj. q. iij. ita sepe Ezech. ix. a. xxiij. q. iiij. ego aūt puerb. xxv. c.

Expositio capituli. xij.

Littera sic iungitur. Quandoquidem ex deo: et per deum / et in deo sunt omnia. Itaqꝫ fres obsecro. i. per omnia sacra moneo vos. Obsecro vtiqꝫ ꝑ misericordiā dei. i. per apostolatum mihi / non q2 meruerim / sed per misericordiā traditum. Vel obsecro ꝑ misericordiā dei / ex qua omnia bona esse superius probaui: vt exhibeatis. i. preparata faciatis / non solum animas / sed etiam corpora vr̄a. Exhibeatis dico hostiā. i. mortificatam ſm depositionem sordium: ⁊ viuentē ſm positionem virtutum. Nec ad temp⁹ viuentem: sed sanctam. i. in vita virtutum sanctā ⁊ perdurātē: et in hac vita ⁊ sanctitate non lucrum vel laudem mūdi querentem: sed deo per oīa placentē. Et ne q2 mō dixerat: exhibete corpora vestra hostiam: putaret aliquis affligendum esse corpus sine aliqua tempantia / iō addit apostolus: Ita dico hostiam: vt obsequium vestrum sit rationabile. i. vt cū discretione ieiunetis / vigiletis ⁊c̄. Modo diceret aliquis. Paratus sum exhibere me deo q̄ꝫ diu non conturbat me mundus: sed durum est resistere mundo cogenti me. Contra hoc paulus. Vos vtiqꝫ tales exhibete: ⁊ nolite conformari. i. conformes fieri huic seculo: vt in aliquo

obtemperetis mūdo blandienti seu de-
terrenti vos. Nolite conformari seclo:
sed reformamini per baptismum: q̄ priꝰ
deformati estis per culpā ade: vel refor
mamini .i. quotidie innouamini / q̄ nouā
formam iustificati accepistis. Reforma
mini dico: ꝑficiendo assidue in nouitate
sensus vestri .i. semper magis ac magis
bene operādo innouamini: vt sic probe
tis .i. ꝓbabiliter cognoscatis: que sit vo
luntas dei: voluntas dico bona .i. vtilis
facientibꝰ eā: ⁊ beneplacens: hijs q̄ actu
experiuntur eam: nec ita in vno bn̄ pla-
cens: vt in alio displiceat / sed in omnibꝰ
perfecta. Corpora vr̄a hostiā exhibere
deo illud ammoneo: sine aliq̄ districtio-
ne obedientie. Hoc autē qd̄ sequit̄: dico
per gratiā .i. precipio auctoritate nostri
apostolatus. Considerandū est q̄re pre-
dicta solum moneat: que autem sequunt̄
omni auctoritate interdicat: ea eni que
offensionem generant licet prelatū sub-
ditis vi obediētie interdicere / sꝫ postq̄
legem non violant: non ita cogendi sunt
ad meliora / solummodo bene faciāt: sꝫ
ex dilectione monendi. Si eni districtio
ne obedientie ad perfectiora cogerētur
magis in hoc damnaret eos prelatꝰ / q̄
adiuuaret / cū si preceptū non facerent:
damnarent̄ propter inobedientiā: ⁊ ideo
potiꝰ ammonitione trahēdi sunt ad me-
liora q̄ coactiōe: quare sic ait. Per gra
tiam apostolatus que data est mihi: di-
co ⁊ precipio oībus / ⁊ ita omnibꝰ ꝙ sin-
gulis qui sunt inter vos: hoc .s. dico: non
plus laboretis sapere q̄ oportet sapere
.i. q̄ fides sana exigit: nec vobis penitꝰ
interdico sapere: sed volo vos sapere ad
sobrietatē. Nec iterū vos omnes ad eū-
dem terminū volo de sapientia labora-
re: vt non satis sit vobis: nisi om̄es equo
modo sapiatis: ⁊ ideo vnicuiq̄ sufficiat
sapere sicut deus diuisim dedit singl'is
mensurā fidei .i. dona sua mensurata ꝟm
modum ⁊ oportunitatē fidei vr̄e. Ideo
romanos a nimietate sapiētie reprimit:
q2 ipsi supra modū inuestigabāt causas
misteriorum dei. Hoc autem ꝙ deus ne
mini totum sapere dedit / sed per partes
singulis diuisit / multū valet ad hoc vt si
bi subseruiant: ⁊ vt alter alteri vicissim /
sese contemperent. Cum enim vnꝰ igno-
rat / qd̄ alter sapit ⁊ econuerso: in diuersi
tate acceptaꝝ gratiarūꝫ subseruit alter

alteri / de quo congruam similitudinem
supposuit: q2 quemadmodū diuersa mē-
bra in vno corꝑe diuersos sensus† habē- † ar.ac?
tia: pes manui subseruit: dū portat ma-
num ad tangēdū qd̄ cupit: manus pedi:
dū pedem vestit. Sic ⁊ nos diuersa mē-
bra sumus vnū corpus ecclesie efficien-
tia. Sicut eni ab eadem anima diuersa
mēbra in eodem corpore sensificant̄: ita
nos in corpore ecclesie per eundē spiri-
tum omnes viuificamur. Littera sic iun
git̄: Deus vtiq̄ dona sua diuisim dedit.
Nam sicut in vno corpore habemꝰ qui-
dem multa mēbra / sꝫ nō oīa membra ha
bent eūdem actum: ita nos multi vnum
corpus sumus in capite christo: sed sin-
guli sumus membra: ita ꝙ alter alterius
.i. vt hic oculus subseruiat illi pedi: ⁊ sic
in ceteris / que cōtemperantia subserui
tionis ꝓximū est idonea: ad custodiā hu
militatis ⁊ vnionis. Singuli sumus alt̄
alterius mēbra: igitur .i. ꝓpterea q2 vo-
luit nos deꝰ ita vicissim subꝟuire: sumꝰ
hn̄tes donationes differentes: vt hic ꝓ
phetiam: hic doctrinam ⁊c̄. Si enim sin-
guli omnes donationes haberent: nō es
set vn̄ alter alteri subseruiret: vel neces
sariꝰ esset: et sic alter in alterum superbi
ret: nō relicto vn̄ vnꝰ alti se cōtēperaret
Habentes dico differentes donatiōes:
⁊ hoc ꝟm gr̄am .i. per spm̄ sctm̄: que gr̄a
data est nobis per gr̄am nō recompensa
ta ꝑ meritū. Donationes dico vt siue ha
beamꝰ ꝓphetiā .i. certā de futuris cogni
tionē: vel quorūlibet secretoꝝ reuelatio
nem: habētes dico ꝓphetiā ⁊ hoc ꝟm ra-
tionē fidei. Nō determinat cuiꝰ fidei: vl'
nr̄e: vel auditorū: ⁊ ad vtrūq̄ referri po
test ita. Scd̄m rationem fidei nr̄e: q2 de
us ꝟm qd̄ videt cōueniens eē ⁊ modū fi-
dei nostre / vel reuelat secreta: vel ꝓnun-
ciat futura: vel ꝟm rationē fidei audito-
rū / q2 quēadmodū deꝰ videt fidem ⁊ ca-
pacitatem audientium: tm̄ dat predica-
toribus: vt reuelent eis vel annuncient.
Nos vtiq̄ habentes ꝓphetiā ꝟm ratio-
nē fidei: vl' nr̄e vel auditorū simus alter
alterius mēbra. Siue habemꝰ ministeri
um administrandi fratribꝰ tēporalia: de
bemꝰ alter alteriꝰ esse mēbra in ministrā
do / sicut nobis creditū est. Siue ille qui
docet: docere dicit ꝙ ⁊ scientiam docē-
di / ⁊ gratiā sermōis habeat: qui inq̄ do
cet sit mēbrū alterius in doctrina. Ille

vero q̄ exhortatur sit membrum alteriꝰ in exhortādo. Docere est sapiētis minꝰ sciente ē: sʒ exhortari potest ⁊ animare ad bonum minus sciens / longe se prudētio rem: vt quilibet rusticus posset q̄d eʒ exhortari ad bellū forte militē: cuiꝰ tamē belli peritiā rusticꝰ ignoraret. Qui aūt tribuit / tribuat in simplicitate .i. non spe recipiēdi: nō amore terrene laudis / sed ꝓ sola dilectione ꝓximi. Ille vero q̄ preest: presit in sollicitudine .i. oī vigilantia curam subditorum gerat. Qui hʒ q̄d eroget / simpliciter tribuat. Qui vo nō habʒ q̄d tribuat: misceaẜ tñ aīo: ⁊ ille q̄ miseẜ faciat h̄ in hilaritate .i. nō coactus prece pto legis / sed feruens spiritu dilectiōis Et q̄ vt mō hoc sibi inuicem subseruiendo / alter alteri se contemperarent: vidit necessariā esse dilectionē. subiūgit de illa dicens: vt hijs modis alter alteriꝰ mēbrū fiat: sit in vobis dilectio: ⁊ hoc sine simulatione: vt et foris se ostendat: et intus ardeat dilectio. Nec ita diligatis: vt malo ꝓximi adhereatis / sed odiētes malū eiꝰ / bono vero ꝓximi sitis adherētes .i. cooperātes. Nec sufficiat in vobis ipsis habere dilectionē: sed etiā diligentes charitatē fraternitatis .i. bone dilectiōis eē in fratribꝰ vr̄is: charitatē dico inuicē habitā: ꝙ alter in alterꝫ operetur charitatē: vel ita. Sicut vos ꝓximos diligere volo: ita volo vos eē diligētes charitatē fraternitatis: recōpēsatā inuiceʒ: ꝙ si ꝓximi aliqua opa charitatis recōpēsant vobis / libēter suscipite. Erāt eñ q̄dā q̄ bñ faciebāt ꝓximis / sed ne remuneratione huiꝰ meriti pderēt: nolebāt recipe aliq̄d inuicē a ꝓximis: ⁊ vt dilectio vr̄a icremētū semꝑ habeat: sitis honore pueniētes inuicē .i. alter alterū: vt q̄ citius pōt assurgat alij: amplectaẜ ꝓximuʒ oī gñe dilectiōis: vtꝙ bonū frnitatis ac crescat in vobis: estote nō pigri sollicitudine: vt oī vigilantia sollicitus sit alter alteriꝰ leuare necessitatē. Hāc sollicitudinē supiꝰ p̄cepit p̄latis: quam hic fratribꝰ ex quadā paritate cōmēdat. Et si nō habent ꝙ sollicite tribuāt: sint tñ ferventes spū .i. charitas ardeat in aīo coꝝ licet non habeat possibilitatem operādi Et ne cōtemplatores malum putarēt a culmine contemplationis condescendere necessitatibus proximi: ait paulꝰ. In hijs omībꝰ sciatis nos esse seruiētes domino. Deus eñi hoc genꝰ seruitutis multū diligit. Cū ꝙ sic diligētes in cura proximi studueritis: ne expectetis p̄sentem mercedeʒ / sʒ estote gaudētes spe future remūeratiōis. ¶ Ostēso quō se debeant exhibere bonis: determiat quomō se habeāt contra malos dicēs. Re autem spe futura frustremini: estote patiētes ī tribulatiōe .i. patiēter sustinete quecunꝙ ꝓ xp̄o vos pati oportuerit. Ut autem ī patientia p̄seueritis: estote instātes orōni: q̄ si in oībꝰ orō commoda est: multo magis ad p̄ferēdū passiones que adeo carni repugnāt: est necessaria. Si vero non adeo ingruāt vobis tribulationes: estote saltē cōmunicātes necessitatibꝰ sctoꝝ vt indigentijs hoꝝ qui patiūtur: vos / ⁊ vr̄a cōmunia faciatis: Nec solū cōmunicātes: sed etiā sectantes hospitalitateʒ: vt sanctos q̄s impij p̄sequunẜ: vos itimi di hospicio recipientes: curā coꝝ habeatis. Patimini quidē tribulantes vos / nec h̄ solū: sʒ etiaʒ bñdicite p̄sequentibꝰ vos: nec semel / sed assidue bñdicite: nec vt respectu patiētie vr̄e bñdicatis: ⁊ cōsideratiōe crudelitatis eorum maledicatis: sed nunꝙ velitis maledicere. Ut autem dilectio integra sit: debetis congaudere gaudētibꝰ: ⁊ hoc de spūalibꝰ bonis haud dubiū ē: ⁊ de tēporalibꝰ quātū rō admittit. Debetis etiā flere cū flētibꝰ / si penitētia ductꝰ affligitur: si etiā nimis vehementi dolore carnis angustiatur: in quo tamen dolore modus est habendus Ut auteʒ vere lugeatis cum lugentibꝰ: estote sentientes idipm: vt nō tantū vultu sed corde interius affligamini: et hoc inuicem hic illi: ille isti: vt autem idipm sentiatis: estote non alta sapientes .i. nō superbientes / sed cōsentientes hūilibus .i. idem sentē cū abiectis: ⁊ vt noueritis cōsentire humilibꝰ / nolite esse prudētes .i. puisores eorum: que expediunt solum mō apud vosmetipsos: sed etiā puidete alijs: vos dico nō reddentes alicui malū pro malo. Prudētes inquit estote nō tm̄ puidentes / q̄ bona sunt corā deo: sʒ etiā coraʒ hominibus omnibꝰ / tam fidelibus q̄ꝫ infidelibꝰ. Nō eñ sufficit testioniū conscientie nostre solū / nisi et extraneoꝝ testimonia cōueniāt. Quare q̄ laudis sunt apō deū ⁊ apō homīes ea vtiꝙ gerenda sunt. Ut autē bona vestra omnibus placeant: sitis habētes pacem cum

oibus hoibus si fieri potest: vt et ipsi velint habere pacē vobiscum: q si nolunt. fiat pax illa: q.i. quātū ex vobis ē. Vl' ita habete pacem cū oibus si fieri potest: vt caro vr̄a diligat affligētes se / quod tamen ex vobis est: quia si vultis ex ratiōe potestis oēs diligere. Quā pacē vt integrā seruetis: non sitis defendentes vosmetipsos si mala inferunt vobis: vos dico si h feceritis tunc charissimi. Neinq̄ defendatis vos: sed equanimiter sustinēdo date locū ire persequētiū: vt liceat seuire quomodo volunt. vel ita. Patiēdo malos date locū ire dei: deus eni sic proposuit vlcisci de impijs: vt ad libitū eorū exerceāt iniquitatem suam / vt nulla miseria dānationi eorū deesse queat. Debetis dare locum ire. vel hoc: vel illo modo. Nam scriptū est in salomone dicente domino. Mihi reseruate vindictā et ego retribuā impijs. Sic autē faciendum est qz hec dicit dñs. Nec solū nō defēdatis vos ab impijs / sed etiā diligite illos: z benefacite illis. Ex sic ait. Si inimicus tu⁹ esurierit / ciba illum. Si sitit da illi potum. Nā hoc faciens: cōgeres super caput. i. super mentē eius carbones ignis. i. vel feruorē dilectiōis: qz admirādo patientiā tuā diligat et imitet bonū tuum. Vel carbones ignis. i. ignitam penitētiam: quia videns constantiā tuam ardenter penitebit vt tibi assimilari mereatur: vtq̄ super mentem inimici huiusmodi carbones ingeras noli per impatientiam tuā vinci a malo illi⁹: sed vince malum inimici superando illud in bono indeficientis patiētie.

Ezech. ix. a. fm aliā litteram z deut. xxxij. e puer. xxv. d

Capitulum. xiij.

Sap. vj. a. Decēst. omnis.

Omnis anima potestatibus sublimiorib⁹ subdita sit Nō est eni potestas nisi a deo. Que autem sunt: a deo ordiata sūt. Itaq̄ qui resistit potestati: dei ordinationi resistit. Qui autē resistunt: ipsi sibi dānationem acquirūt. Nam principes nō sunt timori boni operis sed mali. Vis autē non timere potestatē? Bonū fac: z habebis laudē ex illa. Dei eni minister est tibi in bonū. Si autē malū † feceris: time. Nō eni sine causa gladiū portat. Dei eni minister est: vindex in iram ei qui male agit Ideoq̄ necessitate subditi estote: non solum propter iram: sed etiam propter conscientiam. Ideo enim z tributa prestatis. Ministri eni dei sunt: in hoc ipsum seruientes. Reddite ergo omnib⁹ debita. Cui tributū tributū: cui vectigal vectigal: cui timorē timorē: cui honorē honorē. Nemini quicq̄ debeatis nisi vt inuicem diligatis. Qui eni diligit proximū: legem impleuit. Nā non adulterabis. Nō occides: Non furaberis. Non falsū testimonium dices. Non cōcupisces: et si quod est aliud mandatū in hoc verbo instauratur. Diliges proximū tuum sicut teipsum. Dilectio proximi malum non operat. Plenitudo ergo legis ē dilectio. Et hoc sciētes tempus: quia hora est iam nos de somno surgere. Nunc enim propior est nostra salus: q̄ cū credidimus. Nox precessit: dies autē appropinquauit. Abijciamus ergo opera tenebrarum / et induamur arma lucis: sicut in die honeste ambulemus. Non in comessationib⁹ et ebrietatibus. Non in cubilib⁹ et impudicicijs. Nō i cōtētione et emulatiōe: sed induimini † dominū iesum christū. Et carnis curam ne feceritis in desiderijs.

xj. q. j. magnū. xxiij. q. v. pdest de malo. solute. xxiij. q. j. dqd culpat. xj. q. j. d resistit

† al. malū fe. xxiij. q. ij. §. j. et q. v. non solum

Matth. xxij. c xxiij. q. ij. in morte

Deut. v. b

Leuit. xix. b. Matth. xxij. d

Luce. xxj. f. xliij. di. §. j.

† al. induite. Gal. v. d. j. pe. ij. b

Expositio cap. xiij.

Postq̄ docuit quomō vicissim inter se agēdum est subditis: docet illos quiddam mai⁹ debere prelatis: etiā infidelibus salua tamen integritate fidei. Erāt eni q crederent se fidelib⁹ dominis nihil iā debere: qz fratres eorum erant in fide. Infidelibus autē dominis penit⁹ oēm

seruitutem negabant: absurdum iudicātes vt qui fidelis esset infideli subijceretur. Littera sic iungitur. Hec que predicta sunt / vicissim sibi debent subditi. Sed quidam maius scilicet subiectiões debent principibus: et ideo omis anima subdita sit potestatibus sublimioribus. i. ſm voluntatem dei sublimatis. Ideo p animam que pars est hominis totum hominem assignauit: vt ostendat non solū corpore / sed et etiam voluntate seruiendum esse principibus. Uere omnis homo debet subdi potestatibus. Nam non est aliqua potestas: bona / seu mala: nisi a deo: nec sic a deo: vt hoc nolens permittat: quia quecūq; sunt a deo / ordinata sūt: .i. ordinabiliter disposita / nō fortuito casu ruentia. Quandoquidem et potestas et omnia a deo sunt ordinata: itaq; q resistit potestati / resistit ordinationi dei. i. deo potestatem hāc ordināti. Nec sic resistere leue putetis / quia qui sic resistūt per huiusmodi resistere acquirunt ipi sibi dānationem. i. hec sola causa sufficit ad damnationem eorum. Non est vtiq; resistendum principi. Nam principes nō sunt timori boni operis. i. qui bene operatur non est quare timeat pricipem / quia etiam si pro bono ope infestus est ei: eūq; persequitur: auget virtutem eius et meritum. Quare bene operanti non ē timori / sed est timori mali operis. i. qui male operatur: ille vtiq; timere potest principem. Nunc ex premissis consilium colligens ait. Princeps non est timēdus bonis: q si tu similiter vis non timere potestatem: fac bonum: et bonum faciēs habebis laudem ex illa queq; sit: bona vel mala: q si bona est: de bono laudabit te: si vero mala: persequetur te bene operātem: et ex virtute patientie laudaberis. Uere laudem habebis ex ea. Nā hic idē princeps minister dei est tibi in bonum .i. ad vtilitatem si bene feceris: sed si male feceris / time eum. Timēdus vtiq; est male facienti: nam hic iudex non sine causa portat gladium. Uere non sine causa: nā hic minister dei est: vindex ei. i. ad dānū eius qui malum agit: vindex dico in irā .i. in vindictam dei faciendam: vel vidēx in iram. i. in signum future vltionis / quā animaduertunt per temporalem vltionem quam vident. Quandoquidem hic pnceps minister dei ē: ideo estote subditi animo / huic necessitati. i. principi cui velitis nolitis subijciemini: vt illud cupias quod cūq; necesse est. Subditi inq; estote / non solum propter iram pricipis vitandam / sed etiam propter consciētiā vestram in puritate conseruādam / quia nisi animo subijceremini principi: polluta esset conscientia vestra: obuians diuine ordinationi. Debetis vtiq; subditi eē principi: nam ideo. i. in signum huius subiectionis: prestatis vos tributa: et cetera debita: vos dico in hoc ipsum q tributa prestatis potestatibus seruientes deo: nam ipsi prīcipes ministri sunt dei. i. ministrāt deo per accepta tributa que dātis vires et potestatem operādi qd deus disponit: Uel ita / vos prestatis tributa et benefacitis. Nam hij principes sunt ministri dei seruientes. i. quos deus constituit seruire sibi in hoc ipsum / in tributis que a vobis accipiunt. Cum enim deus primum regem constituit Saul: dixit eū non vlterius de labore suo victurum: sed de laboribus subditorum. Et q vel vos in hoc ipsum q tributa soluitis: deo fuitis: vel principes in hoc ipsum deo seruiunt: ergo omnibus principibus reddite debita / Cui pricipi debetis tributū / reddite tributum: Cui debetis vectigal / reddite vectigal. Tributum dicit vt obsonia illa que domi soluebantur: Uectigal qd semper ad domos domiorum vehebatur: vt est hodie cēsus: Cui debetis honorem solum impendite honorē. Cui timorem / exhibete timorem / et omnem reuerentiam. Et breuiter omia colligā: vniuersaliter pcipio: nemini quicq; debeatis / neq; tributū / neq; vectigal / neq; aliud: nisi vt diligatis inuicem: quia volo vos semper debitores esse dilectiōis ita q nunq; a dilectione cessetis: iō vos volo semper diligere inuicem / quia qui diligit proximum: legē impleuit. Et vere legem impleuit: nam nō adulterabis / non occides / non furaberis / non falsum testimonium dices / non concupisces / et si quod est aliud mandatum in lege / instauratur. i. impletur hoc verbo. Diliges proximum tuum sicut teipsum. Uere in dilectione proximi impletur omne mandatum legis. Nam dilectio proximi malum non operatur. Qui eni diligit proximū / nō adulterabit cum vxore eius. Non occidet eū. Nō furabit res eius etc.

Pricipes an sint timendi.

Tributū qd sit Uectigal quid dicitur.

Et qñquidem dilectio proximi malum non operatur. Ergo dilectio est plenitudo legis: q̃ enĩ malũ non operatur: legẽ impleuit. Scimꝰ vtiqꝫ qꝛ dilectio malũ nõ operatur: nec hoc solũ scimus de ea: sed hoc etiã sciẽtes sumꝰ de dilectione / q̃ facit nos de somno surgere: bonũqꝫ opari. Uis tamẽ continuationis ꝛ summa sententie pendet ad illud qđ sequitur. Abijciamus ergo opera tenebrarũ: Sꝫ p̃mittit quasdam rationes: vnde oportunꝰ inferat dicẽs. Dilectionẽ nõ opari malum scimꝰ: etiã hoc de dilectiõe sciẽtes: qꝛ .i. q̃ hora est: quasi diceret tempus est: sed ideo per horam significauit illud tẽpus: vt ostẽdat breue esse ꝛ cito trãsiẽs: ꝛ nisi in eo peniteamus irrecuperabile. Scimus vtiqꝫ qꝛ hora est iam .i. ammodo ex quo per fidem iustificati sumꝰ surgere nos de somno .i. de calamitate corporis: q̃ ad bene operãdum pigros nos facit. Surgere dicit quasi bonis operibꝰ omni studio inuigilare. Sunt enim q̃dã q̃ postq̃ iustificati sunt / cõseruere deberent in labore bone operationis: torpẽtes negligunt quasi securi ex iustificatione: et qꝛ continent se a criminalibus. Uere de sõno surgere debemꝰ: nã credidimus .i. fidem accepimꝰ: que fides propiquos nos fecit saluationi: sed nunc per meritũ eorum que post acceptam fidem operati sumus: propior est nr̃a salus q̃ olim esset cum solum credidimus .i. cum gr̃a sola esset in nobis / ꝛ adhuc nullum meritũ. Uel ita. Nũc est ppior ſm tempꝰ nostra salus .i. dies nostre saluationis: q̃ esset olim cum primũ credidimus. Quotidie enim magis ac magis: futuro iudicio ꝓpinquamꝰ / in quo remunerabimur. Uere nunc prope est nostra salus: nã nox .i. ignorantia in infidelitate habita precessit: ꝛ ideo cauendum est ne in hanc noctẽ recidamus. Nox inquit precessit: sed dies saluatiõis nostre per p̃missos radios vt per fidem / spem / dilectionem / ꝛ cetera appropinquit .i. ppe ẽẽ itelligiẗ. Uirtutes enim que habentur in presenti: radij sunt future iocunditatis. Et quãdo quidem nox esse desijt: et dies appropinquauit. Ergo abijciamꝰ opera tenebrarum .i. que operati sumus dũ in ignorãtia essemus: Uł opera tenebrarum .i. digna tenebris: ꝛ digna non videri / sꝫ semper occultari. Abijciamus inq̃t hec opa ꝛ induamꝰ nos opa lucis .i. vere cognitionis: vel opera dignã luce ꝛ manifestatione: que opera sunt arma: quibus ꝛ fidem nostram tuemur / ꝛ insurgentia vitia superamꝰ: vt iduti armis luc̃ honeste ambulemus .i. de bono in meliꝰ proficiamꝰ sicut qui positi sunt in die .i. in cognitiõe veritatis. Positos enim ĩ die decet opa noctis abijcere: ꝛ arma lucis assumere. Nos dico sic ambulemus in die non remanentes in commessationibus .i. in publicorum conuiuiorum conuenticulis: et non manentes in ebrietatibus vt nimie potationi incumbamus / Nõ etiã in cubilibꝰ / ad que cubilia de nimietate saturitatis ꝛ potatiõis itur: ibiqꝫ superflua quies habeẗ. Et non manentes in impudicitijs .i. in delectatione libidinis. Qui enim ebriꝰ ad cubile descendit: cõseq̃nter vrgetur facibus libidinis: ꝛ non manentes in contentione. Intemperantia enim potus ꝛ libidinis frequẽter iurgia concitat: ꝛ ne sitis in emulatione .i. in inuidia: Quidã q̃ non audet ptendere / qđ potest inuidet proximo. In his itaqꝫ nõ remaneatis: sed induimini dominũ iesũ xp̃m .i. vestite nuditatem vestrã fide xp̃i ꝛ virtutibus q̃ super hanc fidẽ edificanẗ. Homo enim propter peccatum de paradiso nudus eiectus est: sꝫ nuditas ista velari debet ornamẽto fidei ceterarũqꝫ virtutum. Et vos induti dñꝫ iesum christũ ne feceritis .i. non facietis curam carnis. Nec curam quã necessitas postulat pro hibeo: sed ne feceritis curã carnis ĩ desiderijs: vt desideria carnis sectemini. Gen. iij. D.

Capitulum. xiiij.

Infirmum autẽ in fide assumite: nõ in disceptationibꝰ cogitationuꝫ. Alius enĩ credit se mãducare omnia. Qui autem infirmus est: olus mãducet. Is qui manducat non manducantem non spernat: et qui non manducat: manducantem nõ iudicet. Deus enim illũ assumpsit. Tu q̃s es qui iudicas alienum seruum? Domino suo stat aut cadit. Stabit au

De ꝯsc. di. v. non medio- criter.

Jacobi ij. c. q. q. j. multi in fi. ꝛ ca. deꝰ insi.

xxx. q. v nullam ẜs. lxxvi. di. vtinam. tem. Potens est enim deus statuere illum. Nam alius iudicat diem inter diem: alius autē iudicat omnem diem. Unusquisq̧ in suo sensu abundet. Qui sapit diem: domino sapit: et qui manducat domino manducat. Gratias enim agit deo Et qui nō manducat domino / nō manducat: et gratias agit deo. Nemo enim nostrū sibi viuit: ⁊ nemo sibi moritur. Siue enim viuimus domino viuim⁹: siue morimur: domino morimur. Siue ergo viuim⁹ siue morimur domini sum⁹. In h̄ enim christus mortuus est et resurrexit: vt et viuorum et mortuorum Jacobi. iiij. c. dominetur. Tu autē quid iudicas De pe. ⁊ re. cū ex ore. fratrem tuū: aut tu quare spernis fratrem tuum? Omnes enim stabi ẜ. † dei. Esaie xlv. d. phil. ij. b xxiij. q. iiij. fides catholica im⁹ ante tribunal xp̄i. Scriptum est enim. Uiuo ego dicit domin⁹: quoniam mihi flectetur omne genu: et omnis lingua confitebit̄ deo Itaq̧ vnusquisq̧ nostrum ꝓ se rationem reddet deo. Non ergo amplius inuicem iudicemus: sed hoc iudicate magis: ne ponatis offendiculum fratri vel scandalū. Scio et confido in domino iesu: quia nihil commune per ipsum: nisi ei qui existimat qd̄ cōmune sit esse: illi cōmune est. Si enim propter cibum frater tuus cōtristatur: iam nō ẜm charitatem ambulas. Noli cibo tuo illum perdere: ꝓ quo christus mortuus est. Non ergo blasphemetur bonum nostrum. Non ē enī regnum dei esca et potus: ẜ; iusticia et pax / ⁊ gaudiū / in spiritu sancto. Qui enim in hoc seruit christo placet deo: et probatus est hominib⁹. Itaq̧ que pacis sunt sectemur: ⁊ q̄ edificationis sunt inuicē custodiamus. Noli propter escam destruere op⁹ dei. Omnia quidem sūt mūda: sed malum est homini q̄ ꝑ offendiculum manducat. Bonū est non manducare carnē ⁊ non bibere vinum: neq̧ in quo frater tuus offendit̄ aut scādalizatur / aut infirmat̄ Tu fidē quā habes penes temetip̄ꝫ: habe corā deo. Beat⁹ qui non xxviij. q. i. ca. i. iudicat semetipsum in eo qd̄ ꝓbat. Qui autem discernit: si manducauerit dānatus est: quia non ex fide. Omne autē quod non est ex fide: i. q. i. fatnat. xxviij. q. i. peccatum est.

§. i. ⁊. c. sic enim inꝑn. de ꝓscrip. c. fi. de rescri. spo. litteras.

Expositio capituli. xiiij.

Quia romani graui inter se discordia disceptabant dicentes: hij q̄ de iudaismo cōuersi erāt / quosdam cibos esse imundos / nec eis vti debere. Calumniabātur etiā iudei gentilibus / quia comederent idolotica: dicentes eos adhuc herere ritibus gentilitatis. E contra gentiles sciētes omnes cibos mūdos: vtebant̄ illis / accusantes iudeos q2 non haberēt integram fidem: quia in hunc modum cōfugebant: apostolus volens eos reuocare ad pacem: istruit eos nō facere scādalū fratribus inter se: nec de conscientijs alter alterum iudicare. Scandalum faciebat ille qui propter incitādam iram proximi / comedebat quod proximum offendebat: vl' eum sub incredulitate comedere faciebat qd̄ imūdū putabat Judicare de cōscientijs erat: cū iude⁹ credēs quedā immūda: dānaret gentilē / dicēs eum iō vti idoloticis / q2 adhuc idolis adhereret. Littera sic iungitur. Curā carnis ne feceritis: sed hoc facite. Infirmū i fide. i. eū qui nō habet firmā fidē credēdo quasdā creaturas dei immūdas: et hic erat iude⁹ / illū nolite scādalizare vos q̄ firmi estis i fide / ẜ; assumite eū. Assumere est ꝯdescēdere infirmitati ei⁹: abstinere a quib⁹ abstinet / ⁊ sic alliciēdo eū paulatī de itegritate fidei doceat / donec ad ꝑfectionē veniat. Hic scādalū remouit. Assumite infirmū nō remanētes in disceptationib⁹ cogitationū ei⁹ infirmi. i. ne disceptetis iudicātes aliquē de ꝯsciētia Assume re qd̄ est

cordis/que soli deo cognita est ⁊ non vo
bis. Vere infirmus debet assumi. Nam
alius est perfectꝰ q̄ assumeret ⁊ docere eū
potest. Alius aūt est infirmus qui assum
ptione indiget. Et sic ait. Alius se credit
posse manducare oīa / sciens oīa esse mū
da / ⁊ hic est fide firmus. Aliꝰ aūt est infir
mꝰ putans se non posse oīa manducare.
Hic aūt qui infirmꝰ est nolens vti carni
bus gentiliū: manducet. i. permittat mā
ducare olus. i. si velit abstinere: vtiq̃ bo
nū est / nec inquietet. ¶ Hic īcipit cōpe-
scere romanos ne iudicent de conscien-
tijs. Qui non vult manducare: permitta
tur abstinere. Is autē qui manducat sci
ens omnes cibos esse mūdos nō spernat
non manducantem. i. gentilis comedēs
non contemnat iudeum abstinentem: ar-
guens eum de imperfectione fidei. Et il
le qui non manducat. i. iudeus / nō iudi
cet. i. non dānet mādu cātem gentilē. Nō
debet alter alterum spernere seu iudica-
re: nam deus assumpsit illuȝ. i. vtrūq̃: ⁊
manducantē / ⁊ non mādu cantē. Assum
psit dico per fidē quam iā habent vt ser-
uos. Et quandoquidē a deo assūpti sūt
facti serui eius: tu qui es qui iudices ser
uum alienū? Nec leges mūdi hoc patiū
tur: vt seruꝰ ab alio q̄ȝ a dño suo iudicet
Non vtiq̃ iudicare debes alienū seruū.
q2 seruꝰ ille stat bene operando reserua
tus dño. i. iudicio dñi sui / aut peccando
cadit a dño suo iudicandꝰ. Si etiam pla
ne noueris eum cecidisse / ne tamē iudi-
ces eum: q2 cras pōt penitendo esse meli
ore: ⁊ de oībꝰ bona semꝑ suspicio tenen
da est. Et si etiā cecidit: stabit aūt fortas
sis cras. i. fortis apparebit in bono. Ve
re q2 stabit suspicandū est de eo: naȝ deꝰ
cuius seruus est potēs est iterū statuere
eū. Quia dñi solū est iudicare seruū / tu
nō debes iudicare euȝ: preterea ideo ne
dānes eum. Nā qđ facit: ex iudicio ⁊ sa
na intētiōe animi facit. Et sic ait: Aliꝰ
seu iudeꝰ seu gentilis iudicat diē inť diē
. i. vno die abstinendū / alio nō: Aliꝰ autē
iudicat oēm diē in abstinētia obseruan-
dū: ⁊ quicūq̃ iudicat abstinendū sane sē
tit: ⁊ inde laudādꝰ est nō dānādꝰ. Qui iu
dicat abstinendū / siue hic siue ille: sane
sentit: ⁊ volo vt vnusquisq̃ habundet in
suo sensu. i. in eo qđ sapiēter sentit: ⁊ ope
ratur: vt si mō bene abstinet / postmodū
meliꝰ abstineat: ⁊ cetera bona faciet. No

Bonꝰ q̄libet presumit.

tādū est q2 si abstinere eos malū eēt: nol
let eos apostolꝰ habūdare in hoc sensu:
ideo vtiq̃ opto vt in hoc sensu habūdēt
q2 q̄ sapit diem, i. qui in abstinentia obs-
uat diē: sapit hoc dño. i. ad honorē dñi: ⁊
q̄ māducat māducat silr̃ dño. Nā mādu
cans agit grās deo: et ꝓ sano intellectu
habito de creaturis dei / ⁊ q2 sustentatur
hijs bñficijs. Et ille q̄ nō māducat / non
māducat dño. i. ieiunat ad honorem dei
⁊ grās iteꝝ agit dño pro abstinētia sibi
collata: ⁊ ꝑ hoc satis ostendit vtrūq̃ sa-
ne intelligere: neutrūq̃ ꝓ hoc debere dā
nari: Vel illō superius aliter legit. Ne
iudices alienū seruū: nā aliꝰ. i. homo iu-
dicat diē inter diē. i. de presenti solū. Ali
us. i. deꝰ iudicat oēȝ diē / sic de futuro vt
de presenti. Et cū hō sane iudicet de pre
senti / volo vt vnusq̄sq3 hoīm habūdet in
suo sensu bono: cetera nō mutant. Vter-
q3 manducās ⁊ abstinēs grās agit deo:
⁊ iuste. Nā nemo nr̃m viuit sibi. i. nemo
deȝ q̄rere gl̃iam suā dū viuit: et nemo iu-
storū moritur silr̃ sibi. Vere nec viuimus
nec morimur nobis: nā dño / siue enī vi-
uimus dño. i. ad honorē dñi viuimus: si
ue morimur: dño morimur. Et q2 viui-
mus ⁊ morimur dño: ergo sumꝰ dñi siue
viuimꝰ / siue morimur. Quare tu q̄cūq3
ne iudices alienū seruum. Vere dñi su-
mus: nā in hoc mortuꝰ est xp̄s ⁊ resurre
xit: vt ꝑ meritū mortis: ⁊ potentiā resur
rectiōis dñetur mortuoꝝ ⁊ viuorū. Et cū
deus oīm dñetur: tu autem abstinēs quid
. i. quare iudicas fratrē tuū manducātē:
aut tu manducans quare spernis fratrē
tuū ieiunātem? Nolite vos alterutrum
iudicare: nam omnes stabimus ante tri-
bunal dei iudicandi a deo. Stabimꝰ di-
cit a silitudine expectantium sententiaȝ
iudicij. Tribunal dicit quasi deus sessu
rus sit: ad modum cuiuslibet potētis ꝓ
tribunali. Vere omnes stabimus: nā ita
scriptum est: hec dicit dominus ꝑ esaiā:
Ego viuo. Ecce sacramētum: vt qđ seq̄
tur certissime credatur. Cum tū esaias
dicebat viuo / intelligebat de christo q̄
gustaret aliquādo mortem: quem resur-
gentem pater constitueret omnium iudi
cem: quod infideles falsum putauerūt:
cum viderent eum mortuum. Et in voce
christi sic ait. Ego * ⁊ viuo: qđ palā erit
ex eo: quoniam mihi flectetur omne ge-
nu. i. oīs creatura / mihi in iudicio subij-

Viuit sibi nemo

cietur: et tunc omnis lingua .i. omnis conscientia confitebitur domino. Et quandoquidem ita scriptura ait: omnes .s. a deo iudicandos. Itaque constat quod unusquisque nostrum reddat rationem deo pro se: et non pro proximo. Et quandoquidem pro nobis reddituri sumus rationem: ergo non amplius iudicemus nos inuicem .i. subditus subditum. Per hoc inuicem innuit se non prohibere iudicium prelatorum in subditos / de quibus iudicare debent eos / sed solos subditos compescit ne se alterutrum presumant iudicare. Postquam satis ostendit non debere se inuicem iudicare de conscientijs: prohibet eos a scandalis fratrum dicens. Ne iudicetis inuicem: sed hoc magis iudicate / ne ponatis offendiculum fratri: vel scandalum. Offendiculum vocat: vt si faceret fratrem peccare comedentem in incredulitate: vel si eo animo comederet: vt frater hoc abhominans rixaretur et sperneret comedentem. Scandalum vocat contristationem fratris habitam ex eo / quia videt illum comedere quod immundum putat. Obijceret paulo ille qui omnibus vtendum esse intelligit. Tu fortasse cum iudeo infirmaris quod dicis me offendere cum vtor creaturis dei. Absit hoc ait paulus vt ego accusem te quin sane credas. Scio enim et hoc confido in domino iesu .i. per iesum tibi testor: quia nihil est commune .i. immundum: et hoc per ipsum .i. per christum qui nos soluit a lege / sub qua multa iudicabantur immunda / sed quia euacuata hac lege libertas reddita est / iam nihil commune dicendum est. Scio vtique nihil esse commune nisi ei qui existimat aliquid commune esse: illi pro certo commune est non propter ipsam creaturam / sed propter fidei sue infirmitatem. Ne ponas scandalum fratri. Nam si frater tuus contristatur propter cibum quem sumis: iam non ambulas secundum charitatem / quia non geris curam proximi. Ut ab offendiculo fratris caueas: noli cibo tuo (quod vile est quidem) perdere illum: vt vel facias eum comedere tecum in infidelitate / vel rixeris cum illo. Noli inquam pro tam vili re negligere eum pro quo christus mortuus est .i. quem christus adeo dilexit / vt pro eo mori voluerit. Quandoquidem cibus vile quid est: perdere autem proximum graue est: ergo ne cibo nostro perdatur proximus. Bonum nostrum .i. sanus intellectus quem de creaturis habemus: hoc vtique bonum non blasphemetur .i. non fiat blasphemabile: vt per hoc bonum fratrem simplicem offendamus. Determinat in quibus non sit offendendus proximus: in hijs scilicet que salutem impediunt: et in quibus non sit sequendus: in hijs .s. que salutem anime auferunt dicens. Cibo non debes proximum perdere: nam esca et potus non est regnum dei .i. vti hac esca et hoc potu non dat regnum dei: nec tollit si abstineas ab hijs. Hec non dant regnum dei. Sed iusticia .i. equitas seruata ad proximum vt in nullo eum offendamus: et pax .i. concordia ex seruata equitate veniens. Et gaudium: quod alter in dilectione congaudet alteri: quod gaudium in pace nutritum est in spiritu sancto .i. secundum quod dictat spiritus sanctus. Hec inquam sunt regnum dei: nam in hijs seruitur christo. Qui autem in hijs .i. pace / iusticia / et gaudio / seruit christo: hic placet deo: et probatus est hominibus .i. hec fuit probabilis iudicatur ab omnibus: nec est sicut tua comestio in qua offenditur proximus. Ideo prius ait fuit christo / debic placet deo: quia christus legem pacis et iusticie dedit hominibus: qui nisi per christum placere non possunt deo. Quinimo quidem seruit pacis placet deo: et ab hominibus approbatur. Itaque sectemur ea que pacis sunt: non litigemus cum proximo / sed etiam sectemur ea que sunt edificationis: et hoc inuicem vt tu edifices illum in tuo bono / et ille te in suo. Quod hic ait edificationis / idem est quod ait superius / infirmum assumite. Sectemur ea que sunt edificationis / non ea que sunt destructionis. quod sic ait. Noli propter escam tuam qua proximus offenditur destruere in eo opus dei .i. fidem quam iam operatus est in eo deus. Si enim nimia districtione cogas eum: hoc tantillum boni quod habet / deseret. Quare magis est nutrienda infirmitas eius / quam nimia asperitate cogenda: quod petrus idonee satis obseruabat: cum iudeos quos ad fidem christi conuerterat: adhuc circumcidi et in quibusdam legalibus permittebat: de quibus si intemperanter cogeret eos: citius quod ab eo acceperant dimitterent / quam ita repentine ad perfectionem ascenderent. Sciebat enim eos paulatim posse et debere ad perfectionem adducere: sicut factum est. Noli propter escam destruere fidem proximi: non quod esca immunda sit / omnia quidem munda sunt / sed tamen malum est homini / qui manducat per offendiculum intendens offendere proximum. Nec solum vt caueas ab offensione proximi debes abstinere ab hijs: sed etiam ab omni carne et ab

Regnum dei non est esca et potus.

Correctio non debet esse rigida.

O offendiculum 14
Scandalum

omni potu in quo frater offenditur. Et
ita ait. Bonũ ẽ tibi nõ mãducare carnẽ:
nec bibere vinũ: neq3 aliqd in quo frater
tuus offendit se peccando: vel offẽditur
a te: ⁊ scandalizatur cõtristando / aut in-
firmat in fide aliquantulũ hesitãdo. Ne
offendas proximum debes abstinere ab
hijs: Tu quidẽ habes fidẽ sanã penes
temetipsum: habe illam coram deo. i. suf
ficit tibi vt deus intelligat fidem tuam /
non oportet vt coram abstinente q̇ offen
ditur facias opus ei⁹ fidei: ideo penes
temetipsum fidem hanc habeas / nõ co-
ram abstinente: nam beatus est ille q̇ nõ
iudicat. i. qui nõ dãnat semetipsum / ĩ eo
qđ probat. i. qđ ꝓbabiliter verum eẽ cre-
dit. Sed si tu vteris cibis quib⁹ licet vti
ad offensionẽ proximi / in eo qđ ꝓbas iu
dicas te reũ offensionis facte ĩ fratrem.
Ille qui in eo quod ꝓbat se non damnat
beatus est / sed ille qui discernit cibos a
cibis dicens hos mundos / illos immun
dos / hic si in hac dubietate mãducaue
rit damnatus est: non qz cibus inmũd⁹
sit / sed qz nõ comedit ex fide vt crederet
esse munda. Uere quia nõ ex fide dãna-
tus est: nã oẽ qđ nõ est ex fide / pctm̃ est.

¶ Capitulum. xv.

DEbemus autẽ nos
firmiores imbecil-
litates infirmoꝝ su
stinere: ⁊ non nobis
placere. Unusq̇sq3
vestrum ꝓximo suo
placeat in bonũ ad edificationem.
Etenim xp̃s non sibi placuit: s3 si-
ps.lxviij cut scriptum ẽ: Improperia ĩpro-
perantiũ tibi ceciderunt super me.
Quecũq3 enim scripta sunt: ad no-
stram doctrinã scripta sunt: vt ꝑ pa
tientiam ⁊ cõsolationem scriptura
rum spem habeamus. Deus autẽ
patiẽtie ⁊ solatij det vobis idip̃m
sapere ĩ alterutrum ẽm iesum xp̃m
vt vnanimes vno ore honorificet|
deum ⁊ patrẽ dñi nostri iesu christi
Propter quod suscipite inuicem:
sicut ⁊ christus suscepit vos ĩ hono
rem dei. Dico enim christũ iesum
ministrum fuisse circũcisionis pro
pter veritatem dei ad confirman-
das promissiones patrum: gentes
autem super misericordia honora-
re deum: sicut scriptũ ẽ. Propter- ij. Reg. xxij.d.
ea confitebor tibi in gentib⁹ dñe: ⁊
nomini tuo cãtabo. Et iterũ dicit.
Letamini gẽtes cum plebe eius. ps .xvij.
Et iterum: Laudate omnes gẽtes ps.cxvij
dñm: ⁊ magnificate eum oĩes po-
puli. Et rursus esaias ait. Erit ra- esa.xi.c
dix iesse: ⁊ qui exurget regere gen-
tes: in eum gentes sperabunt. De-
us autem spei repleat vos oĩ gau-
dio ⁊ pace in credendo: vt abunde-
tis in spe et virtute spiritus sancti.
Certus sum autẽ fratres mei ⁊ ego
ipse de vobis: q̃m ⁊ ipsi pleni estis
dilectione: repleti oĩm scientia: ita
vt possitis alterutrũ monere. Au-
dacius aũt scripsi vobis fratres ex
parte: tanq3 in memoriã vos redu-
cens: propter gratiã que data ẽ mi-
hi a deo: vt sim minister xp̃i iesu in
gentib⁹: sanctificans euangelium
dei: vt fiat oblatio gentiũ accepta
et sanctificata ĩ spũ sancto. Habeo
igitur gloriã in christo iesu ad deũ.
Nõ enĩ audeo aliquid loqui eorũ
q̃ per me nõ efficit christus in obe-
dientiã gentium / ĩ verbo / et factis
⁊ in virtute signoꝝ ⁊ prodigiorum
in virtute spũs sancti: ita vt ab hie-
rusalem per circuitum vsq3 ad illi-
ricum repleuerim euangeliũ chri-
sti. Sic autẽ hoc predicaui euange
liũ / non vbi nominatus est christ⁹:
ne super alienum fundamentũ edi-
ficarem: sed sicut scriptum est. Qm̃ Esa.lij
quibus non est annũciatum de eo
videbunt: et qui non audierunt de
eo † intelligent. Propter qđ ⁊ ipe- ar. † nõ h3 de eo

diebar plurimum venire ad vos: ⁊ prohibitus sum vsqꝫ adhuc. Nūc vero vlterius locū non habens in his regionibus: cupiditatē aūt habens viuendi ad vos ex multis iā ꝑcedētibꝰ ānis: Sꝫ cū in hispaniā ꝓficisci cepero / spero ꝙ preteriens videam vos: ⁊ a vobis deducar illuc: si vobis primum ex parte frui-
xxi.q.ii beatus. tus fuero. Nunc igitur proficiscar in hierusalē ministrare sctis. Probauerunt enī macedonia ⁊ achaia
al.† collectionē. collationē † aliquam facere ī pauperes sanctorum qui sunt in hierusalem. Placuit enim eis: ⁊ debitores sunt eorum. Nā si spiritualium eorū participes facti sunt gētiles: debent ⁊ in carnalibus ministrare eis. Hoc igitur cum consummauero ⁊ assignauero eis fructum hunc: per vos proficiscar in hispaniam.
al.† sciens Scio † aūt qm̄ veniēs ad vos ī abūdantia benedictionis xp̄i veniam. Obsecro ergo vos fratres per dominū nostrum iesum christū: et per charitatē spiritꝰ sancti / vt adiuuetis me in orōnibus vr̄is ad deū: vt liberer ab infidelibꝰ qui sunt ī iu-dea: ⁊ obseq̇i mei oblatio accepta
al.† hierosolimis. fiat in hierusalē † sanctis: vt veniā ad vos in gaudio ꝑ voluntatē dei / et refrigerer vobiscū. Deꝰ aūt pacis sit cū omnibus vobis. Amen.

¶ Expositio capituli. xv.

AD hoc diceret ille ꝙ sane fidei esset. Si ego qd̄ vtiqꝫ tu fateris sane fidei sum omia mūda credēs: hic aūt īfirmaꝛ ī fide: iustiorcā videꝛ: vt īfirmꝰ firmū seq̄reꝛ ꝙ ego firmꝰ seq̄rer īfirmitatē illiꝰ. Nō sic ē ait paulꝰ. Sꝫ licet tu sane fidei sis / hic autē īfirme: tn̄ nos firmiores debemꝰ sustinere: ⁊ quadā participatione imbecillitates infirmorū ad melius enutrire: ⁊ non debemꝰ nobis placere in oībus. Nobis nō vtiqꝫ placeamꝰ: sed vnusqsqꝫ placeat proximo suo: ⁊ hoc in bono: qꝛ ad edificationē ꝓximi ꝙ ſm charitatē edificādus est. Nobis nō vtiqꝫ placeamꝰ: etenī xp̄s (quē ꝑ oīa sequi debemꝰ) nō placuit sibi. i. non consensit infirme carni: sꝫ sicut scriptū est in psalmo: ait xp̄s ad patrem: improperia improperantium tibi quadam mole ceciderūt sup me: ⁊ ī morte depresserunt me. Quasi diceret: qꝛ eieci de templo vendentes ⁊ ementes ī quo tibi improperabant: ideo adiudicauerūt me morti. Quid inde diceret aliquis / si ita scriptum est? Multum vtiqꝫ / qꝛ q̄cunqꝫ scripta sunt de christo / ad nostram doctrinā scripta sunt: vt ꝑ doctrinā habeamus patientiā: ⁊ in patientia habeamus cōsolationem scripturarum / que p̄imū vtilis est patientibus: ⁊ vt ꝑ patientiam ⁊ hanc consolationem habeamꝰ spē future retributionis. Et quia merita vestra et doctrinam meam / insufficiētia video ad hec obtinenda / opto vt deꝰ dator patiētie / ⁊ solacij: det vobis sapere idipm̄ / vt omnes veram cognitionem habeatis. et hoc in alterutrū: vt qd̄ sane sentit iste / sentiat et ille econuerso. Sapere dico ſm. i. per iesum christum: vt vos vnanimes vno ore / ⁊ vna voluntate: ⁊ eadē cōfessione honorificetis deum et patrē domini nr̄i iesu xp̄i. Nō ꝙ deꝰ ⁊ paꝛ diuersos significēt / sed in eodē diuersas causas assignat: dicens eū honorificādum: tum qꝛ deus est / tū qꝛ pr̄ est dn̄i iesu xp̄i ꝑ quē oē bonū ꝓuenit nobis. Propter qd̄. i. vt idipsū sapiatis / ⁊ eodē aīo / vnaqꝫ cōfessione deū honorificetis. Suscipite vos inuicem: vt alter alterum oīm benignitate suscipiat: ad instruēdum supportantes vos in alterutrum. Suscipite dico / sicut ⁊ christꝰ ī magna altitudine suscepit vos. Suscepit vtiqꝫ ī honorē. Honor maximꝰ fuit remittere peccā: quē honorē augmētabis reddēdo īcorruptiōeꝫ Honorē dico dei. i. a solo deo datū. Deꝰ enī ꝑ grām dat / ⁊ dabit hūc honorē / ad qd̄ habendū deficiunt merita nr̄a. Probat qd̄ ait: Suscepit vos romanos: nam iudeos ⁊ gētiles: ⁊ primū de iudeis ait. Vere xp̄s suscepit vos o iudei. Nā ego dico (cui credi oportet) xp̄ꝫ iesū mīstrū fuisse circūcisiōis. i. iudeorū. Xp̄s eī minister fuit / ⁊ q̄si apostolꝰ iudeoꝝ / quibꝰ in propria persona predicauit. Hoc aūt

fuit non ex merito iudeorũ / sed propter
veritatẽ dei.i. ꝓpter promissa dei. Ideo
ꝓpter promissa ad cõfirmãdas.i. vt per
ipsum actum cõfirmarent promissiones
patrum.i. facte patribus eorum. Vel ita
Christus minister fuit propter veritatẽ
dei.i. propter cõpletionẽ promissoꝝ dei:
et ad cõfirmandas per veritatẽ facti ꝓ-
missiones patrũ.i. quas fecerant patres
id est prophete / patres iudeorũ. Deus
enĩ ꝛ per seipsum promiserat / vt abraam
et frequentius per ꝓphetas. Probauit
deum suscepisse iudeos / ad qd͂ proban-
dum nullã induxit auctoritatẽ: qꝛ quasi
omnibus patens erat. Probat idem de
gentibus per auctoritates / qꝛ dubietas
quibusdã inde erat dicẽs. De iudeis hoc
dico. Dico etiam ꝙ gentes debent hono
rare deum / super.i. de misericordia sibi
facta. Et hoc dico sicut scriptũ est ĩ psal
mo Illud ꝓpterea in ordine psalmi vim
habet: vox filij ad patrem. O dñe pater
ego cõfitebor tibi in gẽtibus.i. gentes fa
ciam confiteri nomini tuo. Nec solũ con
fitebor: sed etiam cãtabo ꝛ exultabo no-
mini tuo. Et iterum dicit scriptura per
esaiã. O vos gentes letamini cum plebe
eius.i. cum iudeis / qui dicebantur pecu
liaris populus dei / quas gentes frustra
esaias inuitaret ad leticiam / nisi cõside
raret earum susceptionẽ. Et iterum da-
uid de gẽtibus. Omnes gentes.i. singu
li de gẽtibus laudate dñm: nec solũ lau-
date / sed etiã magnũ ostendite eum ope
ribus bonis / omnes populi qui in singu
lis gentibus estis. Et rursus de eodem
ait esaias. Iesse pater dauid erit radix
eius originis / de qua nascetur christus
qui exurget regere gentes: et in eo rege
sperabũt gentes. Exurrexit christus: qꝛ
solus immunis a peccato inter omnes.
Surrexit altius tertia die resumpta in-
corruptione: cum deus pater dedit om-
ne iudicium huic filio regi. Moneo vt
vos suscipiatis inuicẽ / sed quia nec viri
bus vestris: nec doctrina mea / hoc per-
ficere potestis: precor vt deꝰ spei in quẽ
spero / ꝛ vos sperare debetꝭ: repleat vos
omni gaudio.i. perfectione dilectionis:
quod gaudium vt digni sitis habere: re
pleat vos pace.i. omni concordia. Pa-
ce dico reformata in credendo.i. in vna
eademꝗ integritate fidei: vt eadẽ fides
faciat pacẽ in vobis. Pax vero nutriat
gaudium: repleat dico fide / pace / ꝛ gau
dio: vt abundetis in spe.i. vt quãto meli
us agetis / firmius ꝛ abundantius spere
tis / ꝛ ne spes vestra perturbet. Abunde
tis in virtute spũs sancti.i. spiritus san-
ctus copiosas vires ministret vobis / ꝑ-
seuerandi in bono. ¶ Paulꝰ incipit hic
conuenire quosdã de romanis: laudans
eos de integritate fidei / de plenitudine
dilectionis ꝛ om̃is scientie. Sed tamen
aliquãtulum tangit eos: quia non corre
xerant imperfectionẽ errantium fratrũ
cum bene possent / quia sapientes: cũ de
berent: qꝛ eos diligerent / cum etiam ne-
cesse hoc esset / qꝛ paulus intentus alijs
non sufficienter vacare posset correctio
ni romanorũ. quasi diceret. Conscientia
vestra certa est de integritate fidei sue.
Similiter etiam ego ipse certus sum fra
tres mei de vobis / qm̃ ipsi pleni estis fi-
de ꝛ dilectiõe. Nec litigatis cum fratri-
bus vestris: repleti omni scientia: ita vt
possitis monere alterutrũ.i. instruere in-
firmam fidem aliorũ. Et licet pleni sitis
dilectione ꝛ scientia: tamen audacius.i.
cũ aliquãtula audacia scripsi vobis fra
tres ex parte.i. ꝭm eam partem qua ali-
quãtulum imperfecte agẽdo litigia fra-
trum non cõpescuistis. Scripsi quidẽ nõ
vos docẽs quos sapiẽtes scio / sed tanꝗ̃
reducens vos in memoriã eorũ que cre
do vos scire: sed non satis eorũ remini-
scimini. Dicerẽt illi quia perfectos nos
fateris: quare nos redarguis? Audacter
ait paulus propter gratiam.i. propter di
gnitatem apostolatus que data est mihi
a deo: ꝛ hoc magisteriũ meum cogit me
vt vos sic admoneam. Data est mihi gra
tia ideo vt sim minister iesu christi in gẽ-
tibus.i. vt per ministerium meum gẽtes
subijciã christo / sanctificãs euãgelium
dei: quod sanctifico dũ idem operor qd͂
predico. Sanctificans ideo vt fiat acce
pta deo oblatio gentium.i. ego offerens
gentes acceptus sim deo: vel vt gentes
oblate accepte sint deo. Oblatio dico ac
cepta ꝛ sanctificata in spiritu sancto / qꝛ
per impositionẽ manus do spiritum san
ctũ: qd͂ pseudo doctores facere nequeũt
Et qꝛ sanctifico euãgeliũ: igitur habeo
gloriam.i. glorior multum in apostolatu
meo. Gloriã dico referẽdam non ad me
sed ad deum: ꝛ hoc in xp̃o iesu.i. per chri
stum / qui me consecrauit apostolũ: ideo

habeo gloriā: qꝛ nō audeo loqui aliquid eoꝝ que christus non efficit per me ministrum / vt faciūt pseudo: qui dicunt se fecisse que nunq̄ fecerūt. Ea non loquor que per me non efficit deus / sed loquor ea que per me christus efficit in obediētiam gentiū. i. vt vel ego obediam sibi in gentibus / vel gētes per me obediant ei Efficit dico per me verbo. Christus enī loquit in me. Efficit etiā factis. i. in opibꝰ meis: qꝛ qđ bene loquor / operor. Efficit dico in virtute signoꝝ ꝛ prodigioꝝ ad que facienda dat mihi virtutem. Signa vocat: vt depulsiōes morboꝝ. Prodigia: suscitare mortuos. Prodigiorū dico factorum in virtute spiritus sancti Vel efficit christus per me in virtute spiritus sancti / quem per manus meas distribuit. Sic in q̄ efficit / vt ego repleuerim. i. plenarie predicauerim euangeliū christi / incipiendo ab hierusalē vsq̄ ad illiricū mare: nec recta via / sed per circuitum. i. singula loca circūeundo. Sic autem predicaui euangelium / non in iudea vbi christus nominatus est ne edificarem super alienum fundamentū. i. sup fidem quam alij apostoli predicauerant Nec tamen hec causa fuit quare ibi non predicauerit / sed qꝛ deus ad gētes eum direxit / ne edificarem dico sic: sed sicut scriptum est in esaia. Gentes quibus nō est annunciatū de eo videbunt deum: et qui nec etiam audierūt intelligent. Propter qđ qꝛ rudibus ꝛ quasi lapideis predicabā / plurimū impediebar venire ad vos o romani / quare necesse eēt: vt vos qui sani eratis / infirmos edificaretis. Olim impediebar / sed nunc vlterius nō habēs locum in hijs regionibus: qꝛ omnes cōuersi sunt. Habens autē cupiditatem veniendi ad vos: ex multis iam precedentibꝰ annis / in quo notare potestis quātam diligentiā habeam ad vos. Cū ego proficisci cepero in hispaniam: spero q̄ videā vos / preteriens per vos. Nō enim causa est / quare remorer vobiscū: qui fideles estis. Videam vos dico: ꝛ deducar illuc a vobis / si tn̄ fruitus prius fuero vobis ex parte. i. aliquādiu remorando vobiscū: qꝛ hic vlterius locū non habeo / ꝛ ad vos transire cupio. Igitur qđ prius faciēdum est operabor: sez ibo hierusalē ministrare sanctis. Quādo petrus ꝛ qui cū eo erant paulo et barnabe dexteras dedere societatꝭ / iniūxerūt eis vt in ecclesijs gentiū collectiones facerent: vnde ministrarent sanctis in hierusalem: quibus infideles omnia abstulerant. Vadam ministrare sanctis / qꝛ macedonia ꝛ achaia. i. ecclesie eoꝝ probū iudicauerūt facere aliquā collectionem in pauperes sctōꝝ deferēdā. i. in pauperes sanctos qui sunt hierusalem. Probauerunt quidē hoc non a nobis coacti / sed quia ita placuit eis: ꝛ si non placeret / debitores tn̄ sūt eorum: ꝛ ex debito facere oporteret. Vere debitores sunt eorum / Nam si gētiles facti sunt participes spiritualiū bonorum eorū sanctorū / qꝛ sancti illi spiritualia gentibus ministrauerunt: debent etiā gentes ministrare sanctis in carnalibꝰ. Quandoquidē hoc mihi prius faciēdum restat. Igitur cū hoc consūmauero. et cū assignauero. i. sub sigillo eis reddidero fructū hunc: proficiscar in hispaniā transiens per vos. Scio autem quoniā veniens longo desiderio aetus / veniā ad vos in abundātia benedictiōis christi. i. benedictionem christi faciam abundare in vobis / impartiēs illud gratie dei qđ deest: et quia nunc iturus sum hierusalē. Igitur obsecro vos fratres per dn̄m nostrum iesum christū / vt adiuuetis me in orationibus fusis p me ad deum: vt hoc adiutorio liberer ab infidelibꝰ qui sunt in iudea: ꝛ vt ita oblatio obsequij mei. i. ī qua obsequor fiat accepta sanctis in hierosolyma / sine diminutione illis presentata: vt hoc prospere cōpleto / veniam ad vos in gaudio p voluntate dei. i. sicut deus disposuerit: et refrigerer vobiscū perficiēs in vobis qđ imperfectū inuenero. Sed qꝛ ad hoc nec̄ per vos nec̄ per me sufficitis: deꝰ pacis sit faciens pacē cum omnibus vobis Amen.

Capitulum. xvj.

Commēdo autē vobis pheben sororē nostrā que est in ministerio ecclie q̄ est cenchris: vt eam suscipiatis in dn̄o digne sctis†: ꝛ assistatis ei ī quocūq̄ negocio vestri indiguerit. Etenim

†al. sctꝭ

ipsa q̄ assistit multis et mihiipsi. Salutate priscā ꝛ aquilā adiutores meos i xp̄o iesu: q̄ ꝓ aīa mea suas ceruices supposuerūt: qb⁹ nō solū ego grās ago / sed ꝛ cūcte eccl'ie gē-tiū: ꝛ domesticā eccliaꝫ eoꝝ. Salutate ephenetū dilectū mihi: q̄ ē pri-mitiu⁹ eccl'ie asye in xp̄o iesu. Salutate mariā q̄ multū laborauit in vobis. Salutate andronicum ꝛ iu-liā cognatos et cōcaptiuos meos: q̄ sūt nobiles in apl'is q̄ ꝛ ante me fuerūt in xp̄o iesu. Salutate āplia-tū dilectissimū mihi in dn̄o. Salu-tate vrbanū adiutorē nrm̄ in xp̄o iesu: et stachem dilectū meū. Salu-tate appellen probū in xp̄o. Salu-tate eos q̄ sūt ex aristoboli domo. Salutate herodianē cognatū meū Salutate eos q̄ sūt ex narcisci do-mo: q̄ sūt in dn̄o. Salutate triphe-nā ꝛ triphosam: q̄ laborant in dn̄o. Salutate persidā charissimā: que multū laborauit in dn̄o. Salutate rufum electū in dn̄o: et matrē ei⁹ / ꝛ meā. Salutate asincretū / ꝛ phlegō-tiā / hermen / patroban / herman: et q̄ cū eis sunt frēs. Salutate philo-logū ꝛ iuliā / ꝛ nereū / et sororē ei⁹ / et olimpiadē: ꝛ oēs qui cū eis sunt sctōs. Salutate iuicē i osculo sctō Salutant vos oēs eccl'ie xp̄i. Rogo aūt vos frēs vt obseruetis eos q̄ dissensiōes / et offendiculā ꝓter do-ctrinā quā vos didicistis faciūt: et declinate ab illis. Hmōi eni xp̄o dn̄o nr̄o nō seruiūt: sed suo ventri: ꝛ ꝑ dulces s̄mones / ꝛ bn̄dictiōes se-ducūt corda innocētiū. Uestra eni obediētia in oī loco diuulgata est Gaudeo igif in vobis: sꝫ volo vos sapiētes esse in bono / et simplices in malo. De⁹ aūt pacis cōterat sa-thanam † sub pedib⁹ vr̄is velociter †ar. sathā.

Grā dn̄i nr̄i iesu xp̄i vobiscū. Salutat vos timothe⁹ adiutor† me⁹: †ar. hs frater. ꝛ lucas† et iason / ꝛ sosipat cogna- †ar. lucius. ti mei: Saluto vos ego terti⁹: q̄ scri-psi eplām hāc i dn̄o. Salutat vos gaius hospes me⁹: ꝛ vniuersa eccle-sia. Salutat vos erastus archari⁹ ciuitatis: et quart⁹ frater. Grā dn̄i nr̄i iesu xp̄i cū oib⁹ vobis amen. Ei aūt q̄ potēs est vos confirmare iuxta euāgeliū meū / et ꝑdicationē iesu xp̄i: s̄m reuelationē mysterij tpib⁹ eternis taciti: qd̄ nūc patefa-ctū est ꝑ scripturas ꝓphetarū s̄m ꝑceptū eterni dei: ad obeditionē fi-dei in cūctis gētibus cogniti / soli sapiēti deo ꝑ iesum christū: cui ho-nor et glīa in secula seculoꝝ Amē.

Expositio capituli. xvj.

FInita epistola īserit salutatio-nes suas dicēs. Cum hijs que superius cōmendaui / cōmen-do etiā vobis pheben sororem nostrā: q̄ est in ministerio eccl'ie. i. q̄ mini-strat necessaria cuidā eccl'e / quā ꝯstituit cēchris. Hoc inq̄ de ea cōmēdo: vt susci-piatꝭ eā in dn̄o digne sctis. i. vl' quō vos sctōs decet eā suscipe: vel quō ea sctā su-scipiēda est: ꝛ ei suscepte assistatis i quo-cūq̄ negocio idiguerit vestri. Per hāc pheben eūtē romā / dr̄ apl's misisse suā epl'am: quā ideo cōmēdat / vt romani au-dita auctoritate ei⁹ acq̄escāt ei in oib⁹ q̄ bene suadebit. Assistendū est ei: eteni ip-sa astitit multꝭ sctis: ꝛ mihiipsi mīstrādo Salutate etiā priscā ꝛ aq̄lam adiutores meos in xp̄o iesu. Uel salutate in xp̄o q̄ vterq̄ supposuerūt suas ceruices ꝓ aīa mea. Hij paulo i multꝭ periculis ꝛ carce-rib⁹ subuenerūt. Quib⁹ nō ego sol⁹ grās ago: sꝫ etiā cūcte eccl'e gētiū q̄ modo nō haberēt apl'm suū / nisi ꝑ adiutoriū istoꝝ Salutate ꝛ domesticā ecclesiā. i. familiā eoꝝ. Salutate ephenetū dilectū mihi: q̄ est ꝑmitiu⁹ asye in xp̄o. Hic primus de asya fidē accepit a paulo. Salutate ꝛ ma-riā / q̄ multū laborauit in vobis: ab erro-re reuocādo vos. Hec maria dr̄ nūciasse aplō dissensionē romanoꝝ: q̄ occasiōe

ſcripſit eis hāc eplʾam.Et hec romam re
dierat:ꝛ ideo dicit eā laboraſſe. Saluta
te andronicū/ꝛ iuliā cognatos meos/in
gn̄e iudeoꝝ:et cōcaptiuos meos/qꝛ ſe
pe mecum capti fuerūt q̄ ſunt nobiles in
apl̄is. Hij de ſeptuagita duobus fuiſſe
creduntʳ:q̄ ꝛ añ me fuerūt in xp̄o/q̄ pri⁹
paulo ad fidē ↄuerſi ſt.Salutate appel
len ꝛ ꝓbū in xp̄o.Salutate eos q̄ ſūt ex
domo ariſtoboli.i.familiā qꝛ fidelis eſt.
Dn̄m nequaq̄/qꝛ infidelitatꝭ eſt re⁹.Sa
lutate eos qui ſūt ex domo narciſci/nec
oēs:ſʒ eos q̄ ſūt i fide i dn̄o. Aliq̄ enī ex
ei⁹ familia adherēt dn̄o ſuo i ifidelitate.
Salutate rufum electū in dn̄o et matrē
ei⁹/ac meā.Eius ſm carnē meā ſm bn̄=
ficiū.Et vt finē faciā.Salutate vos iui
cē ex pte mea/i oſculo ſctō.i.alter alteri
dicat.Aut ex parte pauli: oſculātes ſe in
oſculo pacꝭ i loco ei⁹.Sicut ego ſic oēs
eccl'ie xp̄i ſalutāt vos. Ideo paulus ex
noīe ꝓbatas ſalutauit ꝑſonas:ne cū mō
ſuadet romanis a pſeudo decliare:forte
poſſēt de aliq̄ hoꝝ dubitare q̄s ſalutauit
Vos aūt fr̄es ſalutatos rogo vt obſue
tis.i. vt callide cuſtodiatis vos ab eis q̄
faciūt diſſēſiones ꝛ ēt offēdicula/ꝑcipi
tādo in pctm̄. Docētes ꝙ ꝑter doctrinā
eſt/quā vos a me didiciſtis:ꝛ vt vos ob
ſuetis/declinādo penit⁹ ſeparamini ab
illʾ:qꝛ q̄ eiuſmodi ſūt/nō ſuiūt xp̄o dn̄o
nr̄o:ſʒ ſuo vētri.q̄rūt enī q̄ ſua ſūt/nō q̄
ieſu xp̄i.Et hij tales ſeducūt corda ino
cētiū.i.ſimpliciū:ꝑ dulces ſmones.i.ſe=
ductorios:ꝛ ꝑ ſimlʾatas bn̄dictiōes.De
betis decliare ab hijs.nā obediētia vr̄a
ꝛ bonū ei⁹ diuulgata eſt in oēm locū:et
ꝓpterea i vobis. Sʒ tn̄ volo vos ſapiē=
tes ꝛ aſtutos eē in bono:et i malo ſimpli
ces:vt malicia pueri ſitis. Licet dixeri
vos ſapiētes:tn̄ qꝛ ſapiētia vr̄a parū ex
ſe ſola pōt:precor vt de⁹ pacis ↄterat ſa=
thanam:ꝛ mēbra ei⁹ ſub pedib⁹ vr̄is ꝓ=
ſtrata:ꝛ h̄ velociter. Hijs dictis ſalutat
eos paul⁹ dicēs.Gr̄a dn̄i nr̄i ieſu xp̄i ſit
vobiſcū. Salutat vos timothe⁹ adiutor
me⁹:et lucas/ꝛ iaſon/ꝛ ſoſipater:vel pa=
ter ſoſij/q̄ ſūt cognati mei.Saluto vos
ego terti⁹:q̄ ſcripſi eplʾam i dn̄o.Hic ter
tius erat notari⁹ apl̄i:qui ſalutationib⁹
alioꝝ ſuā inſeruit.Ad ſalutatiōes ſuas
reuertitʳ paul⁹ ꝛ ait.Salutat vos gaius
hoſpes me⁹:et vniuerſa eccl'ia.i.familia
ei⁹.Salutat vos eraſt⁹ archarius.i.the
ſaurari⁹ ciuitatis:ꝛ quart⁹ frater.Oēs

iſti ſic dicētes.Gr̄a dn̄i nr̄i ieſu xp̄i cum
oīb⁹ vobis. De oībus aūt bonis vr̄is ſit
deo honor/ꝛ gl'ia.Ei dico q̄ potēs eſt cō
firmare vos:iuxta euāgeliū meū.i.ſicut
ego ꝑdico vobis:ꝛ iuxta ꝑdicationē ie=
ſu xp̄i:cui⁹ ꝑdicatio eadē eſt cū meo euā
gelio.Euāgelij dico ꝛ ꝑdicatiōis habi=
ti ſm reuelationē myſterij. Myſteriū vo
cat ſalutationē hoīm:q̄ occl'ta fuit ſemꝑ
ante aduētū xp̄i:ſed ꝑ eū reuelata. My
ſterij dico taciti tꝑis eterni añ xp̄m:qđ
myſteriū nūc in tꝑe gr̄e patefactū eſt ꝑ
ſcripturas ꝓphetaꝝ:nūc tādē itellectas
ꝑ xp̄m. Patefactū dico ſm ꝑceptū eter=
ni dei:cui ab eterno hoc in patulo erat.
Patefactū ideo ad obeditionē fidei in
cūctis gētib⁹.i. vt cūcte gētes obediāt
fidei. Qꝫ ſi q̄rere velis q̄re olim tacitū
nūc reuelatū/fruſtra h̄ inq̄ris:qꝛ myſte
rij dico cogniti ſoli ſapiēti deo:q̄ ſol⁹ ſēꝑ
cauſam ei⁹ ſapuit. Patefactū dico ꝑ ie
ſum xp̄m.Cui chriſto ſcʒ q̄ potēs eſt/ſit
honor ꝛ gloria in ſecula ſeculoꝝ Amen.
Incipit ꝓlog⁹ in ꝑmā eplʾam ad Corinthios.

EPiſtola prima ad corinthios:mul=
tas cāſ diuerſaſq̄ ↄplectitʳ. Quaꝝ
ꝑtē relatione fratrū cognouit apl̄s
Partim ipſoꝝ corinthioꝝ ſūt lr̄is
indicate. Nōnullas vo ꝓ officiū ſui
cura aut ordinat aut emēdat:ꝛ varijs curatio
nib⁹ medetʳ diuerſa ifirmitate lāguētib⁹. Nā
apud eos ꝑmū curatʳ diſſentiōis vitiū:qđ mul
ti pſeudo aplʾoꝝ intulerant vnitatē ſcindētes
eccl'e:vt ꝓprijs noīs facerēt ſectatores:qđ his
exprobrat verbis apl̄s.Hoc aūt dico qđ vnuſ=
q̄ſq̄ vr̄m dicit.Ego q̄dē ſū pauli:ego aūt ap=
pollo:ego vo cephe.ego aūt xp̄i. Et ob hoc q̄=
dē hoꝝ ſe dicit facere noīm mētionē:vt mul=
to magꝭ erubeſcāt id ſe facere ſub falſoꝝ aplʾo
rū noīb⁹:qđ etiā ſi ſub pauli ꝛ petri fieret no
mine:diſpliceret. Scđa cā ei⁹ iducitʳ q̄ pater=
ne oblit⁹ reuerētie vxorē ſibi nō erubuit facere
de nouerca. Qđ facinus licet fornicationē ap
pellauerit apl̄s:tñ ita ↄdēnauit:vt in vltionē
facti auctorem talis opis dyabolo iudicauerit
deputādū:i poſitis iudicioꝝ ꝛ litiū tertia q̄ſtio
ne. Quarto loco matrimonioꝝ iura tractātur
his. Quinto loco vginitatis ↄſiliū velut e vi
cino ↄiūgitʳ. Sexto loco de eſcarū licētia diſpu
tatʳ. Septimo atq̄ octauo loco de attōdēdo vi=
ris:ꝛ mulierib⁹ velādo capite:ac ſacramētoꝝ
cōione ꝑcipitʳ. Nono loco emulatio q̄ diuerſi=
tate donoꝝ ſpūaliū naſcebatʳ ſub exēplo mem
broꝝ ꝛ corꝑis caſtigatʳ. Decimo reſurrectiōis
ſpes multis ꝛ argumētis ꝛ rōnib⁹ approbatʳ.
Vltimo de colligēdis ad neceſſitatē ſctōrum
noīe charitatis cura vl' edificatio cultui impo
nitur. Interſeruntʳ his pauca que aut (vt q̄buſ
dam videtʳ) pendēt ex ſuperiorib⁹ aut habent
licet ꝓprias:tamen paruulas actiones.

¶ Incipit argumentū in epistolā primā ad Corinthios.

Corinthij sūt achaici: et hi similiter ab apostolo audierunt verbum veritatis: et subuersi sunt multi farie a falsis aplis. Quidā a philosophie verbosa eloquētia. Alij secta legis iudaice inducti sunt. Hos reuocat apostolus ad veram fidem et euāgelicā sapiē tiam: scribens eis ab ephefo per timotheum discipulū suum.

¶ Incipit argumentū Brunonis in eplām primā ad Corinthios.

Paulus ipse idē predicauerat corinthijs et ad fidem cōuerterat: apd quos p annū et dimidiū (sicut credim⁹) remorat⁹ est. Vidēs ꝙ diu et in multis psulendū esset corinthijs: qz nimis adherebāt carnalitati. Qz diu autem paul⁹ psens fuit adheserūt cū simplicitate pceptis eius: q̄b⁹ ipse q̄si simplicib⁹ simpliciter predicauerat, sciēs carnalitati eorū poti⁹ obcē mysteria fidei: si eis reuelarent ꝙ pdesse: et iō bonū iudicauit simplicitatē eoꝝ magis in simplicib⁹ fouēdā esse, ꝙ in altitudine mysteriorū dei (de quib⁹ poti⁹ hesitarent ꝙ crederent) corrūpēdā. Sed paulo a corinthijs reuerso introierunt ī eos pseudo doctores q̄ bonā simplicitatē poris doctrie inuerterēt: quoꝝ doctria qz ī mūdanis rōnib⁹ versabat, q̄ penit⁹ spūali doctrie ꝯdiceret: cepit magis allicere, et ad psuadēdū sibi adducere corīthios qz magis mūdo adherebāt ꝙ deo. et destruere ī eis calliditate hūane rōnis, qd paul⁹ edificauerat secūdo simplicitatē fidei. Corīthij autē declinātes ab instructione pauli, precipitati sūt ī multos errores vt estimarēt merita baptizantium prodesse baptizatis quāto maiora essent: et nocere si minora fuissent. Corinthiorum errores erāt multiplices Et hoc modo hoi tribuebant quod soli⁹ dei erat: scz dimittere peccata. Qua de re fiebat: vt q̄ a digniore baptizatus erat: iudicaret min⁹ se dignū eū qui a minus digno baptizatus esset. In hoc vtiq̄ derogā do deo errabant: etiā in eo qz corpus domini paululū discernebant ab alijs cibis. Iterū in eo quia viri velato capite, mlieres discooperto orarent. Erat etiam alius error: quia futurā resurrectionē nō (sicut paul⁹ predicauerat) credebāt. Accusabant etiam inde: qz audiebāt inf eos fornicatio, quā nec paterētur gentiles. Quidā enim eorū nouercā suā duxerat in vxorē: quē nec corrigendo emendauerāt: nec participationem ecclesie huic tam facinoroso interdixerāt: sed per illicitā patientiā huic incestui cōsentire videbant. Quib⁹ errorib⁹ cognitis paul⁹ p sostenē missum sibi cū epistola a fratribus qui erant cloes. qui loc⁹ in archiepiscopatu corinthiorum claudebatur: scripsit ad eos hanc epistolam: in qua agit de corinthijs errātibus: errores eorū enumerando: eosdēq̄ congruis rationibus improbādo: ea vtiq̄ intētiōe vt ab his vitijs eos retrahat.

¶ Sequif capitulū primum Eple prime ad Corinthios.



¶ Incipit ep̄la prima. ad Corin.
Aulus vocatꝰ apostolꝰ Christi iesu
ꝑ volūtatē dei: et Sosthenes frater
ecclesie dei q̄ est corinthi/sanctifica-
tis in christo iesu vocatis sanctis: cū
oībꝰ qui īuocāt nomē dn̄i nostri Je-
su christi: in oī loco ipsorum ⁊ nostro
Gratia vobis et pax a deo patre no- J.xiiij.d
stro: et dn̄o iesu xp̄o. Gr̄as ago deo
meo semꝑ ꝓ vobis in gratia dei q̄ da
ta est vobis in xp̄o iesu: q: in oībꝰ di
uites facti estis in illo/ī oī verbo/et
in oī sciētia: sicut testimoniū xp̄i con
firmatū est ī vobis: ita vt nihil vobis
desit in vlla gr̄a: expectantibꝰ reuelationē dn̄i nr̄i iesu xp̄i: q̄ et cōfirma
bit vos vsqꝫ in finē sine crimine: in die aduētꝰ dn̄i nostri iesu xp̄i. Fide J.x.e.
lis deus: per quē vocati estis in societatē filij eiꝰ iesu christi dn̄i nostri. j.Thes. v.d.
Obsecro autē vos fratres per nomē domini nr̄i iesu christi: vt idipsum
dicatis oēs: et nō sint in vobis scismata. Sitis aūt ꝑfecti in eodē sensu
et in eadē sciētia. Significatū est eni mihi de vobis fratres mei ab his
qui sunt cloes: q: cōtētiōes sunt inter vos. Hoc autē dico: qd vnusq̄sqꝫ
vestrū dicit. Ego q̄dē sum pauli: Ego aūt apollo: Ego vo cephe: Ego J.iiij.a
autē christi. Diuisus est xp̄s? Nūq̄d paulꝰ crucifixꝰ ē ꝓ vobis? Aut in
noīe pauli baptizati estis? Gratias ago deo meo ꝙ neminē vestrū ba-
ptizaui: nisi crispū ⁊ Gaiū: ne q̄s dicat ꝙ in noīe meo baptizati estis.
Baptizaui aūt et stephane domū: ceterū nescio si quē aliū vestrū bapti-
zauerim. Nō eni misit me xp̄s baptizare sed euāgelizare: nō in sapien-
tia verbi: vt nō euacuet crux xp̄i. Verbū eni crucis pereūtibꝰ q̄dē stul
ticia est: his aūt q̄ salui fiūt. i. nobis virtꝰ dei est. Scriptū est eni. Per Esa.xx-
dam sapiētiā sapientiū: et prudētiā prudētiū reprobabo. Vbi sapiēs? ix.c. Abdie
vbi scriba? vbi inq̄sitor huiꝰ seculi? Nōne stultā fecit deꝰ sapiētiā huiꝰ j.c.
mundi? Nā quia in dei sapiētia nō cognouit mūdus ꝑ sapiētiā deum:
placuit deo per stultitiā predicationis saluos facere credentes. Qm̄ et
iudei signa petunt: et greci sapientiā querūt. Nos autē predicamꝰ xp̄m xxviij.
crucifixum: iudeis quidē scandalum: gentibus autem stulticiam: ipsis di. Si in-
autem vocatis iudeis atqꝫ grecis christū dei virtutē et dei sapientiam. fra.
Qr qd stultū est dei: sapientiꝰ est hoībꝰ: et qd infirmū est dei: fortiꝰ ē hoi lvj.di.
bꝰ. Videte eni vocationē vestrā fratres: q: nō multi sapiētes ſm carnē nasci
nō multi potētes: nō multi nobiles: sꝫ q̄ stulta sunt mūdi elegit deꝰ vt de presb.
ꝯfūdat sapiētes: et īfirma mūdi elegit deꝰ vt cōfundat fortia: et ignobi ca.pe.
lia mūdi. ⁊ cōtēptibilia elegit deꝰ: et ea q̄ nō sūt: vt ea q̄ sunt destrueret:
vt nō glorietꝰ oīs caro in cōspectu eiꝰ. Ex ip̄o autē vos estis in christo
iesu: q̄ factꝰ est nobis sapiētia a deo/ et iusticia/et sāctificatio/ et redē

ptio: vt quēadmodū scriptum est:
ij. Cor. x.d. Qui gloriaꝛ/in domino glorietur
Hiere. ix.g. ¶ Expositio capituli primi.

PAulus ⁊c̄. Quia auctoritate
opus erat ad premendā corin
thioꝝ supbiā: nomē auc̄titatis
ponit: dicēs. Paulꝰ: qđ vtiq̄
nomē vbiq̄ notū ē. Paulꝰ dico vocatꝰ a
deo vt.i. ap̄lus diuina vocatiōe cōstitu-
tꝰ. Uel vocatꝰ ab oībꝰ: q: iā oēs noscūt
eū esse ap̄lm. Apostolꝰ dico.i. legatꝰ xp̄i
iesu.i. nō se presumptuose īgerēs vt pseu
do/sed legatus christi iesu: nec a christo
missus per exercēde ire opportunitatē
vt saul: sed ꝑ volūtatē.i.ꝑ bn̄placitū dei
Paulꝰ vtiq̄ et cū eo sostenes fratꝛ: nō q:
sostenes in hac ep̄l'a q̄cq̄ scripserit: sꝫ vt
paulꝰ ꝑ h̄ ostēdat oēs errores se cogno-
scere: q: q̄ de eisdē erat/⁊ inter eos con
uersabaꝛ ei nūciauerat: iđ etiā vt ōn̄dat
sostenē errores coꝝ nūciasse sibi nō ma-
lo aīo ꝯ eos habito/sed desiderio corre
ctiōis eorū. Paulꝰ inq̄ et sostenes fratꝛ
scribūt eccl'ie dei q̄ ē corinthi. Eccl'ie di
co sanctificatis.i. a pc̄tis in baptismo iu
Eccl'ia collectiuum nomen est stificatis. Et h̄ totū in xp̄o iesu: nō ꝑ me
ritū baptizātiū/q: eccl'ia collectiuū no-
mē est/satis congrue iungiꝛ plurali. vt
dicamus ecclesie sanctificatis: nec solū
per xp̄m sāctificatı̄/sed ꝑ gratiā eiusdē
vocatis sc̄tis.i. ad h̄ vt sāctificarenꝛ vt
totū/et sāctificatio aduocationē: ip̄aq̄
sanctificatio ex deo esse cognoscaꝛ: ⁊ oē
meritum baptizati et baptizatoris ex-
cludaꝛ. Paulꝰ scribit eccl'e corinthioꝝ
cū oībꝰ.i.⁊ oībꝰ ecclesijs in eisdē errori
bus detentis. Omnibꝰ dico qui inuocāt
nomē dn̄i nostri iesu christi/quem in eo
quē inuocāt cōfitentur solū esse iustificā
tem. Nec omnibꝰ ecclesijs dico per mū-
dum/sed his que sunt in omni loco ipso
rum corinthiorū.i. omni ecclesie metro-
poli corinthioꝝ supposite: et in eundem
errorem lapse/que ecclesie et si locus ip
sorū corinthiorū sunt/q: eis preferūtur
nostro etiā loco/q: sic eas corīthijs sup
pono: vt tn̄ prouidentiā meā illis semꝑ
adhibeā: quēadmodum corīthijs. Hoc
ideo paulꝰ ait/ne corinthij dicerent de
nobis tantum habes iudicare: nos vero
de subditis. Cuius moris adhuc teneꝛ
regula: q: summꝰ pōtifex/et si ecclesias
ecclesijs subiecerit/de omnium tn̄ erro
re discutiꝛ/sed ex iure mediātibꝰ metro-
politanis Paulus et sostenes scribunt
hoc corinthijs: gratia sit vobis et pax.
Cum iter corinthios quidam essent qui
gratiam sibi datā in baptismo custodis-
sent itegrā bene agēdo: q̄bꝰ vtiq̄ remis-
sio nō erat optanda quā iā acceperāt/et
acceptā firme tenuerāt. Cū v̄o iter eos-
dē alij essēt q̄ gratiā acceptā errādo ad
nichilauerant: ⁊ his iterata remissio eēt
necessaria: pro hac diuersitate perfecto-
rū et imperfectorū diuerso modo optā-
da est hec gratia: vt dicamꝰ vobis q̄ iteꝝ
peccastis sit sc̄da gr̄a.i. iterato remit-
tanꝛ peccata: vobis aūt qui acceptā iu-
stificationē nō irritā fecistis peccādo sit
gratia.i. accepte iustificationis perseue
rās custodia. Sic de pace: peccatoribꝰ
sit pax animi restituta: non peccātibꝰ trā
quillitas aī perseueret. Gr̄a inq̄ et pax
sit vobis a deo patre n̄ro: et dn̄o iesu xp̄o
a q̄ solo credite esse omnē iustificationē:
excluso oī merito baptizatoris: q: de co
rinthijs quidā erāt ꝑseuerātes ī doctri-
na pauli nō cōicātes errori aliorū: ꝓmū
separatim loquiꝛ istis: vt audito ꝙ bo-
nū suū tāte auctoritatı̄ sit apđ ap̄l'ꝫ/ma
gis aienꝛ ad bonū: iđ ⁊ vt ꝑ h̄ magis in-
cūbant correctiōi errantiū fratrū: ⁊ vt
errātes absq̄ reclamatiōe obediāt istis
cū audierint ꝑfectionē coꝝ tāti eē apud
ap̄lm. Un̄ sic ait. Gr̄as ago deo meo.i.
quē meū facio nō detrahēdo ei/quēad
modū pseudo q̄ dicūt merita baptizātis
nocere vel prodesse baptizatis. Gratias
vtiq̄ ago deo meo ꝓ vobis semꝑ.i. ī om
ni oratiōe mea. Ago inq̄ gr̄as in gr̄a.i.
in cōsideratiōe gr̄e dei ꝑseuerātis in vo
bis: que gr̄a data est vobis in xp̄o iesu.i.
per xp̄ꝫ iesū: q̄ hoī recōciliato deo mini
strat hanc gr̄aꝫ. De hoc vtiq̄ gr̄as ago:
q:.i. ꝙ facti estis diuites in oībus: q: ⁊
singl'as gr̄as ⁊ oēs copiose habetı̄. Fa-
cti dico ī illo.i.ꝑ xp̄m cuiꝰ sola misericor
dia dat gr̄am. In oībus dico scꝫ ī omni
v̄bo.i. in oī doctrina spiritualiū/medio
criū/⁊ simpliciū: diuites etiā ī oī sciētia
l̄rali/morali/⁊ allegorica: ita diuites in
oībꝰ sicut testimoniū xp̄i.i. doctrina de
xp̄o attestata vobis ꝑ sc̄pturas/sic inq̄
hoc testimoniū cōfirmatū est.i. firmiter
ꝑseuerat ī vobis. Ad quē modū eni fir-
mā tenuistis fidē xp̄i: ad eū modū dita
uit vos deus suis gratijs: cuiꝰ rei confir

matio vr̃a causa ⁊ similitudo fuit. Ita
vtiq̃ testimoniũ christi cõfirmatũ in vo
bis: vt nihil desit vobis in vlla gr̃a.i.vt
omnẽ gratiã tam firmiter teneatis quã=
ta firmitate vobis tradita est. Vobis di=
co expectãtibus reuelationẽ dñi nr̃i ie=
su xp̃i.i. ꝓpt̃ securitatẽ quã ex cõserua=
ta iustificatiõe habetis secure prestola=
mini diẽ vr̃e dissolutionis ĩ q̃ reuelabit̃
vobis. Dũ enĩ viuimꝰ/ aĩa nr̃a circũse=
pta carne nequit ĩtueri diuinã essentiã/
quã pleniꝰ ĩtuebit̃ dũ a mole carnis libe
rabit̃.quã reuelationẽ q̃ bñ agit secure
expectat:qui ṽo male/ potiꝰ fugere hãc
videt̃ q̃ꝫ expectare. Vos vtiq̃ xp̃ꝫ expe
ctat̃ q̃ quẽadmodũ vos ꝯfirmauit ĩ pre
terito:sic ẽt ꝯfirmabit ꝯtinue vsq̃ ĩ finẽ
.i.vsq̃ in diẽ dissolutiõis vr̃e. Nec ita di
co cõfirmabit vt a venialibꝰ vos cobibe
re possit̃/sed ꝯfirmabit sine crimine.i.
ĩmunes factos a capitalibꝰ. In finẽ di=
co scꝫ vsq̃ ĩ diẽ aduẽtꝰ dñi nr̃i iesu xp̃i/q̃
vnicuiq̃ iusto aduenit/ĩ dissolutõe susci
piẽs animã eiꝰ trãsferẽdã. Iõ sic deter=
minauit sine crimine:ne si forte viderẽt
eos ĩ venialibꝰ cadere/insultarẽt ⁊ dice=
rent. Ecce nũc apparet iusticia eorũ q̃s
dñs paulꝰ tãti faciebat. Vere de cetero
ꝯfirmabit:nã ħ ꝓmisit dicẽs. Ecce ego
vobiscũ sũ oibꝰ diebꝰ vsq̃ ad ꝯsũmatio=
nẽ scl̃i. Deꝰ vtiq̃ q̃ ꝓmisit fidel' ẽ et mẽti
ri nõ ꝑt:vñ ꝯfido:q̃ꝛ ꝯfirmabit:ꝯfido ẽt
iõ:q̃ꝛ ꝑ quẽ deũ vocati estis:q̃ si vos dũ ĩ
pctõ essetis ꝑ mĩ̃icordiã vocauit credẽ
dũ est vtiq̃ q̃ iã iustificatos ⁊ iã ꝓmeren
tes ꝯfirmet de cetero. Per quẽ vtiq̃ vo
cati estis ĩ babẽdã societatẽ filij eiꝰ.i.vt
ꝓ mõ vr̃o ĩ iusticia cũ filio eiꝰ ꝑmaneat̃
Nec adoptiui filij dico:sꝫ iesu xp̃i nr̃i ꝓ
prij ⁊ cõsubstãtial'. ¶ Postq̃ꝫ ꝑfectos ĩ
bono suo corroborauit ꝯuertit s̃monem
ad eos q̃ peccauerant in p̃dictis dicẽs.
Vos ꝑfectos de cõfirmatiõe vr̃a laudo:
sꝫ vos q̃ erratis obsecro.i.cũ districtiõe cõ
iuro ꝑ nomẽ dñi nr̃i iesu xp̃i: q̃s tñ fr̃es
appello/licꝫ errauerit̃. Iõ fr̃es eos vo
cat/ne si nõ fr̃es eos appellaret ꝑ nimie
tate pcti desperarẽt. Obsecro inq̃ vos vt
oẽs dicat̃ idip̃m.i.vt oẽs ꝯfiteamini so
lũ deũ posse pctã dimittere:et ħ dicẽdo
nõ sint in vobis scismata.i. aliq̃ scissure
infidelitatis. Scismata non sint: sed si=
tis ꝑfecti in eodẽ sensu.i.in eadẽ volũta=
te/⁊ in eadẽ sciẽtia/vt idẽ ⁊ velitis ⁊ scia

tis. Sunt enim qui idẽ volunt nec tamẽ
idẽ sciunt. Sũt alij quoꝝ diuersa ẽ volũ
tas/et tamẽ ẽ eadẽ sciẽtia. Propterea
sic vos obsecro:q̃ꝛ significatũ est mihi ꝑ
litteras de vobis fratres mei:q̃ pro cau
sa p̃dicta repet. Significatũ ẽ vtiq̃ ab
his qui sunt cloes.quia .i. q̃ contẽtiones
sunt inter vos.i.q̃ alter ꝯtẽdat in alterũ
Cloes nomẽ est loci in archiepiscopatu
corinthiorũ. Unde hec cõtentio manda
ta fuerat sibi ꝑ sostenem. Q̃ nomẽ ħ iõ
ponit/ne errorẽ suũ dissimulare velit co
rinthij. Sciẽtes q̃ paulus ab eisdẽ qui
inter eos cõuersant̃ hoc agnouerit. Nec
solũ q̃ ꝯtẽdatis noui: sed etiã ṽba ipsiꝰ
contentionis. Hoc autẽ dico:quod dicit
vnusq̃sq̃ vestrũ/p̃ferẽs se de baptizato
re suo alter in alterum. Hoc vtiq̃ dicit:
ego quidẽ longe maiori iusticia discre=
tus ab illo q̃ ĩferiorẽ habuit/baptizato=
rẽ. Ego quidẽ sũ pauli. Ego autẽ appol
lo: q̃ erat archiepiscopus corinthiorum
Ego ṽo cephe.i.petri. Non iõ hec noĩa
ponit:q̃ de his gloriarent̃: cũ nec petrũ
vidissẽt:sꝫ iõ q̃ꝛ si noĩa illorũ pseudo de
q̃bꝰ gl'iabant̃ reponeret:dicerẽt. Pau=
lꝰ q̃ꝛ ĩuidet istis:nollet nos gl'iari de noĩ
bus eorum:sed bonũ iudicaret:si de no=
mĩe suo sociorũq̃ gloriaremur. Ad ħ re
mouẽdũ posuit paulꝰ nomẽ suũ et petri:
ostẽdens q̃ꝛ de suo noĩe nollet eos gl'ia=
ri. Et si nõ de noĩe pauli:multo minus
gloriãdũ ẽ de pseudo doctoribꝰ. Infide
les ħ dicũt. Ego pauli. Ego cephe. Sꝫ
fidelis dicit:ego sũ xp̃i/cuiꝰ gr̃a sola iu
stificat. Et q̃ꝛ hic dicit se eẽ pauli:ħ alte
riꝰ:ergo xp̃s diuisus est:⁊ iã nõ vnꝰ sed
multi xp̃i sũt. Quisq̃ enĩ baptizatorem
suũ facit christũ/dũ dimittere pctã q̃d
xp̃i solũ ẽ attribuit illi. Vel ita. Christꝰ
diuisus ẽ/q̃ꝛ diuisim dat mũera gr̃e sue/
dũ minꝰ ꝑ istũ/magis per illũ iustificat
Vel q̃ꝛ sic male dicẽdo erratis: ꝓpterea
christꝰ diuisus separatꝰ ẽ a vobis. Vos
christum diuiditis faciẽdo quisq̃ suum
christũ. Vel creditis xp̃m diuisim dare
gr̃am. Sed nunq̃d paulꝰ quẽ aliq̃ in vo=
bis christũ suum faciunt: vl' propter eu
ius meritũ creditis christum melius da
re vni q̃ꝫ alij? Sed nũquid paulus cruci
fixꝰ est pro vobis? Hoc vtiq̃ negare nõ
potestis quin per christum redẽpti sitis
quẽ paulꝰ non attigit. Aut nũq̃d in no=
mine pauli baptizati estis? Si vtiq̃ ṽba

Cloes locꝰ est in archiepĩatu chorinthiorũ.

Appollo fuit archiepscorinthioꝝ.

baptismi solerter attẽderitis quib⁹ deo soli confitemini: intelligeretis omnẽ iustificationem esse ex deo: ⁊ quãdoquidẽ hoc bonũ baptismi vobis errantibus fit in malũ: ideo q2 hoc bonũ non feci grãs ago deo meo q̃ neminẽ vestrum baptizaui nisi crispũ ⁊ gaium: ꝓpterea nolo aliquos baptizasse: ne dicat aliq̃s q̃ in nomine meo baptizati estis cum crispo et gaio. Baptizaui etiã domũ.i. familiã stephanc. De his recordor: s3 nescio si forte aliquẽ aliũ baptizauerim. Jdeo tã paucos baptizaui: q2 christus non misit me baptizare. Jn hoc multũ humiliat ministeriũ baptizãdi vbi dicit se non esse missum ad hoc q͛ etiã facere possũt qlibet infideles: si necessitas poposcerit. Jn q̃ tamen corinthij vicissim se preferebant alter alteri. Dicit hic sacramentum ecclesie ideo tẽpore necessitatis concessũ esse etiã infideli: q2 est illud sine q̃ nemo potest saluari. Sed alia sacramenta per missa sũt ideo solis ministris: quia si ad salutẽ prosint: nõ sunt tñ ca sine quibus homo nequeat saluari: q2 sola fides baptismat(si itegre s̃uata sit) ad salutẽ sufficit. Hic de baptismo finẽ facit: ⁊ de predicatione sua sermonem incipit dicens. Christus nõ misit me baptizare / sed euãgelizare. Predicare quidẽ misit me non in sapiẽtia verbi.i. non in verbosa sapiẽtia mũdi: ⁊ hoc ideo vt nõ euacueꝛ crux christi. Si eni rationes humane sapientie sequerer: que penitus destruũt imortalem mori posse: mortuũ iteru3 viuere: iam penitus cõprobareꝛ christũ non gustasse mortẽ crucis: ⁊ sic destrueretur preciũ totius salutis: quare non in verbosa sapientia mũdi missus sum / ẜm quas rationes facile euacuari potest crux christi. Vere si sequerer sapiẽtiã mũdi / euacuareꝛ crux x̄pi. Nam verbũ.i. ꝑdicatio crucis pereũtibus.i. sapiẽtibus mundi qui ideo pereũtes dicũtur: q2 sapientia eorum cito peribit ⁊ destrueꝛ. Vel q2 ꝓpter hanc sapientiã peribunt ⁊ dãnabũtur. Verbũ vtiq3 crucis sapientib⁹ quidem huius mundi stulticia est: q2 humana ratio neminẽ cogit vt x̄ps qui immortalis erat i natura mori potuerit: q̃ mortuus iterũ vixerit. Pereuntibus quidẽ est stulticia: sed his qui salui fiunt.i. nobis qui a verbosa sapiẽtia declinamus: nobis vtiq3 verbũ crucis est virtus dei

Sapientes mundi pereũtes dicũtur.

Considerãtes enim per tantã debilitatẽ (vti per mortẽ) superari antiquũ hostẽ: cui⁹ fortitudo in omne genus hoim preualuerat: miramur in hoc magis virtutem dei: vbi per debilitatẽ destruxit fortitudinẽ: Q2 si per apertã fortitudinẽ † minorẽ extingueret potẽtiã / vere nõ in sapientia ✠ bi misisset me de⁹: sic eni scriptũ est in abdia. Ego perdã (ait dñs) sapiẽtiã sapiẽtiũ: siue q2 destruã illã / siue quia dãnabo illos: ꝓpterea adheserunt humane sapientie. Nec solum sapientiã perdã: sed etiã prudentiã.i. prouidentiã qua callide sciunt ꝓmunire sentẽtias suas ne aliqua impugnatione frangãtur. Quidã eni habẽt sapientiã artis / qui tamen nesciunt se satis premunire ꝯtra cauillationes objiciẽtis. Jllam vtiq3 prudẽtiã reprobabo: q2 neminẽ de hui⁹ mũdi prudẽtibus in ministerio mee predicationis assumam / vel iungiꝛ ibi vbi ait pereuntibus. Vere pereuntes. nam scriptũ est. Perdã sapientiã sapiẽtiũ: ⁊ vere huiusmodi prudẽtes reprobati sunt: Hec sunt verba apostoli. Nam vbi est sapiens.i. logicus ille qui in argumẽtatione sua ꝯfidit: ⁊ vbi est scriba.i. ethicus q̃ de morib⁹ agit: Et vbi conquisitor huius seculi.i. phisicus qui naturas oim rerũ conquirit? Si logicus ille dicat: si peperit cũ viro concubuit / mentiꝛ: q2 maria sine coitu virili de spiritu sancto cõcepit. Si ethicus de morib⁹: de cultura idoloꝝ doceat: repelliꝛ: q2 noui mores / nouus cultus induct⁹ ẽ. Si iterum phisicus dicat repugnare nature vt ✠ go pariat: mortu⁹ viuat / mẽdacij re⁹ ẽ. Quãdoqdẽ ⁊ sapiẽs ⁊ scriba ⁊ phisicus repelluntur: nõne per hoc palam est q̃ de⁹ fecit.i. comprobauit esse stultam sapiẽtiã huius mũdi: ideo de⁹ sapientiã hui⁹ mũdi repellit: nã sic placuit deo. Et cũ audias hoc placere deo / causam huius ne quesieris. Placuit vtiq3 deo per stultitiam ꝑdicationis.i. ⁊ ꝑ stultã rem ꝑdicatam / ⁊ per stultos ꝑdicatores saluos facere credentes in se: ideo per stultitiam placuit ei saluare credẽtes: q2 mundus id est hoĩes mũdi non cognouerunt deũ per carnalẽ sapientiã. Q2 si aliqui philosophi intellexerũt esse vnum deum qui omia creasset: non tñ hoc cognouerunt in sapientia dei.i. vt intelligerẽt cõsiliũ dei: quo ordine disponebat saluare per

†al. potentiã.

ditũ hominẽ per incarnationẽ verbi. et cetera. Vel ita ꝙ mũdus non cognouit deũ per suam sapientiam. Hoc fuit in sapientia dei.i.ita placuit sapientie dei: vt mũdꝰ nõ admisceret suam. Vere per stulticiã saluauit credẽtes:nã et res predicata stulta fuit:et predicatores stulti. Vere per rem stultam predicatã.nã quoniam iudei q iam per signa deũ vt in egypto cognouerãt petunt / adhuc signa ad ꝓbãdũ esse verum de christo qđ predicatur:et greci.i.gentiles qui deũ ignorant querũt sapiẽtiã.i.volũt sibi per mũdanas rationes approbari quod de xpo dicitur. Nos autẽ vt satisfaciamus iudeis / predicamꝰ christũ virtutem dei.qꝛ iudei virtutem miraculorum requirunt. Grecis vero querẽtibꝰ sapientiã predicamus christũ esse sapientiã dei.qđ vtrũꝫ electis quidẽ iudeis et grecis ẽ virtus est et sapientia / sed reprobatis scandalũ est et stulticia. Et ideo diximus per stultam rem saluos fieri credentes. Nunc litteram exponamus. Vere per stulticiã deꝰ saluat credentes:quoniã iudei quidem petunt signa: qui per miracula deum cognoscere consueuerunt. Et greci mũdanam querunt sapientiã:qꝛ aliud non intelligunt. Nos autẽ stulti predicamꝰ rẽ stultam : scꝫ christum crucifixũ / iudeis quidẽ scandalũ.qꝛ improperaꝛ eis ꝙ regem suum crucifixerũt. Gentibꝰ autem stultitiã:qꝛ itelligere nesciũt qua ratiõe quẽ deũ dicimꝰ / eundem mortuũ fuisse dicamus. Iudeis quidẽ et grecis reprobatis scandalũ est et stulticia: sed ipsis iudeis atꝫ grecis vocatis.i.a deo electis predicamꝰ christũ virtutẽ dei:ꝙ deꝰ maius miraculũ operari nõ potuit ꝙ̃ ꝑ mortem destruere mortẽ. Predicamꝰ etiam christũ sapientiã dei : qꝛ maior sapiẽtia nequit inueniri ꝙ̃ per humilitatẽ superbiam:⁊ ꝑ debilitatẽ destruere fortitudinẽ Vere xp̃s ẽ sapiẽtia dei. Nã illđ dei qđ est stultũ ẜm estimationẽ hominũ / sapiẽtius est hominibꝰ. Vel quia homines tãtam sapientiã capere / vel tam sapienter operari nequeunt. Et vere christꝰ est virtus dei. Nã illud dei qđ est infirmũ vel stultũ ẜm estimatiõem hominũ sapiẽtiꝰ est hominibus. Vel quia homines tãtã sapientiã capere / vel tam sapienter operari nequeunt. Et vere christus est ṽtus dei. Nã illud dei qđ est infirmũ ẜm carnales:hoc est fortiꝰ hominibus. Vel qꝛ intelligere virtutem hanc nesciunt. Vel qꝛ tanta fortitudine nihil facere queũt. Vel aliter superior littera iungitur: ita Ideo mundus nõ cognouit deũ per sapientiã.qm̃ iudei petũt signa / ⁊ greci sapientiã:nos vero predicamꝰ christũ crucifixũ:iudeis quidẽ nõ signũ sed scandalum:grecis autẽ vel gẽtibꝰ nõ sapientiã sed stulticiã. Et qꝛ ĩ cruce christi nec virtutem nec sapientiã mundus intelligit: ideo deũ nõ cognouit. Et ẽ ibi finis sententie. Sed licet reprobis iudeis atꝫ grecis christi crux scandalũ sit et stulticia: tamen ipsis iudeis vocatis atꝫ grecis christus est dei virtus et dei sapientia. Sequens littera non mutatur:probauit ex parte ꝙ per stulticiã:nam per stultam rem predicatam saluarentur credẽtes. probat nunc aliã partem scꝫ ꝙ per stultos predicatores saluauerit deꝰ credẽtes dicens. Vere per stulticiam saluauit deus credentes. Uidete enĩ vocationẽ .i. vocatores nostros per quos ad fidem vocati estis. Hoc inꝗ̃ videte de eis: qꝛ non multi sapientes.et cetera:sed q̃ stulta sunt elegit deus in ministerio vocationis vestre. Vel ita iungitur ad proximũ Vere illud dei quod stultũ et infirmũ est sapientiꝰ et fortiꝰ est hoĩbus. Nam modo videte vocatores vestros : inuenietis eos stultos et infirmos. Et ẜm hanc cõtinuationẽ illud precedens.i. qđ stultum et infirmum est dei / sapientius ⁊ fortius est hominibus:respicit ad cõprobandum predicatores stultos fuisse:sicut in precedenti voluit ad hoc ostendendum ꝙ res predicata fuerit stulta. In sequẽti etiã notaꝛ effectꝰ huius stulticie et insipiẽtie. Uidete inꝗ̃ vocationẽ vestrã.i.ꝑ quos vocati estis fratres: quia in eis nõ sunt multi sapientes ẜm carnem.i.carnalem sapientiam: nõ sunt multi potentes ẜm carnem: nõ multi nobiles ẜm carnis generositatem. Dicũt sctĩ ideo paulũ dixisse:nõ multi.qꝛ ipse fuit secularium litterarũ peritꝰ. Terrenarũ opũ diues. Romana parẽtela conspicuus. Vocatores vtiꝫ vestri / nec sapientes / nec nobiles. sed deus elegit ea que stulta sunt mundi .i.que mũdus stulta reputat: vt per hec deꝰ stulta cõfundat.i.erubescere faciat sapientes mundi / vidẽtes se nõ posse resistere argumentis suis stultis predica- Pauli laudes.

toribus dei. Elegit etiā deꝰ infirma mū
di: eos scʒ q̄ nulliꝰ potētie erāt in mūdo:
vt p hec infirma cōfundat fortia .i. potē-
tes mundi erubescere faciat. Et ignobi
lia mūdi .i. eos q̄ de genere suo nō possēt
gloriari. Et cōtēptibilia .i. eos ī qbꝰ nec
aliq̄ psonarū reuerētia. Hec elegit deꝰ ⁊
(vt singl'a enumerē) ⁊ ea q̄ nō sūt .i. q̄ nul-
la esse in mūdo videbant̄ hec elegit deꝰ.
vt p ea q̄ non sunt destrueret ea que sunt
.i. que bona mūdi esse vident̄. Et hoc to
tū sic ideo fecit deꝰ: vt oīs caro non glo-
riet̄ .i. vt omni carni cōueniat nō gloria
ri (i cōspectu eiꝰ scʒ) qꝛ si p̄dicatores ab
iectionē suā cōsiderāt: vel gentes p eos
cōuerse intelligerēt nihil sibi / sed totum
referendū eē gratie dei. Vel ita Vt eiꝰ
nō sic obliquet̄. Nō gloriet̄ oīs caro in
cōspectu eiꝰ dei .i. cōsiderās virtutē dei
et infirmitatē suā: nec p̄dicator sibi nec
subditi ascribēt aliqd magistris / sed to-
tū gratie dei. Sed licet p̄dicatores stul-
ti essent ⁊ infirmi: vos tū nihil minꝰ pro-
pter hoc habuistis: estis enī in xp̄o iesu
fideles facti. Et cū tāta infirmitas p̄di-
catorū appareat: vos tū nihil minus ha
betis: ꝯstat per hoc totū esse ex ip̄o deo:
⁊ nihil ex merito doctorum. ¶ Hic opti
me cōsiderat̄ effectꝰ stulticie et infirmi-
tatis. Vos inq̄ʒ estis ī christo iesu: q̄ chri
stus factus est nobis sapientia a deo / qꝛ
deꝰ per christū instruēs nos: effecit nos
sapiētes ministeriorū dei: ⁊ vt sapientes
efficeret: factꝰ est nobis iusticia: faciēs
nos viuere in iusticia virtutū. Vt autē
in iusticia viueremꝰ: factus ē nobis san-
ctificatio. Sanctificauit enī nos remittē
do peccata: ⁊ vt sanctificaret factꝰ est re-
demptio .i. dedit p̄ciū sāguinis sui q̄ nos
redimeret vt redēptos sanctificaret: san
ctificatos in iusticia virtutū cōfirmaret:
et in iusticia manētibꝰ sapientiam daret.
Hec oīa factꝰ est nobis: vt quicūqꝫ glo-
riat̄: gloriet̄ nō in se / vel in doctoribꝰ / sʒ
in deo: ad quē modū scriptū est in hie-
remia. Sic in h̄ gliet̄ q̄ gliat̄ scire ⁊ nos-
se me: qꝛ ego sū dn̄s.

¶ Capitulum .ij.

Et ego cū venissem
ad vos fratres: veni
non in sublimitate
sermonis aut sapiē
tie: annūciās vobis testioniū xp̄i.
Nō enī iudicaui me scire aliquid
inter vos / nisi iesum christū: et hūc
crucifixum. Et ego in infirmitate
et timore et tremore multo fui apd̄
vos: et sermo meꝰ et p̄dicatio mea
non in psuasibilibꝰ humane sapiē
tie verbis: sed ī ostēsione spūs ⁊ vir
tutis: vt fides vestra nō sit in sapiē
tia hominum sed ī virtute dei. Sa-
pientiam autē loquimur inter pfe
ctos. Sapientiā vero nō huiꝰ secu
li / neqꝫ principū huiꝰ seculi qui de
struuntur: sed loquimur dei sapien
tiam ī mysterio que abscōdita est:
quā predestinauit deus ante secu-
la in gloriā nostrā: quā nemo prin-
cipū huius seculi cognouit. Si enī
cognouissent: nūq̄ʒ dn̄m glorie cru-
cifixissēt. Sʒ sicut scriptū est. Qd̄ Esaie. lxiiij.
oculꝰ non vidit: nec auris audiuit:
nec in cor hominis ascendit: q̄ pre-
parauit deꝰ his qui diligūt illum.
Nobis autē reuelauit deus p spiri
tum suū. Spūs enī oīa scrutat̄: etiā
profunda dei. Quis enī scit hoīm
que sunt hoīs: nisi spūs hoīs qui ī
ipso est? Itaqꝫ et que dei sūt nemo
cognouit nisi spiritus dei. Nos au
tē nō spiritū huiꝰ mūdi accepimꝰ:
sed spiritū q̄ ex deo est: vt sciamus
q̄ a deo donata sunt nobis: q̄ et loq̄
mur: nō ī doctis humane sapiētie
verbis: sed in doctrina spūs: spūali De ꝯse.
bus spiritualia ꝯparātes. Aīalis dist. iiij.
aūt homo nō pcipit ea q̄ sunt spūs sicut in
dei. Stulticia enī est illi: et nō pōt sacramē
intelligere: qꝛ spiritualiter exami- tis.
natur. Spūalis aūt † iudicat oīa: † al. hʒ homo.
et ipse a nemine iudicat̄: sicut scri- † al. nō hʒ clau-
ptū est †. Quis enim cognouit sen- sulā illā scptū ē.
sum domini: aut quis instruxit eū? esa. xl. c.
Nos autē sensum christi habemꝰ. Roma. xi. d.

¶Expositio cap.ij.

Dixi ꝙ vocatores vr̄i stulti et
cōtemptibiles fuerūt: et quē=
admodū illi sic ego ipse cū ve=
nissē ad vos o fratres: nō veni
per sublimitatē sermonis.i. laborans ar
tificiose loqui: et vti gloriosis verbis: cū
vtiqꝫ propter insipientiā nō dimisi/aut
nō veni per sublimitatē sapientie: vt per
mundanā sapientiā vobis predicarem.
Sūt enim quidā qui sublimes q̄dem ser
mones habēt: nec tamen tantā sapiētiā
artis. Iterū quidā sciūt precepta artis:
non tamen satis habētes artificia locu=
tionis. Ego inq̄ꝫ per sublimitatē sermo=
nis aut sapientie nō veni annūcians vo=
bis christū: et hoc per testimoniū: q̄r q̄d
de christo dicebā/sic testificatū in ꝓphe
tis ostēdebam. Uere non in sublimitate
sermonis aut sapiētie predicaui: nō enī
iudicaui me scire aliquid inter vos: cum
vtiqꝫ multa scirē nisi christū iesū: et hūc
ſm stulticiam gentiū et infirmitatem iu=
deorū crucifixū. Nō enī pretuli me alijs
predicatoribꝰ pro sapientia mundi quā
habuerā: sed eandē stultitiā.i. crucē xp̄i
predicaui quēadmodū illi: per sublimi=
tatē sermonis et sapientie non veni: nec
etiā per reuerentiam ꝑsone: sed ego fui
apud vos in infirmitate.i. in multa tribu
latione: et propter hanc infirmitatē fui ī
timore dei et tremore corporis. Et licet
hec oīa paterer: tamē sermo meꝰ quā ha
bebā in priuatis: et p̄dicatio mea in pu=
blico habita nō fuit in persuasibilibꝰ ver
bis humane sapientie.i. nō tantū studui
apposite loqui ad ꝑsuadendum: sed fuit
predicatio mea in ostensione spiritus.i.
vt spūs sanctus cōprobaret loqui ꝑ me.
Et in ostensione virtutis.i. miraculorū
dei: et ideo ī spiritu ⁊ virtute dei solum:
vt fides vestra quā vobis ministraui nō
sit in sapientia hominū: sed cōstet in vir=
tute dei. Et licet nihil me iudicauerim
scire apud vos: tamē nos sapiētiā loqui=
mur: sed inter perfectos: vobis autē quia
imperfecti eratis loq̄ nō potui. Sꝫ licet
nō loqueremur eā vobis: tñ habemus sa
piētiā/nec carnalē sed spiritualē q̄ lōge
dignior est carnali cui adheretis. Quod
sic ait. Sapiētiā q̄dē habemꝰ: sed nō eā
que sit huiꝰ seculi.i. carnaliū. Neqꝫ etiā
eam que sit principū huius seculi.i. vel
philosophorū: vel malignorū spirituum
qui principantꝛ hoībus mundi: qui prin=
cipes destruūtur et ſm doctrinā et ſm
hoc ꝙ ꝓpter falsam doctrinam damnā=
tur. Sapientiā huiꝰ seculi nō loquimur
sed loquimur sapiētiā dei existētē in mi=
sterio. Sapientiā dei hic vocat illud cō=
siliū quo deꝰ per incarnationē filij hu=
manum genus saluare disposuit. Sapiē
tiam hāc loquimur latētem in mysterio:
nec ita vt q̄cūqꝫ possint eā aīaduertere
vt mysteriū baptismi: ⁊ q̄dam alia: sed q̄
abscōdita est et nemini nisi paucis ꝑ spi=
ritum sanctum reuelata. Quā sapientiā
deꝰ predestinauit ante secula.i. deus ab
eterno sic futura preordinauit in gloriā
nostram.i. omniū fideliū: vt omēs ꝑ hāc
habeamus eternam gloriam. Uel ita in
gloriam nostram.i. predicatorum qui mi
nistramus hanc sapientiam. Conueni=
ens quidem fuit vt nos qui ministramꝰ
alijs: copiosius alijs de hac sapientia
intelligeremus: q̄r sapientiā nemo p̄nci
pū huius seculi.i. philosophorū vel de=
monū cognouit. Uere principes non co
gnouerunt. Nam si cognouissent nunq̄ꝫ
crucifixissent: diaboli qui hoc posuerūt
in cor iude vt traderet eū: vel ī corda iu
deorum vt crucifigerent iesum. Nunq̄ꝫ
vtiqꝫ crucifixissēt quē per hāc crucifixio
nē scirent esse dominū glorie. Si cogno=
uissēt nō crucifixissent. Sed nō cognoue
runt sicut scriptū est in esaia. Hoc inq̄ꝫ
scriptū est: q̄d oculꝰ nō vidit. Illud q̄d
de lr̄a pauli ē: ⁊ nō esaie sic dicētis: ocu=
lus.i. sensualis hō non per se vidit: ⁊ au
ris.i. idē sensualis q̄d per se intelligere
nō potuit/ab alio docēte nō audiuit: nec
etiā in cor.i. in ipsā rōnem hoīs.i. huma=
niter sapiētis/ascēdit: q̄r si hō intellige=
ret/tūc vtiqꝫ q̄d nō intelligēs vile credit
ascēderet ī eo et magnum esse crederet.
Hec inq̄ꝫ nec vidit nec audiuit q̄.i. quāta
et q̄ꝫ digna deus preparauit his qui di
ligūt eū. Uel illō quod nomē esse legat
sic. Scriptum est hic q̄r illud quod ocu=
lus non vidit et cetera: est illa que prepa
rauit deꝰ diligentibꝰ se. Et ē satis bona
relatio. Diceret aliquis. Si in cor hoīs
ħ non ascēdit: quomō ergo tu nosti? Ad
hoc paulꝰ. Nemo quidem huius seculi
cognouit: sed nobis qui iam mūdū exui
mus reuelauit hoc deus per spiritum
suum. Spiritus enim dei docuit: in
quo humana sapientia penitus deficit.

Credendum est vtiq̄ ꝙ per spiritum suum reuelauerit nobis de⁹: nam spiritus dei scrutatur omnia: nō ꝙ ipse ignotum quid habeat: quare cum scrutari oporteat: sed quia aperit nobis oīa que maximo scrutinio sunt inuestiganda. Aperit etiam nobis profunda dei.i.altiora ⁊ occultiora essentie dei: vt illud quomodo trinitas in vnitate/vnitas in trinitate maneat: ꝓbat quod dixit a minori ⁊ a simili ita. Uere spiritus dei tantum scrutari potest ea que sunt dei. Nam spirit⁹ hominis tantū nouit ea que i ipso hoīe sunt: ⁊ si solus spūs hoīs nouit ea q̄ sunt eius hominis: ꝑ simile et a maiori ↄstat ꝙ spiritus dei solus scrutet ea que sunt dei. Qd̄ sic ait. Spiritus inq̄ scrutatur profunda dei. Nam quis hominū scit ea que sunt hominis alterius: nisi spiritus eiusdem hominis qui est in ipso? Nemo vtiq̄. Et qñ q̄dē nemo cognoscit q̄ sunt hominis nisi spiritus eiusdem. Ita simili ratione: et ea q̄ dei sunt nemo cognouit nisi spūs dei qui nobis reuelauit sapiētiā dei. Dixerat q̄dē deū reuelasse si bi per spiritū: sed nondū dixerat eos accepisse spiritū illū de quo subiūgit. Nobis nō tātum reuelauit per spiritū suum de⁹: sed etiam nos accepimus spiritum nō hui⁹ mūdi: sed spiritū qui est ex deo: vt per eum spiritū sciam⁹ mysteria dei: que per gratiam donata sūt nobis a deo que etiam loquimur et manifestam⁹/nō indoctis verbis humane sapientie herē do: sed loq̄mur hec i doctria spūs.i.fm ꝙ dictat spirit⁹ sctūs: et docet nos. Nec q̄buscūq̄ loquimur hec mysteria: sꝫ tm̄ spūalibus: nos dico cōparantes.i.equo examine trutināntes spiritualia spiritualibus: quia si spiritualem auditorē habemus: spūalia sibi dam⁹: si carnalem: reticemus. Spiritualis spiritualia ꝑcipit. sed homo animalis qui sensualitate sola viget vt aliud animal/non ratione: hic inq̄ non ꝑcipit ea que sunt spiritus dei. Propterea nō percipit quia stultitia est illi.i.quia qd̄ spūs docet: stultū reputat adherens carnalitati: ⁊ quia stultitia est illi: ideo non potest intelligere q̄ sunt spiritus dei. Animalis vtiq̄ nō potest intelligere/quia examinatur.i.ꝓbatur animalitas eius: et de ipietate sua cōuincitur spiritualiter.i.per spiritualia illa que sibi conceduntur. Deus eni q̄busdam dat quasdam gratias: sciens eos pro certo gratie non cooperaturos: sed hoc facit vt manifesta sit impioꝝ iusta damnatio. Uel ita vt impersonale sit examinatur. Aialis iō homo nō percipit ea que sunt spiritus. quia examinatur.i.fit examinatio et approbata cognitio eoꝝ spiritualiter viuendo. Qui autem qui carnaliter viuunt: intelligere nequeunt. Aial' nō percipit: sed spiritualis iudicat omnia.i.discernit eligendo bona: reprobando mala. Et ipse spiritualis iudicatur a nemine animali. Carnalis eni neq̄t aiaduertere causam q̄re spiritualis h̄ eligat/alterum reijciat. Uere spiritualis non iudicatur a carnali. Nam spiritualis habet sensum christi: quem carnalis cognoscere nequit. Qd̄ ita ait. Quis aialis cognouit sensum.i.sapiētiam dñi: vt noueri t dispositiones ei⁹. Aut quis instruat eū quid faciendū sibi sit: quid nō faciendum? Animalis vtiq̄ sensum domini nō cognouit: sed nos per spiritū quem accepimus: habemus sensum christi: ⁊ ideo a nemine carnali possumus iudicari.

Capitulum.iij.

Et ego fratres non
potui vobis loqui
quasi spiritualib⁹:
sed quasi carnalib⁹
Tanq̄ paruulis in
christo lac vobis po xv.q.i
tum dedi non escam. Nondū enim q̄dā lex 9. ꝙ scri psi.
poteratis: sed nec nunc quidem po
testis. Adhuc enim carnales estis
Cum enim sit inter vos zelus ⁊ cō
tentio: nonne carnales estis et ꝑm 3.j.b
hominē ambulatis? Cū enim q̄s
dicat ego quidē sum pauli: ali⁹ aūt
ego apollo: nonne homines estis?
Quid igit est apollo? Quid vero
paulus? Ministri eius cui credidi
stis. Et vnicuiq̄ sicut dñs dedit.
Ego plātaui: apollo rigauit: sed de xix.d.
us icrementum dedit. Itaq̄ neq̄ secūdū.
q̄ plātat est aliq̄d: neq̄ q̄ rigat: sed
q̄ incremētū dat de⁹. Qui aūt plā
tat et q̄rigat/vnū sunt. Unusq̄sq̄

autē propriā mercedē accipiet fm suū laborē. Dei enī sumus adiutores. Dei agricltura estis. Dei edificatio estis. Scdm gratiā dei q̄ data est mihi vt sapiēs architect⁹: fundamentum posui: alius autē super edificat. Unusquisq; autē videat quomodo superedificet. Fūdamētum enim aliud nemo potest ponere pter id quod positum est: quod est christus iesus. Si quis autem superedificat supra fundamentum hoc aurum / argentū / lapides pciosos / ligna / fenū / stipulam: vniuscuiusq; op⁹ manifestū erit. Dies enī dn̄i declarabit: q2 in igne reuelabitur: et vniuscuiusq; opus quale sit ignis probabit. Si cui⁹ opus māserit qd̄ superedificauit: mercedem accipiet. Si cuius op⁹ arserit / detrimentum patietur: ipse autem saluus erit: sic tamē quasi p ignē. Nescitis quia templū dei estis: ꝛ spiritus dei habitat in vobis? Si quis autē templū dei violauerit: disperdet illū deus. Templū enī dei sanctum est: qd̄ estis vos. Nemo vos seducat. Si quis videt̄ iter vos sapiēs esse in hoc seculo: stult⁹ fiat vt sit sapiens. Sapiētia enī hui⁹ mundi stultitia est apud deū. Scriptū est enī. Cōprehēdā sapiētes i astutia eoꝝ. Et iterū. Dn̄s nouit cogitationes sapientiū: qm̄ vane sunt. Nemo itaq; glorief̄ in hominibus Omnia enī vestra sunt: siue paulus siue apollo / siue cephas / siue mūdus / siue vita / siue mors / siue pñsentia / siue futura. Omnia enim vestra sunt: vos autem christi: christus autem dei.

De psf. nō bap. ca. si. de sūma tri. ca. vnico in cle. De pe. di. ij. si enī x. liberi arbitrij

J. vj. d ij. cor. vj. d

xxxij. q. iiij. in eo xxviij. d. discernimus

Ro. j. c.

Job. v. b ps. xciij

xxiiij. q. vij. qd̄ aūt. i si.

Expositio cap. iij.

Licet fratres spūales simus sicut ostensum est: et spūalia doceam⁹: tñ ego fratres non potui vobis loqui q̄si spūalibus sed quasi carnalibus locutus sum: et q2 carnales eratis: dedi vobis tanq̄ paruulis in christo id est teneris in fide christi lac potum. Per lac significat dulcedinem doctrine: per potum facilitatem Dedi vobis lac nō escam. i. illam doctrinā in simplicitate vr̄a ruminare q̄ poti⁹ erat facilitate nutrienda q̄ difficultate pmēda. Ideo spūalia nō dedi: q2 nōdū capere poteratis: sed nec dū quid potestis: licet de nouis doctoribus modo gloriemini. Uere nondū potestis. Nam adhuc carnales estis. Et hec carnales. Nā cū modo sit inter vos zel⁹. i. inuidia aī / ꝛ contētio in verbis: nōne carnales estis: et nōne ambulatis fm hominem. i. fm carnalē doctrinā coꝝ hominū quos sequimini? Uere carnales estis ꝛ fm hominē ambulatis: q2 cū aliqs vestrum dicat / ego / qd̄ē sū pauli: ali⁹ āt dicat: ego sum apollo: nōne homines estis. i. nōne fm hoīem sapitis? Q2 dicitis ego pauli ego apollo: igif̄ dicite mihi qd̄ ē apollo: qd̄ vero paulus? et qd̄ eos conferre vobis creditis? Hoc vere de eis sentire potestis: quia ministri sunt ei⁹ cui vos credidistis. Et nihil aliō sunt nisi qd̄ ex precepto dei ministrāt vobis q̄ dei sunt: licet diuerso mō. Q2 sicut dn̄s dedit vnicuiq; nostrū / ad cū modū ego plātaui. i. euāgelizaui / ꝛ ad fidē vos traxi: apollo vero rigauit. i. baptizauit vos iam p me credētes: sed de⁹ sol⁹ dedit incrementū bonoꝝ p spiritū suum. Sequif̄ metaphorā plātate arboꝛ: quā ali⁹ rigat / alius plātat: et de⁹ sol⁹ incremētū dat. Et q2 sol⁹ dei est icremētū dare: itaq; neq; ille qui plātat est aliquid q̄tū ad donum fidei: neq; ille q̄ rigat aliqd̄ est i remittēdis peccatis: s3 deus totū est q̄ sol⁹ dat incremētū fidei: et sequētis iusticie. Diceret aduersari⁹: l3 ministri sint dei: tñ diuersi sunt in meritis: ꝛ merita credo aliqd̄ pferre mihi. Cōtra hoc paul⁹ l3 alter dignior alter min⁹: tñ q̄ plātat ꝛ q̄ rigat vnū ꝛ indifferētes sunt i administrādo: solūmodo donū dei dispēsant: quod nec augeri pōt vel minui bonis malisue meritis eoꝝ: licet q̄ plātat et qui rigat indifferentes sint: in eo q̄ ministri sunt

xpi. In eo tñ differũt: q̄ vnusq̇sq; acci-
piet ꝓpriã mercedẽ mẽsuratam sibi ẜm
suũ laborẽ.i.ꝑ modo q̄ in ope dei labo-
rauit. Plus eni ei debet: qui plꝰ meret.
Et hoc bene ad intẽtionẽ. Ubi eni ostẽ
dit se magis alijs in fide corinthiorum
ꝓmereri:et de se gloriandũ nõ esse sub-
ditis dicit. Lõge minus in his q̄ minus
merent gloriãdũ/⁊ nihil penitꝰ esse ostẽ
dit. Reuertamur ad litterã. Uere ẜm ꝓ
priũ laborem accipiet mercedẽ: nos eni
in vobis deũ plus alijs adiuuimus / et
ideo plꝰ alijs remunerabimur quod ita
sit. Nos sumus adiutores dei.i. opera-
rij:et vt serui ministrãdo p̄ceptis dñi ad
iuuimus deũ in vobis ministrãdo fidem
eiꝰ sicut ipse nobis disposuit. Uere deũ
adiuuimꝰ in vobis. Nã vos estis agricul
tura dei.i.cultus agri:a quibꝰ iam eradi
cate sũt spine peccatorũ. Estis inq; agri
cultura per ablationẽ malorum:et estis
edificatio dei per positionem virtutũ:qr
super fidem vestrã deus iam alias virtu
tes edificauit. Et quod estis agricultu-
ra et edificatio dei /hoc est per me. Ego
eni posui fundamentũ.i.fidẽ sup quam
fũdant alie virtutes. Posui vtiq; vt ar
chitectus.i. princeps tecti.qr et si alios
coadiutores in vobis habui: ego tamen
p̄riceps ibi fui. Architectꝰ dico sapiẽs
.i.cum discretione singulis qd capaci-
tati eorum sufficere poterat impartiẽs.
Hoc aũt feci ẜm gratiã dei:fundare eni
vos in fide non possem:nisi operaret me
cũ gratia dei. Ad quã habendã nõ pre-
misi meritũ /sed que ex mĩẜicordia data
est mihi. Ego quod ad me pertinuit sa-
nũ fundamẽtũ posui:sed aliꝰ cuiꝰ est edi
ficare sup h̄ fũdamẽtũ videat q̄d supedi
ficet. Aliꝰ eni ẽ q̄ edificat sup h̄ fũdamẽ-
tũ:q̄si diceret qd meũ fuit fundamentũ
posui:qd vestrũ ẽ videte vt bñ superedi-
Super edificare q̄s dicitur. — ficetis. Ille superedificare dicitur:q̄ vl'
virtutes edificat. Uel si peccat nõ ita tñ
vt fundamẽtum destruat:qd destruitur
per criminalia: nisi per aptã penitentiã
deleant. Destruitur etiam ꝑ venialia q̄
nõ solũ ex necessitate habemꝰ. Cum etia
Prouer. xxiiij.b. — iustus septies cadat in die. Sed per ea
venialia q̄ ex volũtate/⁊ impenitẽtes in
eis cõsentiẽdo admittimꝰ. Ego q̄dẽ pro
uide posui fundamentũ. Uideat autem
vnusq̇sq; vestrũ qũo edificet sup hoc fũ
damentũ:arbitrio eni vestro iam ꝑ acce
ptam gratiã cõfortato relinquit h̄ opus
¶ Notandum est q̄ superedificare dicũ
tur hi solũ quorũ culpis nõ destruit fun
damentum. Qui eni destruit potius di-
cenda est euersio peccati q̄ȝ superedifica
tio. Uidendum vtiq; est vobis de super
edificatione ne varietur. Nam de funda
mẽto securos vos reddo /qr vnũ est. Ne
mo eni potest fundare aliud fundamẽtũ
qd sit preter id qd positũ est a me.qd fun
damẽtũ.i.fides est christꝰ iesus. Fides
ei tua de christo (iuxta augustinũ) xp̄s
est in corde tuo. Si q̄d eni aliud p̄ter fi-
dem ponit:euersio fundamẽti nõ funda-
mentũ ẽ. Fundamẽtũ q̄dẽ vnũ et aliud es
se nequit:sed superedificationes sunt di-
uerse:qr aliꝰ aurũ /aut argentũ. Aliꝰ fe-
num vel stipulã supedificat. Qd ita ait.
Si quis autẽ supedificat supra hoc fun
damentũ.i.fidem.aurũ /argẽtũ /lapides
preciosos:per hec tria virtutes sunt /sed
discrete itelligũtur. Uel ligna /fenũ /sti-
pulam:per hec tria discreta mala:que ta
men fundamentũ nõ destruant / accipiũ
tur. Hec autẽ oĩa ꝑ ignẽ (sicut proxime
subiũget) ꝓbabunt. Per aux ꝑfecta iu
sticia: vt eorũ nihil penitꝰ purgandũ sit
qui vtiq; per ignem trãsituri sunt:non vt
ibi aliqua acerbitate detineant: ȝ sicut
purissimũ aurũ igni adhibitũ nõ solum
nullũ patit detrimentũ:sed per hoc ma-
iori nitore fit splẽdidiꝰ. Sic ꝑfecti ignis
vtiq; lesionẽ nõ sentiũt:sed ꝓbabiliores
agilitate virtutũ ab hoc igne facillime
emergũt. Per argẽtũ significant iusti:ã
q̄bꝰ tñ aliqua leuia purgãda sũt:quia ve
lut argẽtũ in igne positũ decolorat : qui
color arte artificis post ignẽ reddit: sic
illi ignem quidẽ patiẽtur sed leuiter: qr
leuia ꝯmiserũt. Per lapides preciosos
signant iusti:licet premãtur aliquot ve-
nialibꝰ:magis tñ adheserũt iusticie:⁊ iõ
patient quidem in igne magis his predi
ctis:quẽadmodũ lapides preciosi plus
detrimẽti ꝑ ignẽ sentiunt q̄ȝ argentum.
Pluraliter ideo lapides dixit: qr in hoc
gradu diuersi erunt: et ẜm diuersitatem
meritorũ sentiẽt. Per hec tria genꝰ ꝑfe-
ctorũ. Per tria que sequũtur / signãtur
iperfecti. Per ligna accipiunt hi q̄ i mũ
do q̄dẽ remanẽt. Uxores /filios /⁊ pos-
sessiones habẽt:quos pẽsare oportet: q̄
vxoris sunt /et filiorũ. Et iõ plurimũ la-
borare. Nec orationibꝰ eccl'e ꝓpter hoc

quomodo deberēt/possunt interesse.Hi
tamen:quia non sic diligunt mundum vt
eum deo preponant:saluabunꝛ quidem:
sed tamē diu per ignem punientur:quē
admodū lignū longa materia est ignis:
⁊ multo spacio cōburitur. Per fenum si
gnanꝛ illi q̄ aliquādiu quidē affligūtur
ꝑ ignē.Sed velut fenū quod cito in igne
deficit cito euadent. Per stipulam vero
que propter ariditatē citius feno com=
buritur: signātur hi quorum pena com
pendiosa erit in transitu ignis. Si quis
autem edificat hec vel hec. Opus vnius
cuiusqꝫ sēsit aurū/vel lignum: vel quod
cūqꝫ manifestum erit. Et hoc probat.
Nam dies dñi declarabit hoc opus.Di
em domini vocat ab hora dissolutionis
vniuscuiusqꝫ vsqꝫ ad iudicium. Ex quo
enī anima separatur a corpore/dies do=
mini est in eo:quia nihil iam operari po=
test preter voluntatē dei:sed dum homo
viuit dies hominis est/⁊ nō dei: Qr ope
ratur homo qđ placet: bonū vel malum
ex libertate arbitrij. Vere dies domini
declarabit. Nam in igne reuelabitur.i.
palam fiet opus eius.Hūc ignem conti
nuū dicit sicut diē. In morte enī hoīs pa
ratus est diabolus cum igne et tortori=
bus suis. Et si quid purgandum est pur
gat per adhibitū ignē.Si vero nihil pur
gationis est opꝰ (vt in beato martino)ip
sa euasio ignis reuelat bonitatē sui ope=
ris:vt in eo quem torquet fuisse aliquid
sordis. Sed quia nondum plane pōt h
videri:in igne purgatorio singulis sin=
gulorum opera reuelabūtur. Vere opꝰ
cuiusqꝫ reuelabitur in igne. Nam ignis
ille probabit quale sit opꝰ vniuscuiusqꝫ.
Seu sit auꝝ/vel lignū/vel quotcūqꝫ sit
Vere ignis ꝓbabit singuloꝝ opus. Nā
est et bonum opus et malum:bonū vtiqꝫ
Si enim opus alicuiꝰ qđ edificauit su=
per fundamentum māserit illesum: hic
vtiqꝫ accipiet mercedem superedifica=
ti boni. Malū opus probabit ignis. Nā
si opus alicuiꝰ arserit: id est ardere pos=
se inuētum fuerit/ vt lignum/fenum/sti
pula: hic vtiqꝫ patietur detrimentum ⁊
affligetur per violentiam ignis. Sed li=
cet patiaꝛ detrimentū: tñ ipse saluꝰ erit.
Sic tamē dico saluū quasi per ignē trāsi
turū. Priꝰ enim qđ dulce ꝯmittere fuit
puniri oportet per amaritudinem ignis
¶ Determinauit mō discretiōes operū
que non destruunt fundamētum:dicēs
oēs saluandos q̄ illđ non destruūt: nūc
subiūgit de opibꝰ his q̄ destruūt funda=
mētū:⁊ thesaurizāt eternū iteritū dicēs
Si q̄s nō destruit fundamentū saluabiꝛ
si quis autem violauerit tēplum dei dis
perdetur. Sed vt compungat eos:pre=
mittit interrogationem hanc dicēs. An
nescitis q̄ vos estis templum dei: deus
autem sanctificat vos vt sitis sibi tem=
plum. Et ita dico templū q̄ spiritus dei
omni assiduitate habitat in vobis. Si
quis autem violauerit se templū dei/de
struendo fundamentum fidei/vel in se
per criminalia: vł in auditoribus docē=
do falsa: illum vtiqꝫ disperdet deus in
eternum interitum. Et merito qui vio=
lat disperdetur. Nam templum dei san=
ctum est:et violari non debet:quod tem=
plum vos estis. Et quia templū dei estis
propterea videte ne aliquis pseudo do=
ctorum seducat vos per falsam doctri=
nā. Vel nemo nostrum seducat se ipsum
destruendo fundamentum fidei. Nemo
inqꝫ seducat se: sed si quis manēs inter
vos videtur sibi esse sapiens in hoc secu
lo:id est de seculari scientia:fiat stultus:
id est credat ⁊ cōfiteatur se esse stultum:
vt sic mereatur esse vere sapiēs: vere ne
cesse est eū stultū fieri vt fiat sapiēs. Nā
sapiētia huiꝰ mūdi stultitia ē apud deū.
Et vere stulticia ē apđ deū. Nā scptū ē
in iob de mūdana sapia sic loquēte deo.
Sapiētes mūdi ego cōprehēdā. i.cōclu
dā in ipsa astutia eorū.i.in eo in q̄ se ma=
gis astutos intelligūt nec resistere pote=
rūt. Et iterū de mūdi sapiētia scribitur
in psalmo.Dñs nouit cogitatiōes sapiē=
tiū. Nostra trāslatio habet hoīm.i.huma
niter sapientiū.Hoc nouit de illis q̄m va
ne sunt. Qñquidē hoīs sapia ꝓbatur eē
stultitia:itaqꝫ nēo vestrū vlteriꝰ gl'ieꝛ in
hominibus .i. in his doctoribus de q̄bꝰ
propter humanā sapientiā gloriamini.
Probat non esse gloriandum in his:ta=
men quia serui eorum sunt:qui eis predi
cant: etiam ipse idem. De re autem infe
riori vel eq̄li gloriari nō licet:sꝫ solūmō
de maiori se:tamē ideo quia si de paulo
et cepha nō est gloriandū: multo minus
de illis carnalibꝰ quos cōstat lōge eē in
feriores istis. Unde ait. Nō est glorian=
dum vobis in hoībꝰ: nā omnia vr̃a sunt
.i.seruituti vestre deputata: siue etiā sit

paulus siue apollo: siue caput eorum ce phas .i. petrus: siue mundus vester est: seruit enim vobis: et si ministrat necessaria / et si aspera quelibet ad meritum iusticie vestre inferat: siue vita vestra est. Nam vt de male actis peniteamini / et post bene agendo promereamini: presens vita conceditur vobis: siue mors vestra est. Utile enim est amplecti mortem pro christo si se ingesserit: siue presentia / siue futura bona vel mala. Uestra sunt vere hec predicta: nam omnia vestra sunt / vos autem solummodo christi estis / in quo solo gloriari debetis. Christus autem est dei: non quod christus ab eo differat in substantia: sed quia per mediantem christum reducimur ad deum. Cephas caput / simon obediens: bariona filius columbe dicitur. Quia autem hoc nomen cephas mutauit ei deus / et vocauit petrum: inde consuetum est mutare nomina apostolicorum.

Bariona filius colūbe dicit.

Capitulum. iiij.

Sic nos existimet hō vt ministros xp̄i et dispēsatores ministeriorum† dei. Hic iā q̄rit inter dispensatores: vt fidelis quis ueniat. Mihi autē pro minimo ē vt a vobis iudicer: aut ab humano die. Sed neque meipsum iudico. Nihil enim mihi conscius sum: sed nō in hoc iustificatus sum. Qui autē iudicat me: dominus est. Itaque nolite ante tempus iudicare: quoadusque veniat dominus qui et illuminabit abscōdita tenebrarum: et manifestabit consilia cordium: et tunc laus erit vnicuique a deo. Hec autē fratres transfiguraui in me / et apollo propter vos: vt in nobis discatis ne supra quam scriptum est vnus aduersus alterū† infletur pro alio. Quis enim te discernit? Quid autem habes quod nō accepisti? Si autē accepisti: quid gloriaris quasi non acceperis? Iam saturati estis iam diuites facti estis. Sine nobis regnatis. Et vtinam regnetis: vt et nos vobiscum regnemus. Puto enim quod deus nos apostolos nouissimos ostendit tanquam morti destinatos: quia spectaculum facti sumus mūdo / et angelis: et hoīb⁹. Nos stulti propter christū: vos aūt prudentes in christo. Nos īfirmi: vos autem fortes. Uos nobiles: nos autem ignobiles. Usque in hanc horā et esurimus / et sitimus / et nudi sum⁹ / et colaphis cedimur / et instabiles sumus: et laboramus operātes manibus nostris. Maledicimur: et benedicimus. Persecutionem patimur: et sustinemus. Blasphemamur: et obsecram⁹. Tanquam purgamenta huius mundi facti sumus omnium peripsima vsque adhuc. Non vt confundam vos hec scribo: sed vt filios meos charissimos moneo. Nam si decem milia pedagogorum habeatis ī christo: sed non multos patres: Nā in xp̄o iesu per euāgelium ego vos genui. Rogo ergo vos frēs: imitatores mei estote: sicut et ego christi. Ideo misi ad vos timotheum qui est filius meus charissimus et fidelis in domino: qui vos commonefaciat vias meas que sunt in christo iesu: sicut vbique in omni ecclesia doceo. Tanquam non ventur⁹ sim ad vos sic inflati sunt quidam. Ueniam autem ad vos cito si dominus voluerit: et cognoscam non sermonem eorum qui inflati sunt: sed virtutem. Non enim in sermone est regnum dei sed in virtute. Quid vultis? In virga veniā ad vos: an in charitate et spiritu mansuetudinis?

Left margin notes:
† al. ministrorum.
vi. q. i. beatus.
De pe. di. iij. adhuc psi. di instāt in fi.
xi. q. i. sacerdotib⁹. i fi.
† al. aliū.
De pe. dist. ij. e plus.

Right margin notes:
xxviij. i. sic e[t]
Ephe v. a. Phil iij. d. I. xi. d
xxxvij. dis. oēn vim.

Expositio cap. iiij.

Ulia modo adeo se humiliaue: rat paulus dicens: et apollo vestri sunt: ne propterea inflarentur corinthij: dicit se esse magne dignitat[is]: quia ministros christi etc. Litera sic iungitur / licet premiseri ego paulus et apollo vestri sumus: tamē sic nos existimet homo quicū[que] est inter corinthios vt ministros christi. i. vt eos q[ui] digni sunt ministrare christum et fidem ei[us] subditis: existimet etiam nos vt dispensatores misteriorum dei. Dispēsamus enī ecclesiastica officia: hūc presbiterū: aliū diaconem consecrando. Uel dispensatores mysteriorum. i. secretorum dei: scimus enim et loquimur fidelibus cōsilia dei: Propterea dico: sic nos existimet homo: quia hic. i. in hac ecclesia corinthiorum iam. i. āte opportunū temp[us] iudicij. In hoc enim mundo quia occulta sunt opera: iudicare non licet: Uel hic. i. hac occasione qua dixi nos debere existimari ministros et dispensatores: propterea iā queritur inter dispensatores quis eorū inueniatur vt fidelis. i. perfectus: et cui[us] iusticia conferat discretum aliquid baptizatis suis: Ut fidelis dictum ē: sicut ibi habitu inuentus vt homo. Sed quicquid alij dispensatores sentiant: ego tamen hoc respondeo: quia mihi pro minimo est et puipendo vt a vobis iudicer. i. vt vos me condēnetis: aut vt iudicer ab humano die. i. ab homine: qui etiam propter subtilitatē ingenij dies dicat[ur]. Uos me nescitis iudicare: sed ne[que] ego ipse iudico. i. reprehēdo meipsum in aliquo: nō quia nihil conscius sum mihi: et sicut sciencia mea non inuenit quid iudicet: multominus vos qui occulta consciētie scrutari non potestis. Sed licet conscientia mea nullius accuset me: tamen non in hoc iustificat[us] sum: quia fortasse quedā estimo bona que de radice mala pullulāt. Nec homo / nec ip[s]a conscientia mea iudicare me potest: sed ille qui iudicat. i. qui iudicandi me potestatem habet: dominus est: et preter eū nemo [hoc] potest. Et q[ua]n[do]q[ui]dē de[us] solus iudicare potest: hō vero non: quia nec seipsum satis intelligit. Itaq[ue] nolite iudicare me / vel alium ante tempus. i. nūc cum adhuc occulta latēt: quo adus[que] veniat d[omi]n[u]s ad iudicium: qui vti[que] veniet: et illuminabit. i. palā faciet abscondita tenebrarum. i. peccatorum: quia inter peccata quedam latent abscōsa. Qui etiam manifestabit cōsilia cordium. i. opera bona: que ex consilio et deliberatione recti cordis facta sunt: et tunc in aduentu illo vnicui[que] qui ex consilio cordis recte egit / erit lausa d[omi]no. ¶ Q[uo]d supra ait corinthios dicere ego sum paulli / ego sum apollo: expōit hic quomodo figuratiue hoc dixerit: significando illos de quibus gloriabantur per nomen suum: et per apollo q[uo]d vtr[um]q[ue] fecit in exemplum humilitat[is]. Unde sic ait. Quod supra posui vos dicere ego sū apollo / ego pauli: non ideo sic feci q[uod] de nobis gloriaremini: s[ed] o fratres ego transfiguraui id ē trāstuli hec i me figuratiue loquēs: dum nomīa nostra illis pseudo attribuebam. Hec vti[que] transfiguraui in me et in apollo: et hoc propter vos insinuandos vt vos discatis in nobis / ne vnus infletur aduersus alterum pro se facto alio: id est digniori q[uam] alter sit per meritū sui baptizatoris. Uel pro alio: id est pro iustiori doctore quē habuit. Ne ifiemi dico agentes q[uo]d supra. Scriptū ē super[us] vt qui gloriatur / nō in merito hominis: sed in domino glorietur: nō debes inflari aduersus alterum: quis enim ē qui te discernit ab alio sciens merita singulorū? Stultus vti[que] est / qui te discernere presumit. Iterum non debes inflari: q[uia] q[ui]d habes tu ab illo doctore de quo gloriaris quod non accepisti a me? Magis vti[que] a me accepisti: quia fidem q[uam] ab illo. Iterum nō debes inflari: quia sic accepisti a me: quid de alio gloriar[is] quasi nō acceperis a me q[uo]d ab illo? magis vti[que] a me: Uel alit[er]. Noli iflari quia quis est qui te discernit a massa perditorū in adam vt faciat te vas in honorē: nisi deus solus? Nemo vti[que] iterum ne infleris: quia quid habes tu boni ab aliquo quod non accepisti a deo: deus totius boni est largitor: iterum non debes inflari: quia si tu accepisti aliquid a deo: quid gloriaris inde: ascribens hoc merito hominis quasi non acceperis illud a deo: Dico ne gl[or]iemini: sed male dico: q[uia] vos merito debetis gloriari: iam enim estis saturati. i. satis habetis bona in vobis: iam etiam facti estis diuites / habentes quod diuidatis singulis: et iā regnatis. i. vos ipsos bene regitis sine nobis: Hec oia hironice: sed a modo serio. Ne

gnatis dico (et vtinã in ꝟitate regnet;)
Hoc enim cuperẽ vt regimie nostro nõ
indigeretis: ita regnetis vt et nos regne
mus nobiscum: id est vt vos in regno il-
lo dignitate vite nos ꝓcederetis. Mal-
lẽ certe vos preire: et me sequi: ꝙ̃ e con-
uerso: quia de me certior sum ꝙ̃ de vo-
bis. Iterũ hironice: vos vtiq̃ regnat; /
nos minime: quia puto quod vos equi-
dem putatis: hoc scilicet ꝙ deus ostẽdit
nos nouissimos: id est deteriores ⁊ nulli
us dignitatis apostolos. Nos dico tãꝗ̃
destiatos morti. i. quia adeo affligimur
pro christo / vt solũmodo ad mortem na
ti videamur: propterea vobis in mundo
florẽtib⁹ contemptui sumus. Ideo etiã
quia spectaculum facti sumus huic mũ-
do: conueniunt enim omnes ad oppres-
sionem nostram: et mala nostra lud⁹ eo-
rum. Huic mundo dico: nam et angelis
malis qui gaudent de afflictione nostra
⁊ hominibus. Et iõ nos reputamur stul
ti: sed hanc stulticiam bonum esset imita
ri: q2 ꝓpt christum nos stulti: vos autẽ
prudẽtes in xp̃o: qd̕ vtiq̃ nec estis: nec
esse debetis. Nos infirmi et imbecilles
mundo: vos autem fortes et de potentia
mundi gloriãtes. Vos nobiles: nos aũt
ignobiles. Vel alit̃: vt sine hironia lega
tur. Vellẽ nos regnare vobiscum: nam
certus sum ꝙ reuera regnabimus: puto
enim: et hoc vtiq̃ confido ꝙ deus osten-
dit nos nouissimos apostolos. i. similes
nouissimis. i. enoch et helie: quia tãta pa
timur modo in principio ecclesie: quãta
illi passuri sunt ab antichristo ĩ fine: Vn-
de idẽ paul⁹ ait. Nos sumus in quos fi
nes seclorũ deuenerũt. Quare etiã nero
dict⁹ ẽ antichristus: q2 quemadmodum
iste enoch ⁊ heliam: sic ille petrũ ⁊ paulũ
interficit. Vere nouissimi sum⁹: nã desti
nati morti: nã spectaculum mũdo. Et ce
tera similiter exponãtur: sed non hironi
ce. Nos stulti / vos prudentes: vos for-
tes / nos debiles / hic eadẽ hironia. Nec
solum premissa mala patimur sed a prin
cipio predicationis nostre vsq̃ in hanc
horam ⁊ esurim⁹ ⁊ sitimus: ⁊ nudi sum⁹ /
⁊ colaphis cedimur / ⁊ instabiles sumus
de loco ad locum fugati: ⁊ laboram⁹ ope
rãtes manibus nostris vñ victũ hẽam⁹
Maledicimur ab impijs: et nos bñdici-
m⁹ illos. Patimur persecutionẽ: ⁊ susti-
nemus alacriter. Blasphemamur ⁊ obse

cramus impios: ne blasphement vl̕ deũ:
vt ignoscat blasphemãtib⁹. Et adeo se-
uiunt in nobis ꝙ facti sumus tanꝗ̃ pur-
gamenta huius mũdi. Videt̃ eni illis ꝙ
mũd⁹ de nobis polluatur / ⁊ per interitũ
nostrum purgetur. Facti sum⁹ vtiq̃ per
ipsima. i. purgatio oim: q2 iam oẽs pur-
garentur si non essemus: s3 de nobis pol-
luũtur. Peripsima dicitur purgamẽtũ
pomi / vl̕ spuma ferri ꝫm ambrosium: ta
les facti sum⁹ a principio mũdi vsq̃ ad-
huc. ¶ Q2 aspe locut⁹ fuerat corīthijs:
incipit eis iterum blandiri dicens: licet
hironice dixerim / vos prudẽtes: fortes
et nobiles: tñ non scribo hec vt confun-
dam vos / ⁊ erubescere faciam: s3 moneo
vos nũc blãde / nũc aspe: vt meos carissi
mos filios. Vere filios: nã si habeat; de
cem milia pedagogorum. i. magistrorũ
(etiã fideliũ in xp̃o) tñ nõ habet; ml̕tos
patres / ꝫm fidem: vere non multos / nã
me solum. Ego enim genui vos in xp̃o
iesu / per euãgelium meum. Et quãdoq̃
dẽ ego pr̃ vos filij. Ergo rogo vos fr̃es
estote mei imitatores: vt filij pr̃is. Ideo
enim q2 filij estis: ⁊ vt imitatores sit;: mi
si ad vos Timotheũ qui est filius meus
charissim⁹ ⁊ fidelis in dño: ⁊ huic acq̃e-
scite. Misi ideo vt sit q̃ vos cõmonefa-
ciat vias meas: vt sicut ego / sic et vos / ĩ
omni iusticia ambuletis: que vie sunt in
sistende: q2 sunt in christo iesu: et omnis
ecclesia sequit̃ eas. Qd̕ ita ait: sicut ego
doceo vbiq̃: nec passim in agris: s3 in oĩ
ecclesia. Per hũc timotheũ dicitur apo
stolus misisse hanc epistolã corinthijs:
locutus est superius de baptizatoribus
illis: ⁊ satis probauit non vnum prefer&
dũ esse alteri. Causatus est etiã illos de
mundana sapientia: ꝙ nimie laudis cẽt
apud illos: et de cõtemptu suo: nũc autẽ
transit ad illud / de fornicatore quodam
qui nouercam suam duxerat vxorem:
quem ipsi nec a communione ecclesie se
iunxerant / nec de peccato fratris condo
luerant: sed potius inflabantur inde di-
centes: quia si a bono baptizat⁹ esset nũ
ꝗ̃ in tãtam peccati foueã rueret: quem-
admodum apparebat: in quib⁹ ne simi-
liter peccarẽt operabatur iusticia bapti
zatoris. Littera sic iũgitur. Ego sollici
tus de vobis vt pater de filijs: mitto ad
vos timotheum: s3 quidam de vobis sũt
inflati. ⁊ fortasse propter superbiam suã

Peripsima q̃ dicitur.

non cum audituri:ideo de superbia hic
tangit eos: vt in omni humilitate inue=
niat eos obedisse timotheo. Inflati vti=
q estis:sic tanq ego non sim ventur⁹ ad
vos:nec aduētum meum reuereamini/
quem vtiq vereri vos oportet/nisi vos=
ipsos correxeritis. Fortasse creditis me
nō venturum:qr modo mitto timotheū:
sed scitote quia cito veniā ad vos: qđ ta
men mei iuris non ē:et ideo determino si
dominus voluerit/cuius voluntati con
traire nō lz. Veniā vtiq et tūc cognoscā
.i.approbabo iuxta illud:nouit domin⁹
qui sūt eius. Cognoscam vtiq non ſmo
nem eorum.i.non curialitatem et artifi=
cium sermonis: cui adherēt hi qui p hu
iusmodi sermonem inflati sunt:sed co=
gnoscam et laudabo i vobis virtutem.i.
humilitatem: patientiam etc. Hec enim
laudari debent non sublimitas ſmōis:
ideo cognoscam virtutem et non sermo=
nem:quoniam non in sermone huius mo
do est.i.acquiritur regnum dei:sed i vir=
tute integre fidei et boni operis. Et q
duo vobis pposui:sermonem quē repro
bo:virtutem quā approbo. Quid vultis
.i.quid horum eligitis? veniam ad vos
in virga.i.in asperitate correctionis: an
veniam ad vos in charitate.i. in leuita=
te? Et adeo q in spiritu mansuetudinis
.i.quasi assuetus manui et gaudens deſ=
uire vobis? Si in sermone inuehero ve=
niam in virga:si in virtute veniam in spi
ritu charitatis. Videtur vbi ait in ꝟga
an in charitate p h innuere quasi corre=
ctio non sit ex charitate si aspera est: qđ
vtiq falsum ē:sz dicit hoc ſm infirmita=
tem eorum qui totum iudicabant esse ex
ira/qđ voluntati carnis contraibat.

Capitulum quintum.

Omnino auditur in
ter vos fornicatio:
et talis fornicatio
qualis nec inter gē
tes:ita vt vxorē pa
tris sui aliquis ha=
beat. Et vos inflati estis: et nō ma
gis luctum habuistis: vt tollat de
medio vestrum qui hoc opus fecit.
Ego quidem absens corpore: pre=
Colos. ii.a. sens autem spiritu: iā iudicaui vt
presens eum qui sic operatus est i xxiiij.q. j.audiui
nomine dñi nostri iesu xpi/ congre m⁹.§.in
gatis vobis et meo spiritu cum vir quibus.
tute dñi iesu/tradere huiusmōi ho
minem sathane in interitum carnis:
vt spiritus saluus sit in die domi=
ni nostri iesu christi. Non est bona
gloriatio vestra. Nescitis qr modi Gal.v.b
cum fermentū totam massam corrū
pit? Expurgate vetus fermētum:
vt sitis noua cōspersio sicut estis azi
mi. Etenim pascha nostrum imo=
latus ē christus. Itaq epulemur: De cele.
non in fermento veteri:neq in fer= miſ.c.ſi.
mento malicie et nequicie:sed i azi= j.q.j.ſi
mis sinceritatis et veritatis. Scri inquit.
psi vobis in epistola: ne cōmiscea= De di=
mini fornicarijs. Nō vtiqz forni= uor.gau
carijs hui⁹ mūdi:aut auaris:aut ra= dem⁹.
pacibus:aut idolis seruiētib⁹:alio
quin debueratis de hoc mūdo exiſ
se. Nunc autem scripsi vobis non
commisceri. Sz is† q frater nomi † al.ſi
natur inter vos: est fornicator/ aut quis.
auarus/aut idolis seruiēs/aut ma
ledicus/ aut ebriosus/ aut rapax:
cū hmōi nec cibū sumere. Quid ei
mihi ē† de his q foris sunt iudica= † al.nō
re? Nōne de his q int⁹ sunt vos iu hz est.
dicatis. Nam eos qui foris sunt xlv.diſ.
deus iudicabit. Auferte malū ex ſz illud.
vobisipsis.

Expositio Ca.v.

Vtiq veniendum est ad vos in
virga:quoniam auditur inter
vos eē fornicatio. Audit vtiq
omnino.i.ſm infamiā omniū: Hic fatē
de q quia oēs ifamāt vos:(fama etiam inuit q
hoc attulit ad me) nō est expectand⁹ ac= infamia
cusator. Nec que patienda sit:sed talis criminis
fornicatio qualis nec auditur inter gen= ad dāna
tes:id est inter gentiles prime geniture tionem
adhuc adherentes. Auditur ita vt ali= sufficit=
quis de vobis habeat vxorem pris sui: at:etiā
id est nouercam suam duxerit vxorem. ſi nō ſit
Dicerent illi. Quid ad nos? Multum accusa=
tor.

sit paulus: qr enim frater peccauit / vos inde inflati estis superbientes / quasi me lius illo per baptismū iustificati: qr non similiter corruistis. Nec solū inflati: sed etiā nec habuistis luctū condolendo ca sui fratris / magis: id est qd eligendū esset vobis non inflari. Nec hoc cure habui- stis: vt tollatur de medio vestrum: id est vt a cōmunione ecclesie separaretis eum qui hoc opus fecit: qui vxorem patris si bi illicite vsurpauit: vos psentes non tu listis eum de medio vestrum: sed ego ab sens vtiq corpore / presens autem spū. i. auctoritate aplica. Dicunt etiam sancti quia spūs sanct⁹ nota faceret ei etiā ab- sentiū facta. Presens vtiq spiritu iā iu dicaui. i. cōdēnaui eum: vt si presens fie- rem corpore: eum dico qui sic operatus est cū vxore patris / iudicaui vtiq: & hoc sciatis me fecisse in noīe dñi nostri iesu christi: ne dicatis q repulsio eius detri- mentum sit ecclesie christi: qui potius in hoc honoratur / q ecclesia sua minorat. que vtiq veneno huius male inficeret si non hic repellatur. Judicaui vtiq vo bis cōgregatis tradere hūc sathane: Uel illud / in nomine dñi / ad sequētē litterā respicit sic. Hoc inq de eo iudicaui vt vobis congregatis in nomine domini ie su christi: & presente meo spiritu. i. aucto ritate mea vobis cooperāte. Quid inde diceret impius si spūs tuus nobiscū sit? multū vtiq ait paulus. Nā spiritu meo dico manēte cum virtute dñi iesu: qr vir tus dei mihi & per me vobis cooperabit Judicaui inq oportere vos tradere eū

Sathane tradere est excōicare. qui huiusmodi est sathane. Tradere sa- thane dicit excōicare. Quemadmodum enim dyabolus omne ius habet in ho- mine priusq per fidem iustificetur: sic postq pro culpa a sacramentis ecclesie quibus armis contra sathanam muniti sumus separatur: exinde sub iugo satha ne religatur: quia nec per se resistere po- test: nec fortasse vult: & ab auxilio dei pe nitus destituitur. Tradere dico satha- ne in interitum carnis. i. ad hoc vt caro eius que in peccato iocūdata est: sensim intereat afflictione morborum. Dyabo- lus enim postq videt hominem sine deo debilitatum libere aggreditur eū: & per varios morbos vexat carnem eius. Qd ideo deus patitur / vt homo videns se / postq a deo recessit p tot morbos angu-

stiatū: cōfiteat peccatū: & penitēdo reuer tatur ad deū / vt spiritus eius saluus sit Uel ita. Tradere sathane in interitum: quia postq non protegitur sacramentis ecclesie / de malo quotidie precipitatur in peius: qui interitus anime est carnis id est per carnem cui cōsentit male sua- denti. Nec ideo tradere vt perpetuo pe reat: sed vt dum mole peccatorū premit condolens de peccatis peniteat: & sic spi ritus eius saluus sit in die. i. in illumina tione dñi nostri iesu christi. Tunc enim xps illuminat eum: cū penitendi deside rio feruescit. Qd vtiq videndū est eccle sie prelatis: vt ea intētione reos excom municēt qua paulus: sc3 vt spūs eo℞ sal uent. Qñquidē luctū non habuistis: nec eum de medio vestrū tulistis: inde appa ret q gloriatio vestra nō est bona. Malū est eni eū de iustitia gl'iari: qui et salutē primi negligit: et se morbo eius inficit. Uere non bene gloriamini: qr an nesci- tis vos q modicū fermentū si fuerit aci dum totā paste massam corrūpit factam acidam? Sic & iste (modicū quid fm nu merū ecclesie) corrumpit totā ecclesiā: factam ream ex cohabitatiōe huius cui participauit. Quādoqdē fermentū hoc ecclesie massam corrūpit: ergo auferen do hunc & omē malum de medio vestrū expurgate fermentum. i. inflationem ve stram. Et si quod aliud scilicet peccatū est expellendum. Fermentū dico vetus. Nisi eni vos purgaueritis: estis mēbra veteris hois. Expurgate itaq: vt sitis cōspersio. Farina per aquā cōglutinata sine fermēto: dr conspersio. Humanitas autē nostra q per se sterilis est & arida: p farinā siccā accipit: que rore spūs scti in baptismo cōglutinat: vt ariditate depul sa fructū faciat: quēadmodū farina per aquā copulat vt vtilitatē habeat. Sitis inq cōspsio noua. i. facti mēbra noui ade sc3 xpi / q vos p spm sctm renouauit. Nūc estote noua cōspersio sicut pus in baptis- mo fuistis azimi. i. sine fermēto toti⁹ pec cati. Bonū est eni sic vos modo p penitē tiam (q est alter baptism⁹) purgari: sicut prius per baptismū purgati fuistis. Azi mus grece sine fermēto dicit latine. Zi mus est fermentū. a. sine vt ibi acephali id est sine capite. Uos vtiq expurgare debetis: eteni xps immolatus est in arā crucis: qui xps est nostrum pascha. i. no

Excōicatio fertur vt spūs saluet.

Cōspersio quid dicit.

Azim⁹ qd dicit Zimus. fermentum est.

ster transitus de morte ad vitã: de corruptione ad incorruptionẽ: p quẽ nũc tandẽ nos purgare possum⁹/ q prius sub iugo dyaboli vincti nõ poteramus. ¶ Hic mittit nos ad hystoriã vbi filij israel vt a plaga egypti liberarẽtur sanguine immolati agni /postes linire iubentur: post cuius agni imolationẽ de egyptiaca seruitute liberati: trãseunt ad terrã repromissionis. Hoc enim festum immolationis agni pasche dicitur apud eos. Pascha apud grecos /transitus apud nos. Ille vtiq agnus verũ agnũ in quo macula non fuit: christum significauit: per cui⁹ sanguinẽ effusum liniuntur mẽtes nostre: ꝛ sic liberamur a plaga percutiẽtis angeli: ad esum cuius agni quotidie conuenit ecclesia /per hoc transitura ad veritatem rei: qua nũc vtitur sub specie panis ꝛ vini: quoꝝ licet species maneat: credim⁹ tñ reuera trãsire in verã substãtiã corpis et sanguinis xpi: per hec trãsituri in eternitatem. Epulemur dico nõ manentes in veteri fermento sed neq in fermento malicie in nobismetipsis habite: nec in fermẽto nequicie /vt ne quid agamus contra proximũ: sed manentes in azimis.i.in humilitate /sinceritatis: id est puritatis conseruate in nobis: et veritatis ne fraudem⁹ proximũ. Paulus iam ante de vitãda fornicatione scripserat corinthijs: sed dicta eius male interpretantes estimabant q de gentibus vitandis cũ fornicarẽtur preciperet. Nũc autẽ per hoc q iam de hoc crimine scripserat illis eos /reprehẽdit: ꝛ quomodo scripturã quam miserat intelligere deberent insinuat dicẽs. Iure vtiq arguo vos de hoc q non tulistis fornicatorem illum de medio nostrum. Ego enim scripsi vobis in epistola iam missa q non cõmisceamini fornicarijs: non vtiq precipiens hoc de fornicarijs huius mundi: id est de gentibus qui non deũ sed mundum sequũtur. Scripsi etiã vobis ne cõmisceamini aut auaris /aut rapacibus /aut seruiẽtibus idolis.i.his q vel ad culturam idoli redeunt: vel qui idolis imolata sub veneratiõe idoli comedũt. Vere nõ de fornicarijs gentiliũ hoc probibui: alioquin eni.i.si aliter agens de gentilibus vitãdis hoc preceptũ darẽ: iam si obedire velletis: debueratis exisse de hoc mũdo.i.meli⁹ esset vobis mori negligendo quecũq mundus habet: q ppter timorẽ aliter agẽtes cõmunicetis fornicarijs: olim scripsi et male intellexistis / sed nũc determino vobis q scripsi nõ debere vos cõmisceri cum eiusmodi. Quod sic intelligẽdum est. Si is qui frater est in fide: nominat fornicator /aut auarus aut seruiens idolis cultu /vel comedendo idolotitũ sub veneratione: aut maledicus /aut ebriosus: id est consuetus detractioni ꝛ ebrietati: aut rapax nominatur cum illo qui est eiusmodi: vt omnem cõmunionẽ excludã: qd leuius videtur probibeo scilicet nec cibum sumere. Notat beatus Augustinus in eo vbi ait. Si nominatur ꝛ non dixit si est: hoc intellexisse apostolũ: quia si frater est criminis reus: ꝛ latet culpa ei⁹/ nõ debet excõmunicari. De incertis eni non est habẽdum iudicium: sed de crimine qd manifestatum ꝛ cõprobatum est: ꝛ ideo dixit nominatur. De hoc vtiq non iudicandus est reus. Vere de fratribus debemus iudicare: nam quid mihi.i.quid ad me pertinet ꝛ ad ecclesiam de his qui foris sunt: id est de gẽtilibus iudicare: nihil vtiq. Et q de his qui extra ecclesiam sunt iudicare non licet: nonne vos iudicatis: id est iudicare debetis de his qui intus sũt id est in ecclesia: Vere de his qui intus sunt /iudicatis tantum. Nam eos qui foris sunt: id est gẽtiles / deus iudicabit: ꝛ ad vos nihil pertinet de illis. Quãdoqdẽ de fidelibus iudicãdũ est vobis: igit auferte malũ fornicatoris fratris ex vobis. qd nisi auferatis: iã ipsis.i.iam culpa eiusdem criminis vos cõtaminatis.

Pascha xpõ nos trãsitus dicit.

Capitulum.vj.

Audet aliquis vestrum habẽs negociũ aduersus alterũ iudicari apud iniquos: et non apud sctõs? An nescitis quoniam scti de hoc mundo iudicabũt? Et si in vobis iudicabit mundus: indigni estis qui de minimis iudicetis. Nescitis quoniã angelos iudicabimus: qto magis secularia? Secularia igitur iudicia si habue

Qui sũt legi. p venerabilẽ & rõnib⁹.

† al. cō tendibiles. ritis: contēptibiles† qui ſunt in ec
cleſia illos conſtituite ad iudican-
dum. Ad verecundiā veſtrā dico.
Sic nō eſt inter vos ſapiēs quiſq̄
qui poſſit iudicare inter fratrē ſuū:
ſed frater cum fratre iudicio contē
dit/ ⁊ hoc apud infideles. Jam q̇-
dem oīno delictū eſt in vobis: ꝙ
iudicia habetis inter vos. Quare
nō magis iniuriā accipitis? Qua-
re non magis fraudem patimini?
xxiij. q. iij. §. j. Sed vos magis iniuriā facitis et
fraudatis: et hoc fratribus. An ne
ſcitis q̄ꝛ iniqui regnum dei nō poſ-
xxj. diſ. denique. Ephe. v. a. j. thi. j. b ſidebūt? Nolite errare. Neqꝫ forni
carij/ neqꝫ idolis ſeruientes/ neqꝫ
adulteri/ neqꝫ molles/ neqꝫ maſcu-
lorū cōcubitores/ neqꝫ fures/ neqꝫ
auari/ neqꝫ ebrioſi/ neqꝫ maledici/
neqꝫ rapaces: regnum dei poſſide-
† al. aliquā. bunt. Et hec quidē† fuiſtis: ſed ab
luti eſtis/ ſed ſanctificati eſtis/ ſed
iuſtificati eſtis: in nomine dn̄i no-
ſtri ieſu xp̄i: et in ſpiritu dei noſtri.
xj. q. j. aliud. De pe. di. j. aliō. j. x. b. Eccle. xxxvij. d Omnia mihi licent: ſed non oīa
expediunt. Omnia mihi licēt: ſed
ego ſub nullius redigar poteſtate.
Eſca vētri ⁊ venter eſcis: deus au-
tē ⁊ hunc ⁊ hanc deſtruet. Corpus
autem non fornicationi ſed dn̄o: et
dn̄s corpori. Deus vero ⁊ dominū
ſuſcitauit: ⁊ nos ſuſcitabit per vir-
tutem ſuam. Neſcitis quoniā cor-
pora veſtra mēbra ſunt xp̄i? Tol-
lens ergo membra chriſti: faciā mē
bra meretricis? Abſit. An neſcitis:
quoniā qui adheret meretrici vnū
gen. ij. d eph. v. g Marci xix. a. corpus efficit? Erunt enī (inquit)
duo in carne. Qui autem adheret
De big. debitū. xxvj. q. ij. ſi et illud. deo: vnus ſpiritus eſt. Fugite for-
nicationem. Omne enim pecca-
tum quodcūqꝫ fecerit homo extra
corpus eſt. Qui autem fornicatur:
in corpus ſuū peccat. An neſcitis ij. Cor. vj. d.
quoniā membra veſtra templū ſūt
ſpiritus ſancti qui ī vobis eſt quē
habetis a deo: et non eſtis veſtri?
Empti enim eſtis precio magno:
glorificate et portate deum in cor-
pore veſtro.

Expoſitio capituli. vj.

Hac occaſione quia de iudicijs
incepit/ tranſit vt mala ex iu-
dicijs puenientia corrigat in co
rinthijs. Si quis enim eorū au-
ferret quicq̄ alteri non ille patiēter hoc
tolerabat: ſed impatiens fratrē ad cau-
ſam cōpellebat: nec coram eccleſiaſticis
iudicibus: ſed ſpretis illis corā ſeculari
bus fraudē etiam faciebat fratri dando
munus iudici ad oppreſſionem fratris:
Littera ſic iungit. Judicare quidem vo
bis licet de fratribus: ſed non eo modo
quo intēperanter audetis apud iniquos
Uel ita. Auferre malum ex vobis bonū
eſt. Sꝫ quare audet aliquis veſtrū. Ubi
ait audet/ notat eſſe peccatū huiuſmodi
auſum. Cur inq̄ audet aliquis veſtrum
habens negocium. i. querelam de ſecula
ribus rebus aduerſus alterum fratrē:
iudicare. i. inire iudiciū cū fratre apud
iniquos iudices. i. ſeculares: ⁊ non apud
ſanctos. i. fideles eccleſie iudices? Dice
rent illi timemus inquietare ſanctos ab
orationibꝰ ſuis. Non vtiqꝫ (ait paulus)
q̄ꝛ an neſcitis vos ꝙ ſancti in futuro iu-
dicio iudicabūt de hoc mundo? Et ſi in
vobis. i. in comparatione veſtri iudica-
bitur hic mundus in vltimo iudicio: an
eſtis indigni q̄ hic iudicetis de minimis
ad cōparationē futurorum: ſcilꝫ de tem
poralibus eccleſie rebꝰ? Et ſicut homi-
nes: ſic etiā demones in ſimilitudine no
ſtra iudicabunt: quia an neſcitis vos q̄ꝛ
apoſtatas angelos iudicabimus compa
ratione veſtra. Qꝛ ſi angelos/ quāto ma
gis ſecularia licet iudicare. Hoīes iudi-
cabuntur mali in cōparatione bonorum
quia cum eiuſdē cōditionis fuerint: nec
idem cū bonis operati ſint. Hec ſola cō-
paratio ſentētia dānatiōis eorū ē. ¶ De
mones duplici modo in ſimilitudine iu-
ſtorum dānabunt: tum q̄ꝛ firmioris na-
ture q̄ homo creati ſūt: nec in bono per
ſtiterunt. Tum q̄ꝛ ſemper inuidēt iuſtis

nec eos superare queũt. Pro huius pu
gne victoria iusti dãnabunt malos an-
gelos. Nunc iterũ ironice reprehendit
eos de hoc ꝙ insipientes constituebant
iudices: qua de re fiebat vt cause eccle-
siarũ transferrent ad seculares. Qñqui-
dẽ (sicut probatũ est) ecclesia iudicare
debet inter fratres: igitur si habueritis
secularia iudicia.i.lites inter vos ꝓ tẽ-
poralibus reb⁹. Per illud notat melius
esse si non haberent huiusmodi iudicia.
Si itaq; habueritis hec iudicia / ꝯstitui-
te illos ad iudicandũ.i.preficite vobis
illos in iudices qui sunt cõtemptibiles:
.i.insipiẽtiores in ecclesia. Et hoc ironi
ce dicit: q2 sic eos facere sciebat. Et hoc
ꝙ dico contẽptibiles constituite ad iudi
candum: hoc dico ad vestram verecun-
diam: non precipiẽdo vt faciatis: sed me
morãdo qđ facitis / vt verecundiam ha
beatis. Nam cũ ita facitis an sic.i.adeo
insipiẽtes facti estis: ꝙ non est inter vos
quisq; sapiens qui possit iudicare inter
fratrem ⁊ fratrem: sed quia adeo omnes
desipuistis: ideo frater contendit cũ fra
tre. Judicio.i.per causam. Nec malũ cõ
tentionis sufficit: sed etiam hoc fit apud
infideles iudices penuria ecclesiastico-
rũ iudicũ. Quãdoquidẽ ex iudicio hoc
malum euenit: ꝙ contenditis vicissim: ⁊
iura ecclesie ad infideles refertis. Jam
certe propterea omnino: id est sicut om-
nibus patet delictũ est in vobis. De hoc
ꝙ iudicia habetis inter vos. Meli⁹ enĩ
esset non reclamare sua: q̃ ex reclama-
tione tot mala prouenire ecclesie. Et q2
delictum est inter vos fieri iudicia: qua
re non magis accipitis: id est sine recla-
matione toleratis iniuriam eius qui ve-
stra tollit aperte? Et quare non magis
patimini fraudem: id est occultum dam
num fratris circumuentione factum / q̃
de reclamatione vestra sic vilescat eccle
sia? Bonũ esset vos pati iniuriam a fra-
tre illatam: quia non solum nõ patimini:
sed etiam vos facitis ei iniuriam reau-
ferendo sua. Et etiam fraudatis: id est
occulte iudicem preuenitis munere ve-
stro ad oppositionem † fratris: ⁊ hoc to- † al. op pressio- nem.
tum facitis non extraneis: sed fratribus
quos supportare deberetis. Et hoc fa-
ciẽtes fratrib⁹ inique agitis. Sed an ne
scitis vos / quia iniqui nõ possidebũt re-
gnũ dei? Propterea ne a regno dei alie-
ni sitis nolite errare fraudãdo ⁊ iniuriã
do fratrib⁹. Uere iniqui non possidebũt
Nam neq; fornicarij / neq; qui seruiunt
idolis / neq; adulteri / neq; molles q̃ pa-
tiuntur / neq; cõcubitores masculorũ q̃
agũt. neq; fures / neq; auari / neq; ebrio-
si / neq; maledici: neq; rapaces: regnum
dei possidebũt. ¶ Ne modo corĩthij de-
terrerẽtur his ⁊ desperarẽt: quia fortas-
se ad hec post baptismũ redierant: cõso-
laẽ eos paulus blãdiendo eis. vnde ait.
Nolite terreri premissis: vos quidem et
hec fecistis que ꝑmisi: sꝫ abluti estis ab
his in baptismo / sed etiã sctificati estis:
id est confirmati donis sancti spiritus:
sed estis iustificati positiõe virtutum in
nomine domini nostri: id est patris: et in
nomine iesu christi / ⁊ ĩ spiritu dei nostri
qui ab vtroq; procedit: que nobis com-
memorata sunt in baptismo. Quia dixe-
rat superius: quare nõ magis iniuriam
accipitis: dicerẽt illi. Nonne licet nobis
repetere nostra / determinat paulus: q2
quedam sunt que sic licẽt vt melius pro
sint dimissa: et he sunt res temporales.
Quedam sunt que sic licent vt iudici-
um eorum dimitti nõ debeat: et hec sunt
criminalia que animam occidunt. Litte
ra sic iungitur. Licet dixerim accipite
iniuriam magis q̃ reclametis: scio ta-
men ꝙ mihi ⁊ vnicuiq; vestrũ licent hec
omnia.i.repetere sua / causam inire cum
fratre ⁊c̃. Sed q̃uis liceant: tamen hec
omnia non expediunt: id est non expedi
tos ad bona nos faciũt / imo impeditos
Idẽ iterũ nũc subdit aliã causam. Om-
nia mihi licent: sed tamẽ ego propterea
nõ redigar sub potestate vllius iudicis:
aut alicui⁹ rei vt magis caram habeã il-
lam q̃ pacem fratris. Uel ita. Ego non
redigar sub potestate vllius iudicis: vt
premio vel aliquo obsequio preueniam
eũ ad oppressionẽ fratris. Nec solũ hec
licita dimittẽda sunt / sed etiam necessa-
ria corporib⁹ / pro q̃bus similiter nõ de
bet frater ĩquietari / vt ꝑ esca: que vtiq;
paratur ventri: ⁊ venter sustentaẽ escis.
Sed licet adeo necessaria sit / tñ nõ est li
tigãdũ ꝑ hac: q2 deus ⁊ hũc vẽtrẽ ⁊ has
escas destruet. Pro his temporalibus
quia cito transeunt / nec damnãt animã
non repetita: ne curetis habere iudiciũ:
sed fornicationem illam non patimini in
dẽnatam. Quod sic iũgiẽ Esca debetur

ventri/sed corpus non debetur fornica-
tioni: sed domino seruire debet p omnia:
et dominus debetur corpori ibi seruien-
ti: quia cum per se nudum sit: vestit eum
deus ornamento virtutum si fuerit do
mino. Uere dominus bene faciet corpo
ri: nam dominus suscitabit nos in incor
ruptionem: sed huius rei probationem
premittit dicens. Uere deus suscitabit
nos: nam ipse suscitauit iam dominũ ie-
sum/ in quo carnem nostram suscitauit: &
hoc in nobis perficiet. Et si queris quo-
modo suscitet: scito quia per virtutem su
am. Hoc dicit ad comprimendum corin
thios qui de resurrectione dubitabant
quod in sequẽtibus declarabitur. Dixit
causam quare corpus debeatur deo: sub
dit causam quare non debeatur fornica-
tioni dicens. Corpus non est subdendũ
fornicationi: quia an nescitis vos quoni
am non solum anime: sed etiam corpora
vestra membra christi sũt? Aia membrũ
est christi/ quia per rationem figit oclos
interiores in admiratione dei. Corpus
membrum est christi: dum per manũ mi-
nistrat pauperi/ pedib⁹ visitat infirmũ.
&c. Et qñ qdẽ membra xpi sumus: ergo
tollens membra christi: faciam ea mem-
bra meretricis? Absit hoc. Possunt vtiq
fieri membra meretricis: quia an nesci-
tis vos q qui adheret meretrici: efficit
vnum corpus cum illa? Duobus modis
adherens meretrici corpus eius effici-
tur: Uno per illam commixtionem car-
nis: per quam in quãdam vnitatem astri
gũtur. Altero fit participatione peccati
Qr per cõiunctionem carnis vnum cor
pus efficiantur probat: quia de hoc ma-
gis ambigebatur: vere vnum corpus ef
ficiuntur: nã moyses dicit in genesi: erũt
duo in carne vna. Hoc tamen de legitio
matrimonio dixit: s3 eadẽ coniunctio r idẽ
titas carnis fit in copula adulterij sicut
in matrimonio. Qui adheret meretrici
fit vnum corpus cum illa. sed qui adhe-
ret domino vn⁹ spiritus est. i. vnitur do-
mino in identitate spiritus. Et quia tan
tum malum fornicationis est: propterea
fugite fornicationẽ. Notandum est q
ait: fugite fornicationem: hoc enim pec
catum non est expectandum: sed anteq̃
veniat quibus adiumẽtis possumus ab
eo fugiendum est: difficile enim est eua-
dere ab ea postq̃ igneas sagittas forni-

Meretrici alli-
gari quõ
dõ fieri
mẽbrũ
dicatur.

Fornica
tio nõ ẽ
expectã-
da.

catio intorsit: et ideo dixit fugite & nõ ex
pectate: qr vbi aliquos accessus habet:
nõ est hominis inde eam expellere. Sub
dit causam quare fugienda sit fornica-
tio dicens: ideo vtiq fugere deberis for
nicationem. Nã omne aliud peccatum
quodcũq fecerit homo extra corp⁹ est:
sed ille qui fornicatur: peccat intra cor-
pus suum. Sunt vtiq quedam peccata
que penitus nullam delectationem affe
runt carni: vt homicidium. Man⁹ enim
si occidit: non in eo delectationem sẽtit.
Sunt tamen quedam alia in quibus de-
lectatur caro: vt quando cibus bñ respõ
det palato: Uel quando videt qd oclos
pascit: Audit qd iucundum est auribus
et huiusmodi. Sed tamẽ hec omnia di-
cuntur esse extra corpus ad comparatio
nem fornicatiõis: quia qui fornicat pec-
cat intra corpus suum: quia ipsa anima
transit eo actu in ipsam carnalitatem:
in hoc enim omnis sensualitas cõsentit
et cooperatur: et in ipsam carnẽ transit.
Uel aliter fm ambrosiũ vt fornicationẽ
hic de adulterio solum intelligamus/ fu
gite fornicationem. i. adulterium: qr om
ne aliud peccatum est extra corpus. i. ex
tra vxorem: sed q fornicatur peccat in. i.
contra corpus suum. i. contra vxorẽ su-
am: quia pro peccato fornicatiõis vxor
potest separari ab eo & non propter aliud
Corpus viri dicitur vxor: quia cum ma
ritus et vxor vnum corpus efficiantur:
vir quidem caput est: mulier autem por-
tio viri in eodem corpore. Uel aliter: fm
nouitatem quorundam: et videbit hec
sententia continuari ad illud quod pri⁹
dixerat fornicatorem illum eijciendum
ab ecclesia. Omne peccatum quodcũq
fecerit aliquis homo. i. vtens ratione: il-
lud est extra corpus. i. extra ecclesiã que
capitis christi corp⁹ est: quia que ratio-
ne vtens facit venialia sunt: et propter
hec nõ separatur ab ecclesia: sed ille qui
fornicatur peccat in corpus suum. i. con
tra ecclesiam cuius corporis membrum
est: pro peccato enim fornicatiõis ab ec-
clesia separatur. Iterũ causa quare fu-
giant fornicationem/ propterea fornica-
tio fugienda est: qr an nescitis q mẽbra
vestra templum sunt spũs sancti. i. spiri-
tus sanctus membris vestris vtitur dũ
per manum nostram elemosinã dat pau-
peri. Pedib⁹ itur ad visitationẽ ĩfirmi.

Uir ca-
put est
vxoris.

Et quia mēbris vestris sic vtitur spūs in administratione sua: nolite illum fornicando expellere a vobis. Iterū ideo qr qui spūs in vobis est assidua mansione: nec ideo iterum repellatis eū/qr quē spiritum habetis a deo: ipse enim dator satis vobis cōmendabile facit donū suum Et pro tot causis nolite membra vestra subdere fornicationi. An etiā ignoratis q vos nō estis vestri iuris: sed dei? Qui enī alterius est: imperio ei⁹ mācipare se debet. Uere non estis vestri/estis enim empti: et eius serui estis q vos emit. Nec empti leui precio sed magno: qr sanguine xpi. Et ideo nolite fornicari: sed glorificate deum. Glorificare deum est mūdicia vite dei gloriā nūciare. Qui enim videt iustitiam iusti glorificat deū: causa cuius et adiutorio sic viuit. Glorificate dico: et portate deum. Portare deum est onus totius aduersitatis: q causa dei infertur/sustinere patiēter: et exēplo patientie deū ad alios portare: qui visa patientia huius gaudeant contumeliā pati pro noīe christi. Portate dico deū nō solum in anima/sed etiam in corpore vestro: vt mundicia corporis vestri digna sit portare iugum christi.

Glorificare deū qd est.

Portare deum qd est.

Capitulum.vij.

De quibus autē scripsistis mihi/bonū est homini mulierē non tangere. Propter fornicationem autē vnusquisqꝫ suā vxorem habeat: et vnaqueqꝫ suum virum habeat. Uxori vir debitum reddat: similiter autē et vxor viro. Mulier sui corporis potestatē nō habet sed vir: similiter autem et vir sui corpis potestatē non habet sed mulier. Nolite fraudare inuicem/nisi forte ex cōsensu ad tempus vt vacetis orationi: et iterū reuertimini in idipsum: ne tentet vos sathanas propter incōtinentiā vestram. Hoc aūt dico ſm indulgētiā: et nō ſm imperiū. Uolo autem oēs vos hoīes esse/sicut meipm. Sꝫ vnusquisqꝫ ppriū donū habet ex† deo: alius quidē sic/alius vero sic. Dico autē non nuptis et viduis: bonū est illis si sic permanserint: sicut et ego. Qꝫ si se non continent: nubāt Melius est enim nubere q̄ vri. His autem qui matrimonio iūcti sunt/precipio nō ego sed dns: vxorem a viro non discedere. Qꝫ si discesserit manere innuptam: aut viro suo reconciliari. Et vir vxorem non dimittat. Nā ceteris dico ego non dominus. Si qs frater vxorē habet infidelem/et hec cōsentit habitare cū illo: nō dimittat illā. Et si qua mulier fidelis habet virū infidelem/et hic cōsentit habitare cū illa: non dimittat virum. Sanctificatus est enī vir infidelis per mulierem fidelē: et sanctificata est mulier infidelis per virū fidelē. Alioquin filij vestri immūdi essent: nūc autē sancti† sūt. Qꝫ si infidelis discedit: discedat. Non enī seruituti subiect⁹ est frater vel soror in eiusmodi. In pace autem vocauit vos deus. Unde enim scis mulier si virū saluū facies? Aut vnde scis vir si mulierē saluam facies? Nisi vni cuiqꝫ sicut diuisit dns. Unūquēqꝫ sicut vocauit de⁹ ita ambulet: et sicut vbiqꝫ in oībus ecclesijs doceo Circūcisus aliqs vocat⁹ est: nō adducat prepucium. In prepucio aliquis vocatus est: non circūcidatur Circūcisio nihil est/et prepuciū nihil est: sed obseruatio mādatorum dei. Unusquisqꝫ in qua vocatione vocatus est: in ea permaneat. Seruus vocatus es: non sit tibi cure. Sed et si potes fieri liber: magis vtere. Qui enī in dno vocatus est

xiij.di. nerui. xxij.q.ij.sic nō ꝫ.his

De plu. le.ca.ij.

xxvij.q.ij.sunt q dicunt.

De con sang.nō debent.

De rap. ca.pe.ꝫ. pterea.

xxxj.di. aū trien nium.

xiij.dist. nerui.

xxxij.q.ij.quicquid.

†ar.a

xxxj.q.ij. et de nuptis.

xxviij.q.j.ꝫ.j. et ca.iā nunc.

De diuor.gau demus.

xxviij.q j.iā nūc

†ar.mē di.

xxviij.q j.simili modo.et ca.si fideles.

Ephe. iiij.a.

xxj.q.j. ca.j. De regu.li cet l ꝑ.

seruus: libertus est dñi. Similiter
qui liber vocatus est: seru⁹ est chri-
3.vj.d. .j.pe.j. d. sti. Precio empti estis: nolite fieri
serui hominū. Unusquisqꝫ ergo in
quo vocatus est frater: in hoc per-
xxviij. q.j.sic enim. maneat apud deū. De virginibus
autem preceptum dñi non habeo:
lxxxiiij. dis.cum in preteri to. consiliū autem do tanꝙ misericor-
diam cōsecutus a dño: vt sim fide-
lis. Existimo ergo hoc bonū esse
propter instantē necessitatem: quo-
de trāsl. q̄nto. niam bonū est homini sic esse. Alli
gatus es vxori: noli querere solu-
tionem. Solutus es ab vxore: no-
li querere vxorem. Si autem acce
peris vxorem / nō peccasti: ꝛ si nu-
pserit virgo / non peccauit. Tribu-
lationē tamen carnis habebūt hu-
iusmodi. Ego autem vobis parco
xxxj.di. lex. ꝛ xxxij. di.ca.j. Hoc itaqꝫ dico fratres. Tempus
breue est. Reliquū est / vt et qui ha
bēt vxores tanꝙ nō habētes sint:
et qui flent tanꝙ non flentes: ꝛ qui
gaudēt tanꝙ non gaudētes: et qui
emunt tanꝙ non possidētes: ꝛ qui
vtunť hoc mūdo / tanꝙ nō vtātur.
Preterit enī figura huius mundi
Uolo autē vos sine sollicitudine
De cle. côiug.di uersis. esse. Qui sine vxore est: sollicit⁹ est
que domini sūt: quomodo placeat
deo. Qui autē cū vxore est / sollici-
tus est que sunt mundi / quomodo
placeat vxori ꝛ diuisus est. Et mu
lier innupta ꝛ vgo cogitat que dñi
sunt: vt sit sancta corpore et spiri-
tu. Que autem nupta est / cogitat q̄
sunt mundi: quomodo placeat vi-
xxvij.q. j. de ui duis.dj. ro. Porro hoc ad vtilitatē vestrā
dico: nō vt laqueū vobis iniiciam:
sed ad id quod honestū est: ꝛ quod
facultatē prebeat: sine impedimen
† Al. do mino ob seruādi. to dominū † obsecrandi. Si q̄s au-
tem turpem se videri existimat su-

per virgine sua ꝙ sit superadulta /
ꝛ ita oportet fieri: quod vult faciat
Non peccat si nubat. Nam qui sta
tuit i corde suo firmus / nō habēs
necessitatem: potestatem autem ha xxviij. q.j.sic enim.
bens sue voluntatis: ꝛ hoc iudica-
uit in corde suo seruare virginē su-
am: bene facit. Igitur ꝛ qui matri
monio iungit virginem suam / be-
ne facit: ꝛ qui non iūgit / melius fa Roma.
cit. Mulier alligata est legi: quāto vij.a. ij.q.iij. ex
tempore vir eius viuit. Qꝫ si dor- Quo- niam.
mierit vir eius: liberata est a lege. De se- cūd. de
Cui vult nubat: tantum in domi- vxore.
no. Beatior autem erit: si sic per- De.se-
manserit ẜm meum consiliū. Pu- cū.nup.
to autē: ꝙ ꝛ ego spiritū dei habeā. ca.vlti. xxxj.q. j.ca.si.

Expositio capituli. vij.

Hic de fornicatore illo finis est: sed hac occasione quia de fornicatione loqui ceperat conuenienter respōdet corinthijs / q̄ per litteras eū interrogauerant scꝫ ꝛ coniugia celebrare. An necessitas christiane religionis coget eos debere in continentia perdurare? Erant enim apud eos quidā supra modum religiosi qui dicerent neminē in opere coniugij manentem posse saluari. Sed apostolus sciens infirmitatem fidei eorū patiebatur hoc in illis. Non ꝙ crederet eos saluādos: sed vt sic enutriret ecclesiā paulatim ducendo in perfectionē. Littera sic iungitur. Fornicatio est fugienda: nec tamen sic vt cōiugium destruamus: sed vt ꝑpter fornicationē vitandā vnusquisqꝫ habeat suam. Et hoc dico respondens ad ea de quibus scripsistis mihi: interrogātes an liceret nubere / an necesse esset continere. Et de hoc respondeo vobis: quia bonum est vtiqꝫ homini mulierem non tangere illo modo coeundi: sed tamen propter vitandam fornicationē vnusquisqꝫ habeat suam vxorē: ꝛ vnaqueqꝫ mulier habeat suum virū: hoc cōcedo. Ubi ait suam vxorē excludit eos quibus non licitum est legitime ducere vxorē: vt eos qui altari ministrant. Ubi ait mulier habeat virum: excludit eas que non legiti

Fornicatio est fugienda.

me copulantur/nec habent viros iuxta illud in euangelio. Hic quē nunc habes nō est tuus vir. Licet vnū bonum côiugij hic solūmodo reponat: scilʒ vitationem fornicationis: ista tamen sunt: scilʒ intentio sobolis: fides thori.i.ne fornicētur: ⁊ figura veri coniugij christi ⁊ ecclesie. Quādo enim deus primū feminā iunxit viro de costa viri formatam: figurauit ecclesiam iungendā christo de latere suo in cruce formatā. Nec ita vir ⁊ vxor conueniant (sicut quidam pseudo predicant) sine cōmixtione: velut frater ⁊ soror cohabitent: sed vir reddat debitum vxori: similiter autem ⁊ vxor reddat debitū viro. Sciens hoc quia mulier non habet potestatem sui corporis vt si velit côtineat: sed vir. Siliter ⁊ vir non habet potestatē sui corporis: sed mulier.i.neuter potestatē habet continendi sine consensu alterius. Et propterea nolite fraudare inuicem.i.non subtrahat se alter alteri in opere coniugij: nisi forte hoc fiat ex consensu vtriusqꝫ: ⁊ hoc non continue sed ad tēpus: et pro hac causa vt purius vacetis orationi. Qꝫ si legitime nuptos oportet continere vt digne merean̄t orare: multo magis illos qui fornican̄t. Et eos qui non solū orāt: sed quorū manus etiā dñica sacra tractant: ⁊ pp̄lo dispensant. Et tempore orationis preterito reuertimini in ipsum opus côiugij: ne vos a legitimo cessantes tēptet sathanas: stimulans vos ad illicita. Et hoc dico propter incôtinentiā vestrā. Scio enim fragilitatē vestrā: que magis per indulgentiā nutrienda est: q̄ꝫ per asperitatē deterrenda. Licet propter vitandam fornicationem côcesserim vobis ducere vxorē: hoc tñ dico ꝑm indulgētiam/ne videar vos intēperate cogere. Non ħ dico ꝑm imperiū: vt huius rei preceptū faciam. Si hoc enim preceptum esset: iam omes ex necessitate vxores ducerent. Et licet ita vobis indulgeā: tamen ego volo omnes hoīes eē sicut meipsū: vt queadmodum ego/sic omnes continerēt. Ex hoc verbo itelligitur paulus (⁊ hoc testatur ambrosius) ẏgo fuisse: sed quidam attestan̄t vxorē cū prius habuisse. Hic etiā obijciunt/qꝛ ait volo côtinere oēs qꝫ côiugiū destruere vellet/sed nihil est: qꝛ si oēs exēplo pauli continerent: ipsi idem aliquos ex seipsis côiugia inire cogerēt ne bonū dei institutū periret. Dicit etiā btū augustinꝰ/qꝛ si oēs essent sicut paulꝰ cito ciuitas dei ⁊ nūerꝰ fratrū impleren̄t.

Ioh. iiij.c.

Paulꝰ ẏgo fuisse attestatur.

¶ Ne iterū qꝛ dixerat volo vos eē sicut me: putarēt se non saluari nisi per côtinētiam assimularen̄t ei. Côtra hoc ait paulus. Licet dicā qꝫ vellem vos imitari me per continentiā: tñ vnusquisqꝫ vestrū habet propriū donum sufficiens sibi ad salutē: qđ ego fortassis non habeo. Et hoc donum habet ex deo. Aliꝰ quidē sic: qꝛ largus in elemosina. Aliꝰ vero sic: quasi fortis in patiētia: magnus in oratione. Sic dico de coniugatis. Hoc autē dico non nuptis.i.virginibꝰ in vtroqꝫ sexu: ⁊ viduis in vtroqꝫ sexu: qꝛ bonū est illis si sic côtinēdo permaneāt: sicut plures/et ego contineo. Qꝫ si non se côtinent.i.côtinere noluīt/vel non possunt: ꝑm indulgentiā dico nubant: ideo nubere huiusmodi ꝯcedo: qꝛ meliꝰ est nubere (nō dico q̄ꝫ fornicari) sed (qđ minꝰ est) vri.i.desiderijs libidinis agitari ⁊ vinci. Nō nuptis ⁊ viduis alterū ꝑm indulgentiā/alterum ꝑm consiliū dico: sed his qui matrimonio iuncti sunt: non solum dico sed precipio. non ego sed dñs.i.non mea auctoritate/sed dñi precipiētis in euangelio vxorē non discedere a viro. Hoc preceptū/qꝛ satis notum erat imperfectum posuit/pretermittens hoc nisi causa fornicationis. Qꝫ si vxor a viro discesserit propter fornicationem: aut per consensum continentie: precipio illam manere innuptam/aut reconciliari viro suo. Et vir similiter non dimittat vxorē: nisi propter causam ꝓmissam fornicatiōis. Hic iterum preceptum imperfectū posuit: qꝛ premiserat. Et est ita intelligendū. Uir non dimittat vxorē nisi propter fornicationē. Qꝫ si ꝓpt hoc dimiserit/maneat innuptus: vel vxori recôciliēt. In libro btī amb. hoc tñ inuenit̄: ideo nō totū de viro preceptū eē qđ de muliere: qꝛ vxor membrū viri est: ⁊ penitꝰ viro subiecta: q̄re si a viro discedit non licet adherere alteri. Sed vir qꝛ sub se vxorē habet/et vbiqꝫ dñatur ei: ideo licere viro si iusta causa ab vxore discesserit ducere alterā qđ non licet vxori. His non ego ꝓcipio: nam ceteris tantū ego dico nō dñs.i.ex auctoritate mea. Non qꝫ dñs non côsentiat/sed qꝛ auctoritatē eius de hac re in scriptā non inuenio. Ceteris dico.i.fide

li z infideli: et ecõuerso lege cõiugij iun-
ctis. Hoc vtiq3 dico q si quis frater fide
lis habet infidelẽ vxorẽ: z hec infidelis
cõsentit habitare cũ illo fideli / nõ dimit
tat illã: nec q2 fidelis est asp̃nef eã infi
delẽ. et ecõuerso. Si qua mulier fidelis
habet virũ infidelẽ / z hic infidelis cõsen
tit habitare cũ illa fideli: nõ dimittat vi
rũ. Uere fidelis mulier non debet dimit
tere virũ infidelẽ. Nam plerũq3 vir infi-
delis sanctificatus .i. fidelis factus est p
mulierem fidelem cohabitantem ei / z se
pius cõmonentẽ eum ad fidem. Uel ali-
ter. Fidelis mulier non dimittat virum
infidelem: nam vir infidelis in ipso ope-
re coniugij sanctificatus .i. mundus est /
et hoc per mulierẽ fidelem .i. per virtu-
tem fidei quã habet mulier. Et iterum.
Uir fidelis non dimittat vxorem infide
lem. Nam plerũq3 mulier infidelis san-
ctificata est accepta fide per virum fide-
lem: inde docentẽ eam. Uel aliter. Mu-
lier infidelis in ipso coitu sanctificata z
munda est / preualente fide viri sui. Non
debent vtiq3 vicissim se dimittere ꝑpter
premissa / sed simul manere: quia alioqñ
id est si alter alterũ dimiserit: filij vestri
essent immũdi .i. non legitimi sed spurij.
Si enim cõnubiũ soluitur / legitimũ fuis
se non creditur: et ideo filij non legitimi
si se dimittũt filij sunt imundi / sed nũc .i.
si cohabitant: filij sunt sancti .i. iudican-
tur legitimi. Uel aliter. Ideo nõ separe-
mini. alioquin .i. si aliter fiat / filij vestri
essent imundi .i. in infidelitate permane-
rent. Si enim alter parentũ cum infide-
lis esset ad fidem transiret: filij vtiq3 il-
li parenti adhererent / qui in priori secta
remaneret: in qua filij nati essent / et in
qua consueuissent. Et ideo amore filio-
rũ bonũ est parentes simul manere. Filij
vtiq3 vestri essent immũdi per infidelita
tẽ. Sed nunc si simul manserint parẽtes
sũt sancti .i. per fidem purificati. Precci-
pio ne fidelis / siue vir / siue mulier / sepa
ref ab infideli. Qz si infidelis vel vir vł
vxor discedit: et non consentit habitare
cum fideli / discedat: nõ sequatur cũ qui
fidelis est. Ideo dico permittatur infi-
delis discedere remanente fideli. Nam
frater aut soror fidelis nõ est subiectus
seruituti in rebus eiusmodi que fidem
eius destruant. Debent vtiq3 alter alte-
ri subseruire lege coniugij / sed non con-
tra fidem. Dico si discedit discedat: sed
tamen mallem vos in pace cohabitare.
Nam deus vocauit nos ad fidem in pa-
ce: id est vt cõiugij copulam non rumpe-
remus. Si enim nollet nos remanere in
cõiugio: prius vtiq3 amouendi eramus
a coniugio: z deinde vocandi ad fidem.
¶ Notãdum est quedam esse in quibus
deus vocat hominem. In illis sc3 opus
quorum non cõtradicit fidei: vt petrum
in piscatione: cui post vocationem ad pi
scandũ reuerti licuit. Alia sunt a quibus
vocat / ad que post fidem reuerti non li-
cet: vt mattheum a theloneo vocatum:
nec ad op9 thelonei postea reuersũ. In-
de apparet quia fides christi nemini sta-
tũ priorem aufert / solũmodo fidem non
destruat. In pace ꝑpterea vobis coha-
bitãdum est: quia vnde scis tu mulier fi-
delis / si saluum facies virum infidelem?
Aut vñ scis tu vir fidelis si saluã facies
mulierẽ infidelẽ? nisi sic ambulet quisq3
vestrũ / sicut deus diuisim proposuit vni
cuiq3 nostrũ. Uiro scilicet vt regat vxo-
rem: vxori vt subseruiat viro: z vnde ad
huc hoc scitis nisi ambulet quisq3 vestrũ
ita sicut deus vocauit vnũquẽq3: vt si in
ꝯiugio vocatus fuit maneat in ꝯiugio?
Si simul habitaueritis tunc sciri pote-
rit si fidelis infidelem lucrabitur: sed si
separamini quomodo hoc scief? Et hoc
dico vobis in coniugio simul manere: si
cut in omnib9 ecclesijs doceo. Hoc ideo
dicit / quia imponebant ei quidam q co-
rinthijs (quia nimis carnales erant) cõ-
iugia indulgebat / que ab alijs ecclesijs
penitus iterdicebat. Sicut modo dixit
non esse mutandũ statum coniugij pro-
pter fidem: sic per simile alios status in
quibus vocati sunt cõcedit / salua tamẽ
integritate fidei. Et illud. Sicut in oib9
eccl'ijs doceo / sequenti littere cõiungit.
ita. Qui vocatus est in coniugio: perma-
neat in eo. Et sicut ego in omnibus eccle-
sijs doceo: si aliqs circuncisus vocatus
est .i. in ritibus iudeorum qui fidem non
violant: ille non cogatur adducere pre-
pucium .i. morem gẽtilitatis vt cogatur
vti cibis quos non cõsueuerũt: q nec no
cent nec adiuuant comesi: vel non come
si. Iterum si aliquis vocatus est in pre-
pucio .i. in gentilitate non circũcidatur:
id est nõ cogatur sequi ritus iudei. Neu
ter vtiq3 cogendus est: quia nec circũci-

sio aliquid est/nec prepuciū aliqd est. i.
nec abstinere nec comedere hos cibos
pdest/vel nocet ad beatitudinem: sed so
lūmodo obseruatio mandatorum dei ad
habēdam beatitudinē sufficit. Et sicut
de circūciso ꝛ prepuciato hoc vniuersa-
liter dico ꝙ vnusquisq veniēs ad fidem
permaneat in eo statu in quo vocat⁹ est/
et sciat hunc statum vocationem dei: qz
(sicut supra dixi) si deus hunc statū ne-
gligeret/nunꝗ vocasset eum ad fidem:
ꝗdiu in eo fuisset. Et ideo si tu vocatus
es seruus/non sit tibi cure manere in ser
uitute: sed et si potes liber fieri aliquo
modo/magꝭ vtere ipsa seruitute: qz quā
to plus nūc deprimeris: tāto plus in fu-
turo exaltaberis. Ideo dico magis vte
re seruitute: qz ille qui vocat⁹ est seruus
manens in dño: hic est libertus. i. seruus
dñi: ꝛ silr seru⁹ est christi ille qui liber vo
catus est. Seruus ꝛ libertus hic idem si
gnificant: sed honestius vocabulū seruo
dedit/vt magꝭ alliceret eum sibi. Et qz
vterq serui estis christi/propterea noli
te fieri serui hoim: ita ꝙ in vobis pereat
seruit⁹ christi: et est p̄missa causa. empti
enī estis precio sanguinis christi. Et li-
cet dicam nolite fieri serui hominū: tñ in
quo vnusquisq frater. i. fidelis vocatus
est in seruitute vel in libertate/ī hoc ma
neat: ꝛ ita ꝙ apud deū. Propter vitādā
fornicationē cōcessit superi⁹ vnūquēq
volētem habere suam: Dedit etiam pre-
ceptū dñi de coniugatis ne a se inuicem
discederent. Dedit preceptū suū de his
quoꝝ alter esset fidelis: ne ab infideli di
scederet. Sed qz preceptum permanēdi
in virginitate non dederat: querere pos
sent corinthij quare hoc preterisset: ad
hoc respondet paulus. Littera sic iūgit
De cōiugatis preceptum dñi: de his au-
tem quorum alter fidelis est meū prece-
ptum dedi. Sed de virginib⁹ preceptū
Virginitas an fuerit p̄cepta a deo. ideo non determino: quia inde preceptū
dñi nō habeo. Non enim inuenio in scri-
ptis dñm precepisse vt omnes perseue-
rēt in virginitate: ꝛ quia preceptum dñi
super hoc non habeo: propterea do con
silium illud supradictum. Bonū est vir-
ginibus si sic permaneāt vt ego ꝛc. nūc
autem consilium istud approbat dicens
Hoc vtiq consilium meum tenēdum est
Hoc enim dico tanꝗ misericordiam cō
secutus a dño. Misericordiā vocat hic

et remissionē peccatoꝝ/ꝛ maxime apo-
stolatum suum qd̄ vtrūq per gratiā ac-
cepit a dño. Ita misericordiam cōsecu-
tus sum/vt sim fidelis in cōmisso aposto
latu: fideliter enī dispēso mysteria fidei
credita mihi a deo: in quo quia fidelis
sum/nō est ambigēdum quin vtile sit cō-
silium meum. Et quia fidelis sum: ergo
ꝭm fidem existimo hoc predictum consi
lium esse bonū: scilicet permanere in vir
ginitate si possūt: vt ego. Bonū vtiq est
propter vitādam necessitatē instantem/
id est que quotidie instat coniugatis in
nutriendis filijs in se alterutrum susten
tandis ꝛc. Maius bonum est virginita-
tis beatitudo permanēs: que merito vir
ginitatis acquiritur: ꝗ vitare penurias
mūdi. sed infirmis auditorib⁹ tēporale
bonum virginitatis pretēdit. Quia enī
carnales erant/sciebat eos magis vti-
litate carnis posse ad bonum induci/ꝗ
vtilitate spiritus: quia spirituales non
erant. Hoc ideo existimo bonū esse: qm̄
ita est in rei veritate. Et sic ait. Bonum
est homini vtriusq sexus sic esse: perma
nere scilicet in virginitate vel continen
tia. ¶ Quia adeo bonū ꝯtinētie pretule
rat/ne ideo putarent coniugati debere
solui matrimonia ꝛ cōtinere. Cōtra hoc
paulus opponens ait. Licet dixerim bo
num esse sectari castitatem: tamen si alli
gatus es vxori/noli querere solutionē:
bona enim est castitas cōiugalis. Oppo
sita sententia: Sed quia melior est ꝯtinē-
tia vidualis si solutus es ab vxore/noli
iterum querere vxorem: sed cōtine. Ite-
rum ne innupti dicerent: verum quidem
est: quia coniugati non debent dissolui:
sed nos qui in lege ꝯiugij non tenemur:
peccatū facimus si nupserimus. Cōtra
hoc paulus. Licet bonū sit homini esse
in castitate: tamē si tu vir acceperis vxo
rem non peccasti: ꝛ si virgo nupserit non
peccauit. Sed licet virginibus sine pec-
cato nubere liceat: tamē si nupserint ha-
bebunt tribulationem carnis huiusmo-
di. i. que sequitur modū coniugij. s. gemi
tus ventris: nutrimēta filiorum: et simi
lia. Coniugate habebunt quidē tribula-
tionem carnis/sed ego vobis virginita-
tē custodire volētib⁹ parco: dum ad ea
vos ꝓuoco q̄ tribulationes carnis ꝛ me
moratas sollicitudines excludūt. Post
ꝗ concessit vt que nolunt continere nu-

bent: determinat quomodo ſm salutem
anime in coniugio se debeant habere di-
cens. Quia sine peccato accipere vxorē
cōcessi. Itaqꝫ.i. vt sine peccato maneat
in coniugio: determino vobis vt qui ha-
bent vxores sint tanq̄ non habētes.i. nō
magis voluptati q̄ deo inseruiētes. Et
qui flēt de damnis secularibus sic foris
fleant vt interius per spem gaudeant: et
qui gaudent ex prosperitate tēporali vt
intus spiritualiter timeāt / nec donēt se
corrumpendū felicitati / nec aduersitati
frangendum. Qꝛ autem sic se habere de
beāt hoc dico fratres: quia tēpus istud
breue est / ꝛ ī proximo est finis. Unde qꝛ
tēpus breue est: hoc est reliquū.i. hoc so-
lum saluti relinquit: vt qui habent vxo-
res sint tanq̄ non habentes: et qui flent
tanq̄ non flentes: ꝛ qui gaudēt tanq̄ nō
gaudentes: vt quicquid in hoc mūdo est
pro paruitate temporis potius non esse
videatur q̄ esse. Et qui emunt sint tanq̄
non possidētes.i. vtantur velut sine qui-
bus non possunt: sed non delectentur.
Et qui vtunt hoc mūdo: faciāt tanq̄ nō
vtantur.i. totū ex necessitate / nihil ex de
lectatione: propterea sic respuēdus est
mundus: quia figura huius mundi pre-
terit. Mundus quidem non preteribit /
sed forme substantiarum eius destruen-
tur: vt aurum rubore perdito redibit in
terrā: et cetera similiter. Damnatis enī
impijs figura huius mundi mundanoꝝ
ignium conflagratione peribit: sicut fa-
ctum est mundanarum aquarū inunda-
tione diluuium. Et quia figura mundi
preterit / ideo volo vos esse sine sollicitu
dine: ne grauati terrenis damnū celesti-
um incurratis. Sine sollicitudine dicit /
vt coniugati quātū possunt exonerent se
mundanis. Continētes sint expertes to
tius mundane sollicitudinis. Et ita ex-
equitur dicens. Uolo quidē omnes esse
sine sollicitudine: sed tamen alter expe-
ditior est ad hoc: alter impeditior. Qui
enim sine vxore est / virgo / vel continēs
sollicitus est.i. sollicit⁹ esse potest in his
que sunt dñi.i. que ad deum pertinēt. Li
cet etiā esse sollicitū / quomodo placeat
dño. Ubi ait sollicitus est que sūt dñi: in
telligit de his que saluti sufficiunt: et si-
ne quib⁹ nemo saluat. Ubi ait. Quomo-
do placeat deo: intelligit illam summā
perfectionē cui nō sufficit hoc solum qđ
necessarium est saluti: nisi bona sua pau-
peribus dispersерit / mundū deseruerit:
nudus nudam crucem secutus sit. Qui
sine vxore est / sic ei licet: qui autem cum
vxore ē / cogente necessitate sollicitus
est de his que sunt mundi: vt ministret
vxori et pueris: sine quibus durare ne-
queunt. Sollicit⁹ etiā est quomodo pla-
ceat vxori dādo monilia: preparādo or-
namenta / ꝛ sic diuisus est: qꝛ ex maxima
parte distrahitur in cultu vxoris et cul-
tura familie: ꝛ satis modica pars ei⁹ ob
sequio dei relinquitur. Sicut vir conti-
nens cogitat ea que sunt dñi: sic etiā mu
lier que inupta est.i. virgo et vidua cogi
tat ea que sunt dñi: vt sit sancta ꝛ corpo-
re ꝛ spiritu.i. per vtrūqꝫ integritatē cor-
poris ꝛ spiritus. Ea vero que nupta est /
cogitat q̄ sunt mūdi.i. necessaria domui
et quomodo placeat viro in superfluis.
Et cum ita cōmendē vobis cōtinentib⁹
continentie bonum: porro.i. non aliter
hoc dico: q̄ ad vtilitatem vestrā: scilicet
non vt per hoc initiam vobis laqueum /
cogens vos mouere virginitatem: qđ vo
tum postea frāgatis: sed hoc dico hortā
do vos ad id qđ est honestum: id est a cō
tagione alienum: ꝛ qđ prebeat facultatē
obseruandi vos dño sine impedimento
tribulationis carnis. Per hoc enim po
testis obseruare mūdiciā vestram: cum
ad hoc non impediat vos tribulatio car
nis que cōiugatas premit. Fortassis di-
cerent parentes. Uirginibus quidē nu-
bere licet: sed nostra culpa ē ꝙ filias no
stras vt in virginitate maneant non co-
gimus. Cōtra hoc paulus ait. Licet cō-
tinentes dixerim habere facultatem: vt
sine impedimento seruiāt dño: qđ nō ha
bent coniugate: tamen si quis pater exi-
stimat se videri turpē.i. timet se infama-
ri super.i. de virgine sua volēte nubere:
et ꝙ illa sit non solum adulta: sed ꝛ super
adulta. ꝛ si ita oportet fieri / quia nisi ma
ritetur in proximo est infamia: faciat pa
ter qđ vult filia. In hoc enim nō peccat
pater si nubat filia que mauult coniugiū
q̄ castitatem. Iterum quia quidam pa-
tres filias in proposito virginitatis ma
nere volentes: cupiditate dotis: ꝛ vt ha-
beant incremētum generis: ꝛ pro huius
modi cogunt violēter nubere. Inter di-
cit paulus ne hoc fiat. Littera sic iungi-
tur. De patre qui filiam volentem per-

mittit nubere dico ꝙ nō peccat:nam de illo qui filiam volentē concedit manere in virginitate/quid aliud dicam:nisi ꝙ bene facit? Ille vtiqꝫ qui statuit in corde suo:id est qui rationabili disponit cōsilio:ille dico firmus et perdurās in hoc non vtiqꝫ habēs necessitatem predictā: quia de filia non timet infamiam:sed habens potestatem sue voluntatis efficiende/quia filia consentit:et qui hoc non solum statuit:sed etiam iudicauit:id est deliberationes in corde suo fecit:considerando pondus coniugij/admirando decus virginitatis. Hic vtiqꝫ si iudicauit seruare virginem suam bene facit: dum eam volentem in virginitate custodit. Quādoquidem qui volentem permittit nubere non peccat:et qui nolentem nubere bene facit/si conseruat in virginitate. Igitur et qui matrimonio iungit virginem suam ita volentem bene facit: et qui non iungit nolentem iungi/bene ⁊ et melius facit. Sicut de virginibus dixi ꝙ non peccat que nubit:⁊ que non nubit melius facit. Sic de mulieribus/qꝛ illa q̄ viro iuncta est non peccat:sed que in castitate mā serit/beatior erit. Et ita ait. Mulier alligata est viro:quāto tempore viuit vir eius. Et si dormierit vir eius:liberata est a lege viri. Et licet nubere cui vult tantūmodo in dño.i.legali more coniugij. Sed ꝙuis liceat ei nubere:tamen erit perfectior si permanserit sic:id est innupta: agens ſm consiliū meum. Quid inde dicerent illi si tu ita consulis? Ad hoc paulus. Non est spernendum consilium meum:quia puto ꝙ sicut alij apostoli: sic ⁊ ego habeā spiritū dei: et per spiritū gratiam consilij.

Capitulum.viij.

De his autem que idolis sacrificātur scim⁹: quia omnes scientiā habemus: Sciētia inflat: charitas vero edificat

derenū. nisi §. ꝓ defectu.

Si quis autē se existimat scire aliquid/nondum cognouit queādmodum oporteat eum scire. Si quis autem diligit deum: hic cognitus est ab eo. De escis autem que idolis immolātur: scimus quia nihil est idolum in mūdo:⁊ ꝙ nullus deus nisi vnus. Nam ⁊ si sunt qui dicantur dij/siue in celo siue in terra (siquidem sunt dij multi ⁊ domini multi) nobis tamē vnus deus pater ex quo omnia et nos in illo: et vnus dñs iesus christus per quem omnia/⁊ nos per ipsum:sed non in omnibus est scientia. Quidam autem cum scientia vsqꝫ nunc idoli:quasi idolotitum manducant:et conscientia ipsorum cū sit infirma polluitur. Esca autem nos non cōmendat deo. Neqꝫ enim si nō manducauerimus deficiemus: neqꝫ si māducauerimus abundabimus. Uidete autem ne forte hec licētia vestra offendiculum fiat infirmis. Si quis enim viderit eum qui habet scientiam in idolio recumbentem:nōne conscientia eius cum sit infirma edificabitur ad manducādum idolotita? Et peribit infirm⁹ in tua conscientia frater:ꝓpter quē christus mortuus est. Sic autē peccantes in fratres:et percutiētes cōscientiam eorum infirmam:in christo peccetis. Quapropter si esca scandalizat fratrem meū:non manducabo carnem in eternum:ne fratrem meum scandalizem.

Roma. xiiij.d. derenū. nisi §. ꝓ curaui. xxiij.q. iij.ca.j. §.itē sic legitur.

Expositio capituli.viij.

Error erat in corinthijs de vsu ciboꝝ. Quidā eni scientes omnia esse mūda: sana fide comedebant omnia. Hi autē qui fide īfirmi erāt/cū viderēt prudētiores se idolotita comedere/credebant eos sub veneratione idoli sic agere:et dicebant. Bonum est vt reuertamur ad idolotita. Nisi eni intelligerent aliquid esse idolū non comederēt īmolata sibi hi qui inter nos prudentiores sunt. Cū autē sic q̄dā eorū errarent:nolebāt tñ desistere prudētiores a cibis illis:⁊ sic ꝑcutiebāt cō-

sciētias infirmorum. Et de huiusmodi incipit hic paulus dicēs. De cōiugijs p epistolā iterrogastis me: sed de his q̄ sacrificant idolis nihil reqsistis a me. nec oportuit: q2 scim⁹. i. 7 vos scitis 7 ego scio Et cū equaliter sciam⁹ nō oportuit vos querere a me: et hoc dicit hironice. Scimus vtiq3 de his q2 oēs nō hanc solam: sed habem⁹ quācūq3 scientiā. Modo improbat hāc scientiā per malū quod inde sequit̃ dicens. Nos vtiq3 scimus: s3 sciētia ista nō satis laudāda est: q2 inflat. i. facit vos superbire cōtra infirmos fratres in q̄bus nō ex charitate agitis sed male: q2 charitas edificat nutriēs virtutes in perfectionis cōsummationē. Et iō sciētia vestra inflat: q2 nō cōtemperat̃ charitate. Improbauit sciētiā coꝝ p malū superbie ɔsequēs illā nūc ipsam sciētiam. ostēdēs eos insciētes in q̄ se estimāt eē sciētes. Licet dixerim vos sciētes: tñ si q̄s existiat se scire aliq̄d vti vos sine charitate: ꝑfecto hic nōdū cognouit ad quē

Sciētie modus. modū oportеat eū scire. Mod⁹ enim hic est: sciētiā cōtēperari charitate. Opposita sententia. Qui inflat̃ scientie modū non cognouit: sed si quis diligit deum/ q2 habet charitatē proximi: hic vtiq3 cognitus et approbatus est a deo. Nūc determinat scientiā eoꝝ in quo laudanda sit/et in quo reprobāda dicēs. Scim⁹ q diligēs deū a deo cognoscit̃. De escis aūt que immolant̃ idolis/scim⁹. i. vos fide firmi mecum scitis: q2 idolū nihil est in mūdo. i. in creatione mūdi. Deus quidē lapidē vl' lignū vnde format̃ idolū creauit: s3 facturā idoli nō fecit. Nō eni creature illi ex deo hoc prouenit vt dicatur idolum: sed ab artifice. Et hoc etiam scitis: q non est vllus deus nisi vnus solus: vñ cōstat idolū nō eē deū. Uere vn⁹ tantū est de⁹. Nam et si sūt qui dicantur dij: siue in celo vt angeli: siue in terra vt

Ps.lxxxi. Dij alij qui dicūtur. apostoli/iuxta illō. Ego dixi dij estis. Bene dico dicaũr dij: qui siquidem in veritate sūt multi dij: 7 in dijs multi domini: vt in celo archāgeli dominant̃ angelis: i terra apostoli martyrib⁹. Licet vtiq3 sint multi dij: nobis tñ est vnus de⁹ pater: ex quo i pricipio creata sunt oia: et nos creati subsistimus in illo p gubernationē eius: et vnus de⁹ est dñs iesus christ⁹. Et bene de vnitate christi cū patre subdidit. De hoc enim hesitabant co

rinthij: per quē iesum christū facta sunt omnia. Pater eni oia cōdidit in filio: et nos per ipsum christū mediantē sumus in deo. Sed licet in his sanā habeamus scientiam: tñ nō in oibus scientia nostra eque perfecta. Uere nō in oib⁹: quidam eni nō integre fidei cōsciētia idoli manē te vsq3 nūc: q̄ idolū venerandū esse credūt/manducāt quasi idolo titū. i. imolata idolo sub veneratiōe idoli. Et hoc faciendo polluit̃ cōscientia ipsorum: cū sit infirma pro iperfectione fidei: illos q̄dē polluit esca qua vtuntur: quia nos vidēt vti: sed illa esca nō cōmendat nos deo. Nūq3 enim propter hāc escā chariores erim⁹ deo. Quare nō in h deberemus offendere. Uere hec esca nō cōmēdat nos deo. Nā si nō māducauerimus hāc escā neq3 ideo deficiemus a deo: neq3 si manducauerimus propterea habundabim⁹ in bono. Et quādoquidē nil impedit abstinere: nil adiuuat comedere. Uidete ā ne forte hec licentia vr̃a. Licet vtiq3 ſm sanā fidē vestrā: sed nō ita licet vt per hoc fiat offendiculū infirmis fratribus q cōtuitu nr̃o māducādo idolotita peccēt: quia sub veneratiōe idoli. Propterea dico ne fiat offendiculum: q2 si quis nō sane fidei viderit eū recūbentē in idolo. i. in loco vbi imolatur idolo: eū dico qui habet scientiam q oīs creatura dei mūda sit: nec ɔtaminet̃ propter idolum si sana fides sit. Uidēs hoc infirmus nō ne cōsciētia ei⁹ cū sit infirma edificabit̃ exēplo tuo ad manducandum idolotita sub veneratiōe idoli? Et sic per infirmā cōsciētiā peribit infirmus frater in tua scientia cuius exēplo comedit. Nec hoc leue putes: quia hic est frater ꝓpt quē christus mortuus est: et propter quē modicū cibū nō vis dimittere/nihil tibi cōferentē. Et q2 in tua sciētia peribit frater: peccas in fratrē. Sic autē peccātes in fratres/7 percutientes cibo vestro infirmā ɔsciētiā eorum: peccatis contra christū qui mortuus est propter infirmū Quapropter. i. quia peccare in fratrem peccare ē in xp̄m: si esca mea scādalizat fratrē meū: nō māducabo carnē in eternū. Uerū quidē ē q2 in eternitate nemo vtet̃ cibo carnis: s3 ideo sic ait vt magis deterreat a scādalo fratris eū dic̃. Q̃ si in eternū cibus carnis comederetur sibi: respueret eū ne poneret offēdiculum

fratri: ideo nollem in eternū mādeucare
carnem. Nō ideo solū ne fratrē meū pec
care facerem: sed ne eum scandalizem.i.
saltem animo cōtristem.

Capitulum.ix.

NOn sum liber? Nō
sum apostol⁹? Nō
ne christū iesum do
minū nostrū vidi?
Nōne opus meum
vos estis i domio?
Et si alijs nō sum aplus: sed tamē
vobis sum. Nā signaculū aposto
lat⁹ mei vos estis in dño. Mea de
fensio apud eos qui me interrogāt
hec est. Nūqd nō habem⁹ potesta
xxxj.di. omino. tem mādeucandi et bibendi? Nun
xxviij.q j.iā nūc in fi. quid non habem⁹ potestatē sororē
mulierculā circūducēdi: sic̄ et cete
ri apl̄i / et fratres dñi / et cephas?
Aut solus ego et barnabas: non
habemus potestatē hoc operādi?
xxxj.q. j.eccl'as De pre scrip.cū ex offici Quis militat suis stipēdijs vnq̄?
Quis plantat vineam: et de fructu
eius nō edit? Quis pascit gregē: et
de lacte gregis nō mādeucat? Nun
Deut. xxv.a. j.thi.v.c qd fm hominē hec dico? An et lex
hec nō dicit? Scriptū est eni in le
xiij.q.j. eccl'ias. ge moysi. Non alligabis os boui
De pbē. trituranti. Nunqd de bobus cura
extirpā de.§.cū igitur. est deo? An ppt nos vtiq̄ h̄ dicit?
Nam propter nos scripta sunt: qm̄
xv.q.j. firmissi me.§.ex eo. debet i spe qui arat arare: et qui tri
turat: in spe fructus pcipiendi. Si
nos vobis spūalia seminauimus:
ro.xv.f. magnum est si nos carnalia vestra
xiij.q.j. eccl'ias. metam⁹? Si alij ptātis vestre par
§.hisita ticipes sunt: quare non poti⁹ nos?
xxviij.q j.iā nūc. sed nō vsi sum⁹ hac ptāte. Sed oīa
sustinem⁹: ne quod offendiculū de
xiij.q.j. eccl'ias. mus euāgelio xp̄i. Nescitis qm̄ q
De pbē. in sacrario operantur q̄ de sacrario
eis 3 fm. et ca.ex sunt edūt? Et q altario deseruiunt
turpāde. cū altario participāt: ita et dñs or

dinauit his qui euāgeliū annūciāt xvj.q.j. doctos.
de euāgelio viuere. Ego autē nul j.q.ij.sa
lo horum vsus sum. Non autem cerdos.
scripsi hec: vt ita fiant in me. Bo
num est eni mihi magis mori: q̄ vt j.q.ij.
gloriā meā quis euacuet. Nā et si sacdos. in fi.
euāgelizauero: nō est mihi gloria. xxiij.q.
Necessitas eni mihi incumbit. Ue vj.§.itē cū redde
enim mihi est: si nō euāgelizauero. ret.
Si enim volens hoc ago mercedē
habeo: si autē inuitus dispensatio
mihi credita est. Que est ergo mer
ces mea? Ut euangeliū predicans
sine sumptu ponā euāgeliū: vt non
abutar potestate mea in euangelio
Nam cum liber essem ex omnibus
omniū me seruū feci: vt plures lu xxviij q. j.iā nūc.
crifacerem. Et factus sum iudeis
tanq̄ iudeus vt iudeos lucrarer.
His qui sub lege sunt: quasi sub le xlv.dist. recedite
ge essem: cū ipse nō essem sub lege:
vt eos qui sub lege erant lucriface
rem. His q sine lege erāt tanq̄ sine
lege essē: cū sine lege dei nō essem:
sed in lege essem christi: vt lucrifa
cerem eos qui sine lege erant. Fa
ctus sum infirmis infirmus: vt in
firmos lucrifacerē. Oībus omnia
factus sum: vt oēs facerem saluos
Oīa autem facio propter euange
liū: vt particeps ei⁹ efficiar. Nesci
tis q hi qui in stadio currūt: oēs
quidē currūt: sed vnus accipit bra
uiū? Sic currite vt cōprehendatis
Omnis eni qui in agone conten
dit / ab oibus se abstinet: et illi qdē
vt corruptibilē coronā accipiant:
nos autē incorruptam. Ego igitur
sic curro nō q̄si in incertū: sic pugno
nō quasi aerem verberās. Sed ca xxxij.q. v.si enī paulus.
stigo corpus meū et in seruitutē re
digo: ne forte cum alijs predicaue
rim: ipē reprobus efficiar.

Expositio cap. ix.

DIssuadet iterū ab offēdiculo fratris dicēs: lz sana sit fides vestra: debetis tamē abstinere a cibis pro quibus offendit infirmitas fratris. quēadmodū videtis me/qui cū habeā potestatē accipiēdi tēporalia a corinthijs quibus predico: nolo tamē offendiculū faciā infirmitati eorum. Et ꝙ possit accipe ab eis iure predicationis/ ꝓbatiōes premittit dicens. Possum quidē a vobis carnalia accipere si voluero: qꝛ nōne sum ego liber: nōne habeo libertatē illā quā habēt alij apostoli: qui de ꝑdicatiōe sumpt⁹ accipiūt? Sic ideo ait qꝛ bonū suū illi pseudo verterāt in malū dicētes. Ideo nō a vobis necessaria accipit: qꝛ scit se non esse apostolum/cum illi solū sint apostoli qui cū christo in terris cōuersati sunt: ħ aūt nō vidit eū. Uere liber sum vt alij. Nunqd ego sum apostol⁹? Nō diceret illi: quia non vidisti christū. Cōtra hoc paul⁹. Sū vtiqꝫ apostolus. Nōne vidi christū dnm̄ nostrū? Uidi eū in hora vocationis quādo dictū est ei: saule saule quid me persequeris? Uidi iterum eū: quādo illi orāti in tēplo dictū est: portabis nomē meū in gentibus et cetera. Sum apostol⁹: qꝛ vidi christū. Sū ētiā: qꝛ nōne op⁹ meū .i. mei apostolat⁹ vos estis. et hoc i dño: cui⁹ gratia in me et in vobis operat sine oī merito. Uos vtiqꝫ estis meum op⁹ in dño: qꝛ et si .i. licet alijs nō sū aplus (qd vtiqꝫ sum) sed tamē vobis apostol⁹ sum. Uere vobis precipue. Nam vos estis signaculū apostolat⁹ mei .i. qꝛ signate ꝛ expresse sunt in vobis gratie dei per ministeriū mei apostolatus. Ideo vos estis approbatio apostolat⁹ mei: et hoc totū in dño: qꝛ ꝛ apostolatus mei et gratie vobis date sunt per misericordiā dei. Hoc ideo dicebat qꝛ corinthij acceperant diuersas gratias vt curationes: et genera linguarū: quā gratiā alijs preferebant: cū esset minima vt ipse dictur⁹ est. Et ꝙ per gratias acceptas estis signaculum mei apostolat⁹/hec est mea defensio .i. per hoc defendo ꝛ ꝓprobo me esse apostolus apud eos qui me interrogāt .i. qui dubitant de me: qꝛ nō corpore cū xp̄o ꝯuersatus sim vtrum sim apostolus an non. Postqꝫ probauit se apostolū: ꝓbat ꝙ iure apostolatus possit accipere tpalia ab his quibus ministrat spiritualia dicens Nūquidē (sicut ꝓbatū est) apostolus sū Nūquid nō habem⁹ potestatē māducandi ꝛ bibēdi apud eos quib⁹ ꝑdicam⁹? Et nūquid nō habem⁹ potestatē circūducendi mulierē .i. vt circūqꝫ nobiscū ducamus mulieres que nobis de suis tēporalib⁹ mīstrēt. Mulierē dico nō i opere carnis/sed fide et pia cōuersatiōe sororē. Hanc formā habendi fideles mulieres in comitatu suo traxerunt apl̄i a dño iesu: qui iō mulieres secū cohabitare voluit: vt ostēderet sicut virū ita se redimire mulierē. Unde qd ā dubij erant propterea qꝛ mulier causa fuit toti⁹ ꝑditionis. Nunqd inqꝫ possumus hoc sicut ꝛ ceteri apl̄i possūt: etiam fratres dñi: scꝫ iacobus hierosolymitan⁹: et iudas zelotes/qui iacobi frater dicitur: et sicut cephas .i. petrus q̄ vtiqꝫ mulieres in suo comitatu habuit? Et cū oēs habeāt aut ego solus et barnabas q̄ mecū laborat i euāgelio: nō habem⁹ potestatē operandi hoc .i. vt quēadmodū alij sic ꝛ nos accipiam⁹ a subditis? Quod licitū sit ei accipere ꝓbat/ꝛ humanis ratiōib⁹/ꝛ ꝑ legem veterē: et per euāgeliū dicēs. Uere debem⁹ ex licito ħ operari. Quis enī vnqꝫ militat in castris viuens de proprijs stipendijs? Lex militie nō patitur hoc. Et qs plātat vineā/et non edit fructū ei⁹? Et qs pascit gregē/ꝛ nō māducat de lacte gregis? Sꝫ nūqd ꝑm hominē .i. ꝑm hūanas rōnes dico ꝛ approbo ħ ꝙ carnalia a subditi accipe debeā? Dico etiā ħ ꝑ legē: qꝛ an etiā lex hec non dicit? Dicit vtiqꝫ qꝛ sic scriptum est in lege moysi. Nō alligabis os boui trituranti in area: sed comedet de his que triturat Diceret carnalis: qd ad te? De boue enī ħ ꝑceptū est: nō de hoīe. Cōtra ħ paul⁹ Nūqd deo cura ē de bob⁹ in lege/ vt de eis ꝑceptū ibi posuerit? De bobus vtiqꝫ nō est hec cura deo. Sed an propter nos vtiqꝫ ħ dicit? Uere ꝓpter nos: nā etiam hec alia ꝓpter nos scripta sūt: scꝫ ꝙ ille q̄ arat debet arare in spe ꝑcipiēdi tpales fruct⁹: et ille q̄ triturat in spe ꝑcipiendi fruct⁹ triturat. Arare dicit spinas infidelitatis eradicare de bono fidei/eū q̄ infidelis ē excolere. Triturare dicit postqꝫ iā sunt i eccl'ia accepta fide triturat eos predicator/separās grana a paleis: bo-

nos a malis. Et q̄ arat/⁊ q̄ triturat mere
tur accipe ꝑpalia. Probat ite ꝓ idē alijs
rōnibꝰ dicens. Et si nos predicatores se
minauimꝰ vobis spūalia: magnū ē mō.i.
nulliꝰ ꝑcij reputari deb3/si nos metamꝰ
a vobis vestra carnalia. Et si alij.i.pseu
do doctores sunt ꝑticipes vr̄e rei/ita vt
ꝑtāti sue faciāt de vr̄is qđ placet: q̄re nō
potiꝰ nos q̄ sanā doctrinā ministramꝰ?
Probato ꝙ sit apostolꝰ: et ꝙ lege mini-
sterij potestatē habeat accipiēdi ab eis:
tandē venit ad illđ ꝓpter qđ incepit di-
cens. Licet apl'i essemꝰ/⁊ ꝑtātē ex apo
stolatu haberemꝰ: tñ non sumus vsi hac
potestate: vt aliqua a vobis accipemus.
Dicerēt illi: fortasse nō idiguistis. Ege
mus vti q̄ sed tñ sustinemꝰ oīa: famē/si-
tim/nuditatē. Propterea ne demꝰ aliqđ
offendiculū euāgelio xpi.i.ne in aliquo
videamur ipedire bonū nr̄e ꝑdicatiōis.
Timebat paulꝰ in hac re plura offendi-
cula: q2 si acciperet ab eis q̄ minꝰ erant
auari mallent nō audire ꝑdicationem:
q̄3 dare temporalia. Preterea q2 si pau
lꝰ acciperet/acciperēt silr̄ pseudo: q̄ li
cet paulo aduersarent: tñ in hoc ⁊ in qui
busdā eū sequebant: nō audētes facere
ꝙ paulꝰ nō accipiebat: q̄ si exēplo pau-
li occasionē accipiēdi haberent/ꝓ pau
cis cibis (q2 gulosi erāt) absoluerēt eos
a magnis peccatis: et hac occasione co-
rinthij securiꝰ peccarent. Nō vtimur po
testate ne faciamꝰ offendiculū. Ideo enī
nō dimittimꝰ quin nobis liceat: nescitis
enī ꝙ qui in sacrario.i. in opere templi:
vt in cortinis/vel in aliqua reparatio-
ne operant edūt illa q̄ sunt de sacrario.
Sacrariū qđ dicitur Sacrarium dicitur quasi secretarium
retro altare. Et an nescitis ꝙ sacerdo-
tes q̄ deseruiūt altari partē capiūt cum
altario? Pars enī sup altare cōbureba-
tur/⁊ pars sacerdotibꝰ in cibos reserua
bat. Vel aliter: vt illud premissum de gē
tilibꝰ dicamꝰ. Nescitis quoniā hi q̄ ope
rant in sacrario gētiliū edūt ea q̄ sūt de
sacrario? Et q̄ seruiūt altari iudeoꝝ ꝑti
cipant cū altario? Ita.i. eodē ordie: vi-
uere sc3 de ꝑdicatiōe: ordiauit dñs his
q̄ annūciāt euāgeliū: vbi ait i euāgelio
Edētes et bibētes que apđ illos sunt ⁊
cetera. Et licet dñs sic ordinauerit: ta-
men ego nō sum vsus aliquo horum: vel
cibo/vel potu/vel tegumento. Dicerent
illi. Callide paulꝰ agit ita loquēs: vt qđ
prius simpliciter non accepit/modo du
plicatum recipiat. Contra hoc paulus
Licet ita scribam: tamē nō ideo scripsi
hec scilicet me nō fuisse vsum aliquo ho
rū/vt ita fiant in me deinceps. id est vt
quod prius non cepi modo multiplica-
tum recipiā: ideo nec feci: nec ammodo
volo fieri in me: quia magis bonum est
mihi mori nedum pati penuriam: q̄3 vt
quis euacuet gloriam meā.i. remunera-
tionem quā expecto de euāgelio. Si enī
cum offendiculo fratris euāgelizarem:
gl'iam vti q̄ meriti mei euacuarē. Vl' ita
Bonū ē mihi magis mori: q̄3 nō moriar.
Nūc enī multis tribulatiōibus morior:
sed mallem adhuc maiori egestate mori
q̄3 vt quis euacuet gloriam meā. Vere
gloria mea ne euacuetur timendum mi-
hi est. Nam si ego euangelizauero sic.i.
cum offēdiculo fratris/cupiditate acci
piendi sūptus a vobis: iā non ē mihi glo
ria: sed perit remuneratio mea. Vere nō
debetur mihi gloria. Nam necessitas.i.
egestas incūbit mihi que me euangeliza
re cogit: vt sic habeam stipendia. Vere
necessitas incumbit. Nam si non euāge-
lizauero est mihi veh.i. dolor egestatis:
famis sc3 et nuditatis. Si ex necessitate
euāgelizauero nō est mihi gloria. Si au
tem hoc ago volens.i. ex voluntate tan-
tū/nō pro cupiditate sūptuū: tūc habeo
mercedem mei euangelij. Vel aliter ad
hoc qđ superiꝰ dixit. Malo mori: q̄3 glo
riam meam euacuari. Diceret aliquis
Si euangelium tuum res talis esset/pro
qua si non fieret non deficeremus. Vel
pro qua si sit non in melius abūdemus/
vt esset idolotita sana fide comedere.
credi posset ꝙ gloria tua periret: si cum
offendiculo fratris euangelizares. Sed
quia euangelium tuum res tante digni-
tatis est: per quam saluentur homines:
non est credibile ꝙ pro offensione infir-
mi fratris pereat gloria tua de euange-
lio. Euacuabitur pro certo ait paulus.
Nam si euāgelizauero tantum: et ab of
fendiculo fratris non declinauero: non
mihi gloria pro solo euāgelizare. Nul-
lius enim meriti est sic euangelizare: vt
offensionem fratris non caueamus. Ve
re non est multum euangelizare solum-
modo. Nā necessitas euangelizandi in-
cūbit mihi: ex iniuncto officio. Et vere
necessitas officij mei euangelizare me

cogit. Nam veh.i. dānatio mihi est si nō euangelizauero. Et inde palam ē q nō est tanti euangelizare cuius gloria pro pt offendiculum fratris non pereat. Si ex necessitate ministerij mei tantum euangelizauero non est mihi gloria: sed si hoc ago volens / nō vt cupiditate sum ptus fratrem offendam: tūc habeo ego de euangelio meo mercedem. Sʒ si hoc facio inuitus: id est necessitate coactus paruipendens offendere fratrem: h qdē verum est q dispensatio donorū dei cre dita est mihi.i. q non minus ppter pec catum meum dispensat de⁹ gratias su as: sed tamen sine mercede mea: in hoc verbo mihi inuito et peccāti per offendi culum fratris credita est dispēsatio gra tiarum dei. Accipiunt sancti auctorita tem / q licet minister malus sit / dona ta men dei per eum dispensata non minu untur propter peccatum suum: sicut nec augētur propter iusticiam eius. Et quia dixi si volens hoc ago: tunc ex volunta te mercedem habeo. Ergo dicamus mo do que est merces mea: id est qualis de bet esse voluntas pro qua mihi merces veniat: talis esse debet voluntas: vt ego predicans euangelium ponam: id ē col locem euangelium: et fundamentum eius constituam: sine sumptu accepto a corinthijs / pro quo offenderetur. Ideo sine sumptu vt non abutar: id est vt non male vtar potestate mea concessa mihi in euangelio. Potens enim sum de euā gelio sumptus accipere: sed si fratrem ī hoc offendero: male vtor hac potestate. Credendum est q sine sumptu ponā euā gelium ne offendatur infirmitas audito rū: nam (qđ sumptu mai⁹ est) cum liber essem ex omnibus: et nulli eorum aliqd deberem / feci me seruum omniū vt sic lu crifacerē plures. Et qui ꝓ vtilitate eo rum iugum seruitutis sub omnibus ha bui: credendum est q a sumptu contine am / timens offensionem fratris: ꝓ quo lucrando seruum me exhibui: vere ser uum omnium me feci. Nam iudeorū: sa maritanorum: gentilium / et infirmorum fratrū. Quod ita exequitur. Fact⁹ sum iudeis tanq̄ iudeus / condescendens ri tibus eorum / abstinendo a carnib⁹ a qui bus abstinebant: vt sic lucrarer iudeos libentius mihi acquiescentes: quia rit⁹ eorum non aspernarem. His etiam qui sub lege sunt: id est samaritanis / q̄ q̄nq̄ libros moysi tenent / sed prophetas non habent: factus sum quasi sub lege essem: cum tamen ipse non essem sub lege: sed ideo feci vt hoc modo lucrifacerem eos qui erāt sub lege: id est samaritanos. Sa maritani sunt quos rex assiriorum capti uatis filijs israel posuit ad incolenda loca samarie / et sunt ex origine persae: q̄ quinq̄ libros moysi recepert / cū mul tis tribulationibus vexaret eos de⁹: q2 terram populi sui israel sibi illicite vsur passent. His etiam qui erant sine lege: id est gentilib⁹ factus sum tanq̄ essem sine lege: comedens cibis eorū: et asserens de um elegisse eos: cum tamen non essem si ne lege dei / sed essem in lege christi: sic ideo fact⁹ sum vt lucrifacerem gentiles qui erant sine lege. Factus sum etiam in firmis fratrib⁹ īfirm⁹: abstinēs a licitꝭ cibis / ne generarem offendiculum eorū infirmitati / vt sic lucrifacerem īfirmos. Et quid enumerem singula? Omnibus factus sum omnia: perfectus perfectis: et sic in singulis / vt omnes saluos face rem. Hec autem omnia facio ꝓpter col locandum euangeliū: qđ nisi sic facerē: euacuaret propter offendicula fratrum Propter euāgeliū ideo vt efficiar par ticeps eius: id est vt ptem capiam remu nerationis quā euangelium attestatur / ꝛ fidelib⁹ promittit. Hic totum qđ de se in duxit adaptauit. Quasi diceret / quēad modum omnibus omnia factus sum ꝓ pter euangelium: sic et compatimini īfir mitati fratrū vt participes sitis ꝓmisse btitudinis. Dixi abstinendū esse vobis a licitis causa infirmorum fratrum. Si cut ego apostolus vester a licitis absti neo / ne dem offendiculum euangelio christi: quod totum ideo facio: vt accipe re mercar qđ expecto. Induct⁹ exēplo eorum qui vt temporalem coronam ac cipiant / abstinent se ab omnibus que ad accipiendam coronā eos impediāt. Q2 an nescitis q hi qui in stadio currūt / om nes quidē currūt: sed vnus accipit bra uiū.i. coronā vel premiū cursus? Stadi um dicit spaciū ducentorum ꝛ. xxv. paſ suū quātū hercules vno anhelitu cucur rit q nō respirauit: et dr stadiū a stādo: q2 statur ī fine cursus. Q̄ñdē currētes in stadio sollicite intendunt ad accipiē dū brauiū: sic ergo currite abstinēdo ab

Samaritani q̄ sunt.

Stadiū quid sit et vnde.

oībus que impedire vos possunt vt oēs cōprehendatis brauiū eterne felicitatis Si eni oēs hic currunt vbi vnꝰ tantū accipit brauium multo sollicitius currere debetis: vbi omnes eternū brauium accipietis. Sic vtiqꝫ currere debetis abstinēdo ab omi qđ vos impedire possit. Nā oīs ille q̇ contendit in agone.i.i certamine cursus/ abstinet se ab omibꝰ impediētibus cursum. Et illi quidem currentes in stadio sic se abstinent vt accipiant corruptibilem coronam: nos accepturi incorruptibilem: longe ampliꝰ abstinere nos debemus/ quāto digniori corona remunerabimur. Et qꝛ incorruptam coronam expecto/ igitur ego sic curro nō q̄si in incertum/ ille currit in incertum q̇ modo male/ nō bñ agit. Cum enim bñ agit sperat se accepturum/ quando vero male diffidit. Currere dicit bene operari sine impedimēto illate tribulatiōis: Pugnare dicit quādo infertur tribulatio et fortiter resistit. Sic etiam pugno/ nō q̄si verberās aerē: vt qđ bene dicam opere in me non compleam: qui enim in vanum verba dicit: aerem solum verberare dicitur/ Vel ita: Non q̄si aerem verberans: id est non frustra ictus meos proijciēs/ sicut ille qui pugnat cum hoste/ quādo ꝓiecto ictu non tangit hostem/ dicitur verberare aerem: Sꝫ ego contereus hostē/ non verbero aerem: sed castigo corpꝰ meum.i. carnis concupiscentijs comprimo: et ita ꝙ corpus redigo in seruitutem: id est vt caro non solum non repugnet: sed etiam seruiat spūi. Ideo sic castigo ꝛ redigo ne forte contingat qđ contigere posset: vt cum alijs predicauerim: ipse efficiar reprobus ꝛ dampnabilis. Ubi ait: ne forte/ bene ostendit deum sic eligere suos vt non cogat eos: nec libertatem arbitrij in eis destruat/ quin si velit iterum cadere possint.

In icertū quis currit.

Capitulum decimū.

Exodi xiij.a. De cōs. dist.iiij. nec quē ꝙ.

Nolo eni vos ignorare fratres quoniam patres nr̄i oīs sub nube fuerunt: ꝛ omnes mare trāsierunt/ et oēs in moyse baptizati sunt in nube et i mari. Et omnes eandem escam spiritalē manducauerunt: ꝛ oēs eundē potū spiritalē biberūt. Bibebāt aūt de spiritali cōsequēte eos petra. Petra aūt erat xp̄s. Sed non in pluribus eorū beneplacitū est deo. Nā ꝓstrati sunt in deserto. Hec aūt i figura facta sunt nr̄i: vt nō simꝰ concupiscētes maloꝝ sicut ꝛ illi cōcupierunt. Neqꝫ idolatre efficiamini sicut quidā ex ip̄is: quēadmodum scriptū est. Sedit pp̄ls mādUcare ꝛ bibere: ꝛ surrexerūt ludere. Neqꝫ fornicemur sicut quidā ex ip̄is fornicati sunt: et ceciderunt vna die viginti tria milia. Neqꝫ tētemꝰ xp̄m sicut quidā eorū tētauerūt: ꝛ a ſpētibus perierunt. Neqꝫ murmurauerītis sicut quidam eorū murmurauerunt: ꝛ perierunt ab exterminatore. Hec aūt oīa in figura contigebant illis: scripta sunt aūt ad correptionem nostram/ in quos fines seculorum deuenerunt. Itaqꝫ qui se existimat stare: videat ne cadat. Tētatio vos nō app̄hendat nisi humana. Fidelis aūt deus est q̇ non patiet vos tētari supra id quod potestis: sed faciet etiā cū tentatione ꝓuentum: vt possitis sustinere. Propter quod charissimi mihi: fugite ab idolorum cultura. Ut prudentibus loquor/ vos ipi iudicate que dico. Calix benedictionis cui benedicimus: nōne cōmunicatio sāguinis christi est? Et panis quem frāgimus: nonne participatio corporis domini est? Qm̄ vnꝰ panis ꝛ vnum corpꝰ multi sumus: omnes qui de vno pane ꝛ de vno calice participamus. Uidete isrl' ſm carnem. Nōne q̇ edūt hostias: pticipes sūt altaris? Quid ergo? Dico ꝙ idolis im

De cōs. di.ij. reuera. et ca.i calice.

Nūeri. xiiij.f.

Exodi. xxxij.b. Nūeri. xxv.b. Numeri.xxj.b

Iudic. viij.c.

xij.q.ij. glosa. xxxij.q. iiij. quis ignoret. xlix. di. c.j.§ ingem.

De pe. di.ij. iter hec scīēdum.

De cōs. di.ij. relatū.

molatū sit aliquid: aut q̄ idolū sit
aliquid? Sed que immolant gen-
tes: demonijs immolant: & nō deo
Deut. xxxij. c. Nolo autem vos socios fieri de-
xxxiij. q. ij. nō satis. in prin. moniorum. Non potestis calicem
domini bibere: & calicem demonio
rum. Nō potestis mense dn̄i parti-
cipes esse: & mense demoniorum.
An emulamur dominū? Nūquid
Eccle. xxxvij. d fortiores illo sumus? Omnia mi-
& vj. c. hi licent: sed non omnia expediūt
Omnia mihi licent: sed non omnia
edificant. Nemo quod suum ē que
rat: sed quod alterius. Omne qđ ī
macello venit manducate: nihil in
terrogantes propter conscientiam
Ps. xxiij Dn̄i est terra: & plenitudo eius. Si
quis vocat vos infideliū ad cenā: &
vultis ire: omne quod vobis appo
nitur manducate: nihil interrogan
xxx. dis. si quis carnem. tes propter consciētiam. Si quis
autem dixerit hoc immolatum est
idolis: nolite manducare propt̄ il-
lum qui indicauit: et propter cōsci
entiam. Conscientiam autē dico:
nō tuā sed alteri⁹. Ut qđ enī liber
tas mea iudicatur ab aliena cōsci
entia? Si ego cum gratia partici-
Colos. iij. c. d po: quid blasphemor pro eo q̄ gra
tias ago? Siue ergo manducatis
siue bibitis: vel aliud quid facitis
omnia in gloriam dei facite. Sine
offensione estote iudeis et gentib⁹
et ecclesie dei: sicut et ego per om̄ia
omnibus placeo: non querens qđ
mihi vtile est: sed quod multis vt
salui fiant.

¶ Expositio capituli decimi.

Quia Paulus dixerat castigo
corpus meum &c. ne ipse repro
bus efficiar. Ad hoc diceret a-
liquis. Quare tantopere labo
ras ne reproberis? Non enim creden-
dum ē deum leuiter reprobare nos qui
bus baptismum fidem & cetera sacramē-
ta ecclesie contulit: etiam si iniuste ali-
quando simus operati. Contra hoc pau
lus probat nihil valere ad salutem sacra
menta si desint bona opera. Patres enī
veteris testamenti eadem que habem⁹
in veritate habuerunt in figura: sꝫ quia
male operati sunt non profuerunt illis
sacramēta: sic nec nobis proderūt: si ma
la fuerint opa nostra. Littera sic iungit
Propterea tantope laboro/ne reprob⁹
efficiar. Uideo enī nō mihi sufficere ac-
cepta sacramenta si defuerit opera: quē-
admodum nec patribus nostris sub vete
ri non suffecerit: quia male operati sunt
Nō vt videatis nolo vos ignorare o fra
tres: quoniam patres nostri. i. iudei/qui
nos in cultu dei precesserunt et docue-
runt/et quorum figure veritatem nostrā
genuere. Illi inꝗ patres om̄es nullo se-
parato fuerūt sub nube. Nubes illa que
inter egiptios et iudeos posita fuit vsqꝫ
ad mare rubrum/significauit diuinam
misericordiam que cathecuminos prote
git donec veniāt ad baptismum. Et om-
nes patres nostri transierunt mare ru-
brum: ita et nos omnes per baptismum
transimus. Et omnes patres nostri in
moyse: id est in regimine moysi baptiza-
ti sunt: id est profecti sunt in nube separā
te eos ab egiptijs/& ī maris trāsitu. Ba
ptizati dicit: cū nec ista vox de illis tunc
dicta sit: nec mare illud veritas baptis-
mi fuerit: quia figura tantum: sed nomē
significate rei pro ipso significāte ponit:
quia quemadmodum illi in ducatu moy
si protecti sunt/longe melius nos duce
christo protegimur in baptismo/in quo
nobis peccata remittit: et liberum arbi-
trium nostrum confortat vt possit resiste
re diabolo male suadenti. Ideo etiam
ait baptizati sunt: quia ꝗ̄ efficax nobis
est baptismus ad salutem: sic esset eis
transitus maris/si credentes mandatis
dei obedirent. Et omnes patres nostri
manducauerunt eandem escam. i. māna.
Escā dico spiritualem: id ē spiritualis
esce corporis et sanguinis christi signi-
ficatiuam. Ideo etiam spiritualē: quia
qđ esca corporis et sanguinis xp̄i facit ī
nobis/idem prodesset eis ad salutē mā
na illđ si in bono perstitissent. Nō q̄ aliđ
fuerit ꝗ̄ manna. Et omnes biberūt eū-

dem potum:id est aquam fluentem de petra:potum dico spiritualem: quia potū sanguinis christi figurantem et idem in fide valentem eis si boni essent. Nec semel inde bibetur:sed bibebāt assidue de petra:id est de aqua manāte de petra cō sequente eos:quia quocunqȝ ibant in deserto/aqua illa sequebatur illos: petra dico spirituali:id ē spiritualem petram christum significāte. Qd non semel sȝ cōtinue bibebant:quia non sufficit nobis q̄ quotidie i peccatū labimur semel sumere sanguinē christi:quia sicut quotidie cadimus sic iugi medicamine egemus. ¶Petra autem illa vnde manabat aqua/erat christus:de cui⁹ latere fluxit aqua nostre regenerationis. Et licet tot sacramenta habuerint patres nostri: tamen nō in pluribus eorum beneplacitum est deo:quia peccando datis sacramentis indignos se fecerunt. Uere plures eorū non placuerunt deo. Nam prostrati sūt in deserto prouocantes super se irā dei male agendo. Et hec predicta non soluȝ causa eorum facta sūt/sed etiam in figura nostri. In omnib⁹ enī predictis figurata est veritas sacramentorum que data est nobis per christū. Ideo in figura nostri facta sunt: vt non simus concupiscētes malorū: sicut ⁊ illi multotiēs mala concupierūt. ¶ Hic paul⁹ se īserit eis vt meli⁹ eos retrahat/peccata quorum compatiendo sua facit. Nunc quedā peccata iudeorum reponit que vidit i corinthijs esse dicens. Ne sitis concupiscentes malorū scilicet:neqȝ efficiamini idolatre. Hic iā separat se ab illis quibus ī idolatria non cōsensit. Ne inq̄ sit] idolatre sicut quidam eorum fuerunt. Corinthij autem idolatre erāt:quia vel sub veneratione idoli idolotita comedebāt. Uel non curantes offendere fratrē mādūcando idolotita causa erant quare infirmus frater idolatra esset:⁊ sic de idolatria accusabiles. Idolatre fuerūt quidam iudeorum queādmodū de eis scriptum est in exodo. Sedit popul⁹ iudeorum manducare et bibere/que immolauerunt vitulo conflatili:⁊ postea surrexerunt ludere.i.coreas ducere ⁊ cetera coram idolo. Uel surrexerunt ludere.i. idolum adorare: qd̄ ludus et derisio videbatur de his qui per tot miracl'a erāt instructi. Neqȝ fornicemur sicut quidā ex ipsis fornicati sunt cum madianitis. Et ꝓpterea ceciderunt.xxiij.milia. Fornicatio erat in corinthijs/vt i eo qui duxerat vxorem patris/cuius per consensum alij erant rei. Neqȝ temptem⁹ christum sicut quidam eorum temptauerūt dicentes. Nunquid poterit de⁹ pare mēsam in deserto? ⁊ illi perierunt a serpentibus venenantibus eos: donec moyses serpentem ereū erexit i ligno: quem qui iudeorum videbat: ea die a lesione ꝑpentum securus erat: qui serpens significauit christum ꝑm humanitatem/vt idem in euangelio perhibet. Sicut exaltauit moyses serpentem in deserto/sic oportet exaltari filium hominis. Temptabant corinthij deum: dum de resurrectione dubitabant quasi deus nō posset q̄cquid ex bonitate vellet. Neqȝ murmurauerit]: qd̄ vtiqȝ faciebāt corīthij/quorum quidam dicebant paulum non esse apostolum ⁊ similia: sicut quidam iudeorum murmurauerunt: vt filij chore et dathan et abiron: dicentes moysen non ex precepto dei consecrare aaron in sacerdotem: sed pro exaltatione sui generis: et ideo perierunt ab exterminatore .i.a pcutiente angelo. ¶ Notādum ē qȝ quia iudei rudes erant: nec spiritualia capere possent: ideo in carnalibus seruire deo propositum fuit illis: et sicut in carnali seruitute offendentes ꝑm carnē puniebantur: sic et nos quibus spiritualia data sūt: si in eis offendimus: ꝑm animā puniemur. Non solū predicta sacramenta in figura nostri precesserunt: sed etiam hec omnia et peccata et pene peccatorum contingebant illis in figura nostri: quia si illi manentes ī vmbra ꝓ trāsgressu vmbre dānati sunt: quanto magis nos si in ipsa veritate peccamus? Non solum hec illis in figura nostri contingere: sed etiam scripta sunt hec ad correptionem nostram/vt per exempla eorū corripiamur. Nostrā dico/in quos nos deuenerunt fines seculorum: quia quantumcunqȝ duratura sint hec secl'a: nos tā fines habemus: qꝛ hi ritus q̄ p euangeliū dati sunt/fiunt priores rit⁹. Et ipsi q̄diu mūdus erit nō finientur. Uel ita. In nos deuenerūt fines secl'orū: quia finita est omīs secularitas.s. veterū rituū

carnalitas: et tradita est nobis ipsa veritas. Qñquidē priora sacramēta patrib⁹ nostris nihil profuerunt propter peccatum: et hec ad nostrā doctrinam scripta sunt. Itaqꝫ.i. propterea ille vestrū qui se existimat stare/scʒ qui sane intelligit de creaturis dei: sibiqꝫ licere oia. Videat ne cadat per offendiculū fratris. Et ne in hoc verbo quia dixerat videat ne cadat: turbarent corinthij scientes iustum etiam septies in die cadere. Determinat paulus de quo casu intelligat dicēs. Videat quisqꝫ ne cadat: sic vt nō apprehendat vos temptatio.i. delectatio peccati: nisi que sit humana.i. necessitate carnis veniens scʒ venialis. Quod ad vos pertinet: videte vt faciatis: qꝛ de⁹ fidelis est: et verax i promissis: qui fideles suos in nullo deserit: qui de⁹ nō patiet vos temptari supra id qđ pati potestis. Scđʒ ei ꝙ videt fortitudinē vel teneritatem cuiusqꝫ tribulationis disponit. Nec solum nō patietur vos supra modū tēptari: sed etiā faciet vobis cū temptatione prouentum.i. et augmentum virtutis qua perseueretis/et augmentū tribulationis: faciet dico ita vt vos possitis sustinere nec in tribulatione deficiatis. Propter qđ .i. quia videndū est stanti ne cadat: ⁊ de⁹ presto est qui manū porrigat. Ideo fugite a cultura idolo℞/si hoc facitis: tunc mihi charissimi. Fugere a cultura idolorum dicit: ⁊ infirmis qui sub veneratiōe idoli comedebant: et his qui licet sane fidei essent: tamē causa erāt qua fratrū infirmitas corrūperetur. Et vt fugiatis a cultura idolorum rem subtilē dictur⁹ sum/in qua loquor vobis. non vt simplicibus: sed vt prudētibus: et ideo vos ipsi iudicate.i. ꝙ subtilius potestis apud vos discutite: ħ qđ vobis dico. Sumā sententie breuiter extra colligam⁹: ideo

Ydolo℞ cultura ē fugienda. fugere debetis a cultura idolorum: qꝛ sicut ille qui corpori et sanguini christi cōmunicat vnū quodāmodo fit cū xpo. sic ille qui ꝯmunicat idolo idolotita comedendo: incorporat diabolo. Nūc litteram exꝑonam⁹. Fugiēdū vobis est a cultura idolorū: qꝛ calix.i. sanguis christi. calix dico benedictionis per quē benedictiones gratiarū accipim⁹: quia per sanguinem christi si digne sumim⁹/⁊ a prioribus peccatis liberamur: ⁊ cōtra ventētia cōfortamur: cui calici nos benedicimus: laudantes eum ꝙ nunqꝫ huiusmodi calix fuerit/ q̄ et a peccatis liberaret: et ne vltra peccaremus cōfortaret. Vel calix benedictionis.i. quē ipse de⁹ benedicit et cōsecrat: et cui nos benedicimus per officiū nostrū: de⁹ enī hoc efficit ꝑ sacerdotē ministrū. Hic itaqꝫ calix nonne est cōmunicatio sanguinis xpi.i. nonne per sanguinē assumptū vnimur christo: ipsiqꝫ cōformamur? Et panis.i. verū corpus christi qui sub specie sola panis accipitur. Panis dico quē nos in altari frangimus: vt qđ vnū est in veritate: licet ita videat/scindi tamē nō potest. Diuidētes significemus nos q̄ diuerse personę sumus: vnū fieri in christo. Hic inqꝫ panis quē frāgim⁹ nōne est participatio corporis dñi.i. nōne per hoc corp⁹/ deū in nobis capim⁹: eūqꝫ nobis incorporam⁹? Ideo i duab⁹ substātijs corporis scʒ et sanguinis sacrificiū hoc de⁹ instituit: vt per carnē in altari traditā ostenderet se redimere carnē nostrā/per hec sacramenta in incorruptionē quādoqꝫ trāsferendam/et per sanguinē que tradit insinuaret se similit redemisse aīam nostrā: ad qđ de anima insinuādū: qꝛ re icorporali vti nō potuit digne per sanguinem: q̄ sedes aīe dicit: animā figurauit. Nec in duas substantias distribuit vt diuersas partes ei⁹ intelligeret. Qui enī sanguinem tantum: vel corpus solum: totū accipit: qui vtrumqꝫ accipit non magis per vtrūqꝫ ꝙ per alterū accipit. Quod corpus sicut vera caro christi est sub specie panis: ita per solam speciem atteritur: diminuitur: in partes diuidit/ cum in veritate/ incorruptibile/ indiuisibile/ impotens diminui ꝑmaneat. Vere per acceptionē sanguinis et corporis christi vnimur christo: quoniā multi sumus vnus panis.i. sicut in pane diuersa grana in vnitate panis transeunt: ita ⁊ nos vnimur fide/spe/et charitate. sum⁹ etiā multi vnū corpus ꝺm diuersitatem membrorum: sibi inuicem in vnitate dilectionis subseruientium. Nos omnes sumus vnus panis et vnum corpus: q̄ participamur de vno pane et de vno calice.i. de corpore et sanguine christi per quē counimur christo incorporantes eum nobis. Modo ꝺm ambrosium quod sequitur dicamus. O israel.i. o fidelis aīa que deum intueris: qđ in spiritualibus modo

vobis ostẽdi/videte idem fieri ſm carnẽ
.i.per carnalẽ participationẽ idolotiti
diabolo cõmunicare. Nonne enim qui
edunt hostias imolatas diabolo partici
pes sunt altaris diaboli?.i.nõne cõmu-
nicãt ipsi diabolo per hoc ꝙ participãt
que super altare ydoli immolant? Quẽ-
admodũ in spiritualib⁹/sic in carnalib⁹
quin fiat negari nõ potest. Quia dico co
medentes immolata idolo participare
diabolo: ergo quid dico.i.an hoc dicere
estimor ꝙ immolatũ idolis sit aliq̃d ali
ud q̃ esset priusq̃ immolaretur? Absit h
vt videar hoc dicere ꝙ idolum sit aliq̃d
aliud q̃ lapis vel lignũ: vel illud vñ fa-
bricatum est: q2 per imolata sibi dico ho
minem vniri diabolo? Non vtiq3 dico ꝙ
immolatum idolis/vel idolum aliq̃d sit
qđ prius nõ fuerit: sed hoc dico ꝙ gẽtes
que immolant hec: immolant illa demo-
nijs/et per hoc vniuntur ipsis nõ ꝑ car-
nẽ immolatã qđ aliud sit q̃ caro: neq3 ꝑ
idolũ qđ aliđ sit q̃ pri⁹ fuerit demonijs
immolant et non deo. Quare diabolo se
se incorporant: Vel aliter vt extra librũ
adaptationem similitudinis accipiam⁹:
ita quia communicantes corpori et san-
guini christi vniuntur christo: ita per si-
mile participantes immolatis idolo vni
untur diabolo. Et hoc extra litteram ac
cipiamus: vt qđ per spiritualia ostẽdi ĩ
carnalibus videatis videte modo israel
.i.iudaicum populum ſm carnem.i. ſm
carnales ritus agentem. Nonne enim q̃
apud iudeos edunt hostias immolatas
deo/participes sũt altaris.i.participãt
deo cui immolant in altari? Eodem mo
do q̃ edũt idolotita participes sunt dia-
boli. Et hoc extra librum sequens. Lit-
tera sic iungitur. Quandoquidẽ dico co
medentẽ idolotita participare diabolo:
ergo quid videor dicere? Sequens litte
ra non mutatur. Propterea volo vos fu
gere a cultura idolorum: quia nolo vos
fieri socios demoniorũ: sicut probatum
est esse eos qui idolotita comedunt. Nõ
essetis socij demoniorũ/nisi idola fugia
tis: q2 nõ potestis bibere calicem demo-
niorum et calicem domini. Et nõ potestı̃
esse participes mense dñi et mense demo
niorũ. Debem⁹ fugere a cultura idolorũ
ne associemur demonijs. Debem⁹ etiam
ideo: q2 participando mense demonioꝝ
emulamur.i.inuidem⁹ dño: cuius regnũ
ex nobisipsis/et imitatoribus nr̃is dimi-
nuim⁹. S3 an emulamur dominũ? Ma-
lo vtiq3 nostro inuidemus ei: q2 nũquid
fortiores illo sumus? Qui autem fortio
ri se inuidet male agit: q2 opprimitur ab
illo. Dicerent ad hec qui sana fide idolũ
sibiq3 immolata nihil esse crederent. Vi-
deri paule ꝙ intelligas immolata idolo
aliquid esse: cum nos ꝓpterea dicas fie
ri socios demoniorũ. Absit hoc ait pau-
lus. Hoc enim plane profiteor: q2 om̃ia
ista licita sunt mihi: et cuicunq3 sanam fi
dem habenti ex fide comedere: s3 tamẽ
ideo non liceret ꝙ nõ omnia expediunt:
sed potius ad beatitudinẽ per offendicu
lum fratris impediunt. Iterum idẽ om-
nia vtiq3 mihi licent ſm sanam fidem: s3
non omnia edificant proximũ: et in eo ꝙ
destruunt eũ non licent. Et q2 ad edifica
tionem proximi oĩa agenda sunt: ꝓpter-
ea nemo querat qđ suum est tantum et nõ
proximi: sed q̃rat qđ alteri⁹.i.qđ ad edi-
ficationem proximi valet. ¶ Quia mõ di
xit ſm fidẽ licere: propter offendiculum
fratris non licere. Determinat modũ qñ
his cibis vti liceat: et quãdo non: dicẽs
Ne in predictis offendatis sic discerni-
te. Om̃e qđ in macello venit.i.venditur
manducate: nihil interrogãtes propter
ↄscientiã: quã in sequentib⁹ determina-
bit. Manducate omnia: q2 domini ẽ ter-
ra et plenitudo ei⁹. Si quis autẽ infideli
um vocat vos ad prandium: et vultı̃ ire
qđ bene licet: q2 de infidelib⁹ non habe- iudicare
mus iudicare: om̃e qđ vobis apponitur de ĩfide-
manducate nihil interrogantes propter lib⁹ non
conſciẽtiam: quam iterũ determinabit: habem⁹.
vos nihil interrogetis. Sed si q̃s dixe-
rit vobis. Hoc est immolatũ idolis/no-
lite illud manducare propter illum qui
indicauit et propter cõſcientiam quã nũc
determinat. Conscientiã autem dico nõ
tuam qui fide sanus es: sed propter ↄsci
entiam alterius.i.infirmi fratris ne offẽ
dat te. Dixit cõſcientiã/primũ notãs cõ
scientiã iudei: qui si videat christianum
idolotita comedentẽ: dicit non adheren
dum esse christiane fidei: q2 reuertuntur
ad culturam idoli. Sc̃do conscientiã gẽ
tilis/qui videns illđ idem dicet: quare
dimitterem idola mea: cum christiani ad
ea reuertantur? Tertio conscientiam in
firmi fratris propter causam sepe dictã.
Propter conscientiam alteri⁹ abstinere

debes. Nam vt quid libertas mea .i. hoc quod mihi ex sana fide: iudicatur .i. iudicabilis fiat et dānabilis ab aliena conscientia .i. propter infirmā conscientiam fratris. Et si ego participo idolotitis cū gratia .i. comedēs in nomine domini: quare blasphemor .i. cur me blasphemabilē exhibeo pro eo quod gratias ago? Putat enim me infirmus vel infidelis idola venerari / cū ago gratias deo. Quandoquidem conscientia nullius ledenda est: ergo siue manducatis siue bibitis: vel aliud quid facitis: hec et omnia facite non in licentiam fidei vestre: sed in gloriam dei: vt nemo iuste vel iniuste possit calumniari fidem christi. Et vt in gloriam dei omnia faciatis: estote sine offensione iudeis et gentibus / et ecclesie dei id est infirmis fratribus: sicut supra determinatum ē. Estote dico et sicut ego placeo .i. placere laboro omnibus per omnia: non querēs quod mihi solum vtile est: sed quod vtile sit multis: vt sic salui fiant multi per me. Et vt multis vtiles sitis / estote in hac re imitatores mei. Et si mei eritis et christi: sicut et ego xpi imitator sum. Capit. xj.

I.iiij.d. Imitatores mei estote: sicut et ego christi. Laudo aūt vos frēs quod per oīa mei memores estis. Et sicut tradidi vobis precepta mea tenetis. Volo autē vos scire: quod omnis viri caput xps est: caput autē mulieris vir. Caput vero christi deus. Omnis vir orās aut pphetās velato capite: deturpat caput suū. Oīs autem mulier orās aut pphetans non velato capite: deturpat caput suū. Unū ē eī ac si decaluetur. Nam si non velatur mulier: tondeatur. Si vero turpe est mulieri tōderi aut decaluari: velet caput suū. Vir quidē nō debet velare caput suū: qm̄ imago et gloria dei est: mulier aūt gl̄a viri est. Nō enī vir ex muliere est: sed mulier ex viro. Etenī non est creatus vir propter mulierē: sed mulier ppter virū.

de sacra vnc. ca. vnico. ephe. v. et de here. vergētis.

Ideo debet mulier velamē hr̄e super caput suū: et ppter angelos. Verūtn̄ neq3 vir sine muliere: neq3 mulier sine viro: in dn̄o. Nā sicut mulier de viro: ita et vir p mulierē. Omnia aūt ex deo. Vos ipsi iudicate: decet mulierē nō velatā orare deum? Nec ipsa natura docet vos. Quod vir quidē si comā nutriat ignominia ē illi. Mulier vero si comā nutriat gl̄a est illi: qm̄ capilli p velamīe ei dati sunt. Si qs aūt videtur contentiosus eē: nos talē consuetudinem nō habemus: neq3 eccl̄ia dei. Hoc aūt precipio: nō laudās quod nō i melius: sed in deterius cōuenitis. Primum quidē cōuenientibus vobis in ecclesiam audio scissuras esse inter vos: et ex parte credo. Nā oportet et hereses eē: vt et q̄ pbati sūt manifesti fiant in vobis. Conuenientibus ergo vobis in vnū / iam nō est dn̄icā cenā mādūcare. Unusq̄sq3 enim suā cenā presumit ad mādūcandū. Et aliꝰ q̄dē esurit: aliꝰ autē ebrius est. Nūquid domos nō habetis ad manducandum et bibendum? Aut ecclesiā dei contēnitis: et confunditis eos qui non habēt? Quid dicam vobis. Laudo vos: in hoc non laudo. Ego enim accepi a dn̄o: quod et tradidi vobis: qm̄ dn̄s nr̄ iesꝰ xps i q̄ nocte tradebatur: accepit panē et grās agēs fregit et dixit. Accipite et mādūcate. Hoc est corpus meū quod p vobis † tradetur. Hoc facite in meā cōmemorationē. Silr̄ et calicē: postq3 cenauit dicēs. Hic calix nouū testamentū est: in meo sanguine. Hoc facite quotienscunq3 sumitis † in meam commemorationem. Quotienscunq3 enim manducabitis panē hūc et calicē bibetis: mortē dn̄i annūciabitis donec ve-

xv. q. iiij. ca. i. lxxxj q. iiij. ephi.

xxiiij. di. phibet.

xliiij di. qñ. ij.

† Al. obis.

xv. dicta. fina. de conse. di. ij. scriptura et ca iterat

† Al. bibetis vel bibetis.

niat. Itaq; q̇cũq; mãducauerit pa
nẽ vl' biberit calicẽ dñi indigne:re⁹
erit corpis & sanguis dñi. Probet
aũt scip̃z hõ: & sic de pane illo edat:
& de calice bibat. Qui enim mãdu
cat & bibit indigne/iudiciũ sibi mã
ducat & bibit: nõ dijudicans corp⁹
dñi. Ideo inter vos multi infirmi
& imbecilles: & dormiunt m̃lti. Q̃
si nosmetipsos dijudicaremus: nõ
vtiq; iudicaremur. Dum iudica
mur aũt a domio corripimur: vt nõ
cũ hoc mundo dãnemur. Itaq; fra
tres mei cum conuenitis ad mãdu
candũ inuicem expectate. Si q̇s
esurit domi manducet: vt nõ in iu
diciũ conueniatis. Cet'a aũt cũ ve
nero disponã.

xj.q.iij. ad mẽsã ħ euidẽt Ioh vj.f. j.q.j.per esaiam. De cõs. dij.j.& sã cto & ca. sicut iu das. de pe di. j.tres.

De cõs. di.ij. liq do.

¶ Expo. ca.xj.

Postq̃ de immolatis idolo rep̃
hendit eos: ne vel sub offendi
culo fratris/vel sub veneratio
ne idoli p̃ticiparẽt illis: trãsit
ad aliud qd nimis impudice cõsueuerant.
sc; vt viri velato capite orarẽt in eccl'a:
mulieres vero denudato: qd ne vlteri⁹
fiat in eis p̃hibet: et lege cõditionis cor
& auctoritate sanctorũ: & q: natura repu
gnat. Littera sic iungitur. De hoc q̃ vel
sub veneratione idoli. vel sub offẽdicu
lo fratris idolotita comeditis: vos rep̃
hendo. De hoc aũt laudo vos o fratres
q̃ estis memores mei per oĩa que impe
raui vobis. Memores id: q: sicut tradi
di vobis precepta mea: sic tenetis nihil
inexpletũ pretermittentes. Et hoc totũ
hironice: q: mãdatũ ei⁹ vix in aliquo te
nuerant. Sed licet ita laudẽ vos: in eo ta
mẽ vitupero q̃ vir velato capite/mulier
nudato deturpat se. Sed premittit ra
tiones quibus sic nõ debere fieri appro
bet dicẽs. Nec tam peruerso more detur
petis capita vestra: volo vos scire q̃ xp̃s
caput est omnis viri diuitis vel pauperis
A deo enim p̃ricipium habet nõ ab alio.
Et quẽadmodũ in capite oẽs sens⁹ ha
bem⁹: & nullũ i corp̃e p̃ter tactũ/quẽ ha
bem⁹ iterũ i capite: sic oẽs sensus nr̃i cõ
sentire & cooperari debẽt capiti suo xp̃o
Xp̃s est caput viri: vir aũt caput est mu
lieris.i.p̃ncipiũ. De costa ei viri fabrica
ta est mulier: et sic materiã principij sui
traxit a viro: q̇ vir a deo tm̃ habuit p̃rici
pium. Xp̃s est caput viri: de⁹ vero est ca
put.i.p̃ricipiũ xp̃i: s̃m hominẽ caput spe
cialiter: q: imunẽ a peccato p̃ vnitã sibi
diuinitatẽ xp̃m de⁹ cõstituit. Scd̃m dei
tatẽ deus ẽ caput xp̃i: q: fili⁹ principiũ
habet a patre: pater nõ ab alio. Et q: vir
xp̃m solũmõ caput habet: ideo omis vir
orãs in eccl'ia dñicã orõnẽ/vl' quaslibet
orõnes/aut p̃phetãs. Prophetare di
cit/vl' simbolũ dicere/i q̇ carnis resurre
ctio & vita eterna q̇ futura sunt p̃dicunt:
Vel p̃phetãs.i.legens in eccl'ia & reue
lans q̇ preterita sunt vl' futura solummõ
de xp̃o. vir ita faciẽs deturpat caput su
um. Possem⁹ hic dicere caput viri xp̃m
quẽ dũ inhoneste agit/quantũ ad se de
turpare videt/cui⁹ iussa spernit: s; quia
sequẽs littera sic nõ patit dicimus. Vir
velato capite orans deturpat proprium
caput: dũ libertatẽ quã h; (q: sub nullo
p̃ter xp̃m est) tegit velamento: qd signũ
est erubescende subiectionis. Vir velato
capite orans deturpat propriũ caput: s;
oĩs mulier orãs aut p̃phetans (sicut su
pra expositũ est) nõ velato capite: detur
pat p̃priũ caput qd sẽp velare deberet i
signũ ei⁹ erubescẽtie/q̃ totius p̃ditionis
causa sit mulier/& maxime cũ in ecclesia
suo presentatur iudici: cui omne gen⁹ ho
minũ infestũ fecit: dũ diabolo consensit:
& ad cõsentiendũ eidem virum impulit.
Vere mulierem nõ velare caput: est de
turpare caput. Nam vnum et idem est q̃
non velat caput ac si decaluetur.i. capil
los in fronte discriminet/cum certũ sit
q̃ nolit tonderi. Decaluet tm̃ posuit qd
vtiq; habet p̃ incõuenienti: q: sciebat il
las nullo mõ velle tonderi. Vere nõ ve
lare caput ẽ decaluari: nã si nõ velat mu
lier tondeat: qd q: nll'o mõ faciet sequit
vt nõ velato capite decaluet. Ex nõ ve
lato capite seq̇t necessario vl' decaluari
vl' tõderi: s; si turpe ẽ mulieri q̃ vtiq; de
deceret tõderi vl' decaluari: velet caput
suũ qd deceret. Mulier velet caput: s; vir
nõ d; velare caput: qm̃ vir est imago dei
a quo formã & principiũ habet: et est vir
gl'ia dei. Si eni bene egerit: gloriat de⁹
i eo. Vir ẽ imago & gl'ia dei. S; mulier ẽ
gloria viri: quia debet a viro guberna
ri: et si bene gubernata fuerit/gloriam

habet super his que mulier bene gessit. Vere vir solius dei gloria est: et mulier gloria viri. Nam vir non est ex muliere: id est in prima conditione vir nō habuit originem ex muliere que nec dū erat: sed mulier principium habuit ex viro q2 de costa ade edificata est eua. Iterum vere vir est gloria tantum dei: et mulier viri. Etenim vir nō est creat⁹ propter mulierem vt seruiret ei: q2 deo soli: sed mulier creata est propter vir: vt omni seruitute maneret in adiutorio viri. Et q2 mulier ad gloriā viri facta est: ⁊ vt semper viro subesset: ideo mulier dz semper habere potestatem. i. signum qđ sit aliene ptātis supra caput / qđ velare debet ī signū subiectionis. ⁊ propter angelos. i. propꝉ doctores ecclesie qui angeli dicuntur: quia dei nuncij sunt. Ne visa lasciuia impudica mulierum illicite moueant ad eas. Vl' ꝑpter angelos dei qui presētes sūt in omnibus ecclesie sacramentis: ne offendantur intemperātia tante libidinis. Vel ꝑpter angelos. i. ꝑpꝉ pr̄iarchas et priores sanctos: qui ne hoc fieret prohibuerunt. Quia modo adeo depresserat muliebrem sexum: sic per omnia viro in digniorem factum. Nūc releuat ⁊ cōsolatur eum dicens. Licet ī prima creatione vir mulierem precesserit: tñ in sequenti successione generandi vir et mulier pares sunt: quia nec vir sine muliere: nec mulier sine viro generare equeunt: sꝫ participatione alterius equaliter generat vterq;. Nec tamen qđ ex se ꝓcreari possint: sed totū in dño: dñs enim ꝑ coniunctionem masculi ⁊ femine creat hominē. Vere nec vir sine muliere / nec mulier sine viro / nam sicut mulier generaꝉ de viro: ita ⁊ vir generaꝉ per mulierē. ¶ Hic quidam insidiantur verbis pauli quare dixerit mulier de viro / vir non de muliere / sed per mulierem. Dicētes de solius viri semine concipi puerū: sine semine matris: sed tantū per mulierem foueri puerum ī vtero matr̄: nec mater habeat ibi semen sed solam vteri nutrituram. Male exponentes verba pauli: cum per tam bene sit materiale: quemadmodū de. Licet dicā mulierē generari de viro et ecōuerso: tñ hec ⁊ oīa q̄cūq; sūt ex deo sunt: q2 nec vir nec mulier ꝑ se pñt aliq̄d sine deo. ¶ Hec premissa leguntꝉ sub allegoria sic. Vir q̄ in p̄ma creatione fact⁹ fuit a deo in multa rationalitatis fortitudīe significat rationē: que semꝑ regere dꝫ sēsualitatem: mulier aūt que non adeo fortis fuit sicut vir: significat sensualitatē: que bñ gubernata obedire debet rationi. Quod vtiq; diabolus subtiliter intuens: virum se non posse peruertere cum magis ratione vigeret: q̄ sensualitate mollesceret: aggressus ē mulierē quam sensit mag̃ sensualitate premi: q̄ ratione erigi. Et fm̄ hoc sic dicim⁹ vir nō debet velare caput: qm̄ vir est imago dei. i. per vim rationis imaginatur deū / ⁊ per rationem agendo gloria est dei. Glorificatur eñ deus in bene agentibus suis: mulier aūt. i. ipsa sensualitas gl'ia est viri ꝑ rationē deū imaginātis: sensualitas enim bene operando consentiens ratiōi gloria eius est: Et licet per virū rationē per mulierē accipiam⁹ sensualitatē: non tñ negam⁹ quin vtrūq; sit in vtroq; / ⁊ ratio in muliere vir dr: et sensualitas in viro mulier appellaꝉ. Nec sic de ratione ⁊ sensualitate hic agimus quin semper ad ipsas personas respiciamus. Vir debet esse gloria dei: et mulier viri. Nā vir nō est ex muliere. i. rationalitas non debet pendere ex sensualitate / sed mulier ex viro. i. sensualitas ex ratione. Vir vtiq; nō est ex muliere. Etenim vir non est creatus. i. rō nō ad hoc data est homini ꝑpꝉ mulierē. i. vt sequaꝉ sensualitatē / sꝫ mulier ꝑpter vir. i. sēsualitas creata ē ꝑpꝉ obediendum rationi. Et quia mulier ꝑpter virum creata est: ideo deberet habere signum potestatis supra caput: ⁊ ꝑpter angelos / sicut dictum est. Sed licet virū tāta dignitate pretulerim mulieri: tamen nec vir sine muliere / nec mulier sine viro. i. alter non precedet alterum in domino. i. in beatitudine / solūmodo bene operentur: licet in prima creatiōe vir mulierem precesserit. Vere alter nō precedet alterum in saluatiōe. Nam illđ qđ supra dictum est mulier de viro: vir non de muliere / nihil nocebit: cū ī successiōe generatiōis vir ita sit de muliere / sicut mulier de viro: licet in prima creatione mulier de viro solo generata sit / omnia aūt ex deo sicut dictum ē. ¶ Probauit fm̄ ordinem creationis fm̄ instituta patrum / virum non debere velari / nec mulierem denudare caput. Probat idē ꝑ naturam vtriusq;: que viro breuiores ca

Vir est gl'ia dei.

Rō sensualitatē semꝑ regere debet.

pillos dedit in signum libertatis:mulieri prolixos in signum velandi pudoris Licet enī quidā viri longiores habeāt: hoc fit p artem non per naturā. Si vero femine breuiores habeant hoc est ex aliquo vitio/non ex natura. Littera sic iungitur. Probaui superiꝰ p ordinem creationis velandū eē caput mulieris. Nūc vos ipsi corinthij iudicate ꝙ non debere fieri: pbabo p naturā. Judicate inq̄: an decet mulierē nō velatam orare deū? Non vtiq̄:q: nec ipsa natura docet vos sic agere:immo phibet. Et cū natura p hibeat:si vir quidem nutriat comā: ignominia est illi:q: cōtra naturā agit. Si vero mulier nutriat comā:glia est illi:quoniā capilli longi dati sunt ei a natura p velamine.i.in signū velaminis/qđ capiti semper debet supponi. Probaui p ordinem creationis ꝛ per legē nature virū non debere caput velare:nec mulierem denudare. Sed si qs iter vos videtur cōtentiosus/nec consentit nostris rationibus: hoc vnum dicemꝰ ei:frater nos nō habemꝰ talem consuetudinē:nec habuimus in sinagoga iudeorum:neq̄ adhuc habemus in noua ecclesia dei: vt vir velato capite/mulier non velato oret. Et q: cōsuetudo hoc nō habuit/nec adhuc habet/propterea q: admonitione nostra abuteris:iam non solum suadeo:s;ex auctoritate nostra precipio ne vlterius fiat hoc insuetū. Postq̄ ab hoc malo cohercuit corinthios:transit ad alia:in quibꝰ longe deterius offendebant:seducti enī a pseudo magistris dereliquerant institutionē pauli quā eis tradiderat de susceptiōe corporis ꝛ sanguinis christi. Sua serant enim eis pseudo ꝙ post cenam cōmunicari deberent. hac enim hora christus tradiderat hec sacramenta discipulis suis participanda. Unde in mlta mala deuenerant:q: cū inter eos essent scismata:ad vnitatem corporis christi accedere presumebant/ꝛ aliud malum q: prius cenabant et inebriabantur:ꝛ hoc i ecclesia:ꝛ in his cenis eos qui tātos apparatus non habebāt erubescere faciebāt: nec indigentibus aliquid ministrabant: et post hec mala mense domini se ingerebant. Littera sic iungitur. Hoc qđ p̄misi sum est ne fiat precipio illđ: aliud nō laudans:sed magis improbans. Hoc scilicet ꝙ conuenitis ad cenam dominicam in qua deberetis vnū fieri:vos dico non per hoc profecturi in melius:sicut deberetis:sed lapsuri in deterius. Et cū multa sint mala vestra:primum quidem omnium hoc repono:ꝙ vobis conuenientibus in ecclesia audio inter vos esse scissuras ꝛ discordias/cum ecclesia vnitatē exigat:et sicut audio/bene credo ex parte.i.propter partem de vobis:qs in scismatibus scio gloriari. Credo vtiq̄: nam oportet credere. Nam religiose persone mandauerunt mihi. Uel ita:scissure i vobis ideo sunt:nam oportet esse scissuras.i.quaslibet discordias:et(qđ maiꝰ est) hereses. Necesse est enim vt veniāt scandala:ad hoc vt qui probati sunt ꝛ a deo electi:fiant manifesti in vobis: pdurantes in temptationibus:et vt reprobi fiant similiter manifesti. Quandoquidem scissure sunt in vobis:ergo conuenientibus vobis in vnum qui vnitati contradicitis: iam non est.i. pro sola causa discordie non licet manducare dominicam cenam.i.corpus et sanguinem christi/q̄ dn̄s discipulis in cena tradidit/vł iam.i.in hoc mūdo dominica cena vobis pro discordia interdicitur:sed in futuro damnabimini penitus. Propter scissuras non licet corpꝰ christi accipe. Ideo etiam vobis non licet: quia vnusquisq̄ vestrum presumit.i. presumendo anticipat propriam cenam:nō solum ad apparandum:sed etiam ad comedēdum. Et preterea aliud malum: q: alius quidem (q̄ non habet vnde sibi preparet) esurit. Iterum aliud malum:Alius aūt ebrius est. Sed sic in ecclesia comedentes numquid non habet; priuatas domos ad mādūcandum et bibendum? quas si nō haberetis/tolerabilius esset in platea comedere:Aut contēnitis ecclesiam dei in qua inebriamini:et confundit; eos.i. verecundiam infertis pauperibus qui nō habent quid sibi preparent? Et q: sic impudenter agitis:quid dicā vobis? Certe sine charitate estis cōtemptores dei/sectatores gule ꝛc̄. Laudo ego vos i h? vtiq̄ non laudo:immo vitupero: vł ita: Laudo vos in quibusdam alijs:sed in h nullatenus laudo. Postq̄ vituperauit in eis ordinem in quo male cōsueuerāt: determinatꝰ eis quomō sacramenta christi accipere debeant:scilicet in abstinentia non in ebrietate:sed in dolore ꝛ i tri

bulatione. Littera sic iungitur. Nō laudo vos: qr corpus dñi ebrij suscipitis: sic enim non esset accipiendum: sed ī cōmemoratione tribulationis ꝛ mortꝭ xp̄i Sed priusq̄ ad hoc veniat: commendat illud qđ dicturus est auctoritate dñi: dicens. Ego accepi ab ipso dño qđ iā tradidi vobis: et nūc iterum tradam. Hoc scȝ qđ dñs noster iesus christꝰ in illa nocte. Nox autem signum est aduersitatis et tristicie: in qua nocte non epulabatur: non inebriebatur: sed ad mortem ꝓ peccatis nostris tradebatur: accepit panem .i. veram substantiā panis. Et agēs gratias deo patri de hoc: quia sicut per eū disposuerat: humanū genus redimebat: ꝛ in obedientia patris perseuerabat. In his verbis quibꝰ christus gratias egit patri / dicitur substantia panis et vini apposita in altari transire in veram carnē / et verum sanguinē christi. Gratias inq̄ agens fregit illud: qđ vnum et inseparabile durat in eternum: sed fregit eum singulis totum dedit: vt per hoc insinuaret nos qui personis diuersi sumus / debere vnum fieri in dilectiōe dei. Fregit inq̄ ꝛ dixit. Accipite .i. acceptabile ħ habete / ꝛ subtiliter discutite misteriū huiꝰ sacramenti: vt quemadmodum ego ꝓ vobis: sic et pro noīe meo et proximis pati gaudeatis. Accipite inq̄ et manducate. In qua re christus insinuare voluit non sufficere nobis si credamus: nisi gustando videamus q̄ suauis est dñs: sicut manducare nō proficeret nisi crederemꝰ. Et hoc qđ panis paulo ante erat / nunc vere est corpus meum: qđ corpus tradetur ꝓ vobis in mortē: lȝ nunc illđ vobis porrigam immortale: et impassibile. ¶ Notādum est hoc etiā sic eē signa substātie: vt nullam ibi qualititatem notēt: neq̄ mortalitatem / neq̄ immortalitatē. Nec mirandum est si (quemadmodū ait Aug.) manibus mortalibus se immortalem ferebat: cū in transfiguratione qui tunc et postea mortalis fuit: se in gloria immortalitatis ꝛ impassibilitatis petro: iacobo: ꝛ iohāni ondit. Mādúcate idt corpꝰ meū: ꝛ hoc facite .i. continue sumite. Nō in gaudio et ebrietate: sed in meam commemoratiōem: vt vos semper memores passiōis et mortis mee: et pati ꝛ mori velitis pro me. Similiter sicut corpus / accepit calicem postq̄ cenauit / hic innuit q̄ post cenā corpus similiter dederit. Accepit inq̄ calicem dicens. Hic calix qui paulo ante vera substantia vini erat: hic vtiq̄ calix est meus sanguis: et in ħ meo sanguine est nouū testamētū .i. noua promissio. Lex enī vetus carnalia promittebat: sed hoc sacramentum corporis ꝛ sāguinis meirem nouam: quia spiritualē beatitudinem ꝓmittit. Testamētū etiā ideo nouum: qr nūq̄ est immutandū vt alij ritus īducantur: ꝛ hoc .s. sanguinem meum: facite .i. sumite ī meam cōmemorationem .i. contrito ꝛ humiliato corde: non semel: sed quotienscunq̄ sumitꝭ. Et iustum est vt hoc sumatis in memoriam mei: quia quotienscunq̄ manducabitis panem hunc .i. verū corpus meū qđ speciem ꝛ saporē panis retinet / ne sumētes illud abhorreant: ꝛ quotiens bibetꝭ hūc calicem .i. sanguinē meum propter idem saporē ꝛ speciem vini retinētē: quotiens inq̄ hec sumetis / annunciabitis .i. representabitis mortē dñi: cui semp cōpati et cōmori debetis: facientes hoc donec dominus veniat ad iudiciū: ꝛ seipsū vobis facie ad faciē tradat. ¶ Notandū ē cur dñs iesus post cenā celebrato veteri pascha / corpꝰ et sanguinē suū nouū scȝ pascha discipulis tradiderit: qđ satis cōpetenti ordine factum est. Si enim priꝰ nouum pascha / deinde vetꝰ celebraret / nō videretꝰ p̱ hoc nouū sacramentū destruere vetera / nec finem esse veterū: sed videretur innuere q̄ iterum post hec noua reducturus adhuc esset illa vetera: vt autē ostenderet oīa vetera ī hoc nouo sacrificio finē habere: nec illa vnq̄ esse reducenda: congrue vetus pascha ad destructionem premisit: ꝛ nouum pascha qđ p̱mansurꝰ erat supposuit: in quo oīm veterum finis fuit. Q̄nquidē in commemorationem ꝛ in conformitatem christi sumēda sunt hec sacramenta. Itaq̄ quicunq̄ manducauerit panē .i. corpꝰ dñi. Vlꝰ biberit calicē .i. sanguinē dñi indigne .i. in scissura. In ebrietate. Vel in hmōi malis / ille erit reus corporis ꝛ sāguinis domini .i. dānabilis propter corpꝰ et sāguinem xp̄i indigne acceptū. Ne aūt reꝰ fiat homo ꝓbet seipm̄ .i. examinet et dijudicet se non conferēs illi q̄ male agit: q̄si per ħ iusticiā suam ꝓferat: sed se ipse in contuitu infirmitatis sue dijudicet: ꝛ sic probatus edat de pane illo / et de calice

bibat. Oportet vt homo sic seipsum probet. Qui eni mãducat ⁊ bibit idigne: hic manducat et bibit / nõ indulgentiã: sȝ iudicium.i.damnationẽ sibi: et merito: qꝛ non dijudicans.i.parum discernens ab alio cibo corpꝰ dñi: queãdmodũ non discernebant corinthij: qꝛ qδ in toto premiserat de corĩthijs maxime intellexerat. Ex premissis ĩfert in eos. Qꝛ ĩdigne sumitis corpus dñi: nec ab alijs cibis illδ dijudicatis: ideo inter vos o corinthij multi sunt infirmi: febribus et huiusmodi passionibus: ⁊ multi imbecilles q̇ virtute mẽbrorũ priuant̃: ⁊ etiã dormiũt multi somno mortis. Qꝛ nõ examinamꝰ nos ideo sic affligimur: si vero nosmetipsos dijudicaremus.i.mala facta nr̃a dijudicaremus.i.dãnaremus flagello penitentie: non vtiq̃ȝ iudicaremur.i.dãnaremur ꝓ his a dño. Unde eni hõ seipsũ iudicat inde liber euadit iudicium dei. Et licȝ ꝑ infirmitatẽ et imbecillitatem sic affligamur a dño: tñ dũ sic iudicamur ⁊ ẜm q̃sdam de nobis male agentes dãnamur: nos alij ne similiter peccemꝰ corripimur a dño: in quo eni deus iudicio agit ↄtra impios: in eo misericorditer castigat suos. Corripimur dico vt correcti non dãnemur cũ hoc mũdo: ideo nõ ait cũ corĩthijs: sȝ cum mundo. Intelligit em̃ eis qui peccant non plus ꝓdesse accepta sacramenta: q̃ȝ his qui in mundo.i.in gentilitate adhuc permanent: q̃nquidẽ ĩdigne sumentes dãnãtur: ⁊ qꝛ per dãnationẽ ipioꝝ corripimur. Itaq̃ȝ fratres mei vt digne ⁊ bene correpti suscipiatis cum vos conuenitis ad manducandũ cenam dñi / expectate inuicem.i. alter alterum non anticipantes / cõstiturã horã accipiendi dñicã cenã. Scδm eni traditionem dñi ↄsueuit eccl'ia in die cene ad vesperꝝ cõmunicare. Dico vt expectet'. Si quis vero esurit et legitimam horam expectare negligit: malo vt manducet domi q̃ȝ ante horam ãnticipet cenã xp̃i: nõ tamẽ post q̃ȝ comederit participaturus mense christi. Sic inuicem expectare vos volo: vt non conueniatis in iudicium.i.vt cõuentus vester non sit vobis causa dãnationis. Hec supradicta modo vobis ꝓposui: quia scio vos sine his nõ posse saluari. Cetera autẽ sine quibus tamen saluari potestis: sed ad incremẽtum glie ꝓficua: illa cũ ego venero disponã vobis.

Iudicãs seipm̃ liber euadit iudiciũ dei.

Capitum..xij.

De spiritualibꝰ autem nolo vos ignorare fratres. Scit' aũt qm̃ cũ gentes esset': ad simulachra muta prout ducebamini euntes. Ideo notũ vobis facio: ꝙ nemo in spũ dei loquẽs dicit anathema iesu. Et nemo põt dicere dñs iesꝰ: nisi ĩ spũ sctõ. Diuisiones vero grãꝝ sũt: idẽ aũt spũs. Et diuisiões ministrationũ sũt: idẽ autẽ dñs. Et diuisiões opationũ sũt: idẽ xo deꝰ q̇ opat̃ oĩa ĩ oĩbꝰ. Unicuiq̃ȝ aũt dat̃ manifestatio spũs ad vtilitatẽ. Alij quidẽ ꝑ spiritũ dat̃ sermo sapientie. Alij aũt ẜmo sciẽtie ẜm eũdem spiritũ. Alteri fides in eodem spiritu. Alij gratia sanitatũ in vno spũ. Alij opatio virtutũ. Alij prophetia. Alij discretio spirituũ. Alij genera liguaꝝ. Alij interpretatio sermonũ. Hec autẽ oĩa opatur vnꝰ atq̃ȝ idẽ spũs: diuidens singulis ꝓut vult. Sicut eni corpus vnũ est: ⁊ mẽbra hȝ multa: oĩa aũt mẽbra corporis cũ sint multa: vnum corpus sunt: ita ⁊ christꝰ. Etenum in vno spũ oẽs nos in vnũ corpus baptizati sumꝰ: siue iudei siue gentiles: siue serui: siue liberi: ⁊ oĩes ĩ vno spũ potati sumꝰ. Nã ⁊ corpus non est vnum membrum sed multa. Si dixerit pes: qm̃ non sum manꝰ: nõ sũ de corpe: nũ iõ nõ est de corpe? Et si dixerit auris qꝛ nõ sũ ocl'us / nõ sũ δ corpe: nũ iõ nõ est de corpe? Si totũ corpꝰ oculus: vbi auditus? Si totũ auditus: vbi odoratꝰ? Nũc autẽ posuit deꝰ mẽbra: vnũqδq̃ȝ eorũ in corpe sicut voluit. Qꝛ si essent oĩa vnũ membrũ

j q j mul te sũt.

ro.xij.b. ephe iiij lxxxix. di.ca.j. de here. cũ ex iniũcto.

vbi corpus? Nunc autẽ multa quidem mẽbra: vnum autem corpus. Non potest autẽ oculus dicere manui/opera tua non indigeo: aut iterum caput pedibus: nõ estis mihi necessarij. Sed multo magis que vidẽtur mẽbra corporis infirmiora esse: necessariora sunt. Et q̃ putamus ignobiliora mẽbra esse corporis: his honorẽ abũdantiorẽ circũdamus. Et que inhonesta sunt nostra: abũdantiorẽ honestatẽ habẽt: honesta autẽ nostra nullius egent. sed deus temperauit corpus ei cui deerat: abundantiorẽ tribuẽdo honorẽ/ vt non sit scisma in corpe: sed in idipsum pro inuicẽ sollicita sint mẽbra. Et si quid patitur vnũ mẽbrum/cõpatiunt̃ omnia mẽbra: siue gloriat̃ vnum mẽbrum/congaudent omnia mẽbra. Uos aũt estis corpus christi: ⁊ mẽbra de mẽbro. Et quosdã quidẽ ꝓposuit deus in ecclesia/ꝑmũ aplos: scdo prophetas/tertio doctores/ deinde virtutes: exinde gratias curationũ/opitulatiões/gubernatiões/genera linguarũ: interꝑtatiões sermonũ. Nũquid oẽs apli? Nũquid oẽs ꝓphete? Nunq̇d oẽs doctores? Nunq̇d oĩes virtutes? Nunq̇d oĩes gratiã habẽt curationũ? Nũquid omnes liguis loquunt̃? Nũquid omnes interpretãtur. Emulamini au
J.xiij. †al. maiora. tẽ charismata meliora†. Et adhuc excellentiorẽ viã vobis demõstro.

Expositio capituli. xij.

Hic finis est de sacramẽtis altaris: nunc transit vt doceat eos de donis spũs sancti: in quib⁹ grauiter errabãt. Qui eni maiora dona acceperant: gloriabant̃ aduersus eos quibus minores grẽ cõcesse fuerãt. Hi autẽ qui minus acceperãt desperabãt: q꞉ inferiores erant in donis spũs sancti. Qui vero maiorib⁹ gratijs abundabant/arrogabant hoc meritis suis: ⁊ meritis inferiorũ hoc improperabãt: in hunc modũ derogãdo spiritui. Errabãt etiã in hoc ꝙ gratias illas que ĩferiores erant vt genera linguarũ preferebãt ceteris/magisq꞉ appetebãt. Ut autẽ hũc errorem depelleret: instruit eos sic dicẽs. Cetera que disponã cũ venero ꝑtermitto: sed de spiritualib⁹ vos docere illud nullo modo differo. Nolo inq꞉ vos fratres ignorare de spiritualib⁹.i. de donis spũs sancti/quid de his sentiendũ sit vobis. Hoc autẽ de spiritu dico ꝙ facit cessare a malo/et operari bonũ. Sꝫ ad hoc inducendũ premittit similitudinẽ dicẽs Ideo scitote ꝙ spũs sctũs faciat non separari a christo: qm̃ scitis ꝙ cũ adhuc essetis gẽtes.i. gentiles vel gẽtiliter viuẽtes: eratis eũtes ad simulachra muta ꝓut ducebamini a maligno spiritu: q꞉ alius ad imolandũ: alius ad thurificãdũ/ alius ad adorãdum ducebatur. Ubi ait muta idola ostendit ꝙ ratione non ducebãtur que satis discernere posset: idolũ nõ esse deũ/sed per malignũ spiritũ. Et ideo q꞉ a maligno spiritu ad malũ ducebamini: per simile notũ facio vobis ꝙ ꝑ spiritũ sctm̃ a priori malo desistitis. Qđ equipollẽter ait. Hoc facio vobis notũ ꝙ nemo loquens in spiritu dei/loquens actu/cogitatione/⁊ verbo: spũs eni qui res est inuisibilis nõ cognoscit̃ esse in homine nisi per hec que extrinsecus videntur vel audiunt̃: nemo inq꞉ loquẽs in spiritu dei: dicit similiter actu/verbo/cogitatione: anathema.i. separationẽ a iesu. Nemo eni habens donũ spiritus sancti poterit operari/cogitare: vel loqui pro quo separet̃ a iesu q̃ꝫdiu spũs in eo manserit. In hoc multũ releuat desperationem eorum qui minores gratias acceperant: cum dicat nõ posse separari a iesu: in quo spũs dei per aliqđ donum mãserit. Nec solũ facit spiritus ne separemur a iesu: sed etiam nemo potest dicere verbo/opere/cogitatiõe. Jesus est dñs meus/quia ego seru⁹ ei⁹.i. nemo potest bonum operari/nisi in spiritu sancto qui ꝑ eum operat̃. Jesus est dñs me⁹. Hoc nequit dicere qui non est seruus eius: q꞉ si non est seruus/mentit̃ potius q̃ꝫ verum dicat. Hic multũ deprimit eos q̃ de ma-

loribus donis se preferebāt alijs:cū di-
cat nihil esse ex merito hoīs:sed totū in
spiritu sctō. Licet hoc indifferenter det
spūs declinare a malo et facere bonum/
gratie tn̄ eiusdē spūs diuisim distribuū-
tur diuersis. Sꝫ licet diuisiōes sint gra-
tiarum/tamen idem ⁊ indiuisus est spūs
qui diuisas dat gratias. Et sicut sunt di
uisiones grāruū/ita sunt diuisiones effe-
ctuum earū: scꝫ ministrationū. Hic enī
ministrat in episcopio:hic in sacerdotio:
et sic in ceteris gradibus ecclesie. Dici-
mus etiā ministrationes in quibuscunqꝫ
idonee ministramus primo. Et licet di
uisiones sint mīstrationū/tn̄ idē est dn̄s
qui dat gratiā in qua ministramꝰ. Sunt
etiam diuisiones operationū que in no-
bisipsis bene operamur: orando/vigilā
do/ieiunando:⁊ hec opationes sunt effe
ctus gratiarū. Et licet diuise sint opera
tiones/tn̄ idem est deus qui operaꝛ om-
nia quecūqꝫ opportuna videt saluti ī om
nibus. Qꝫ ita sit. Idem spūs/idem do-
minus/idem deus:non ꝙ diuersas intel
ligat substātias:sed vt trinitatē in perso
nis:vnitatē designet in substantia. Et li
cet sint diuisiones gratiarū/tamen vni-
cuiqꝫ daꝛ manifestatio spūs.i.aliqđ bo-
nū p qđ spūs opari ī eo manifesteꝛ ad vti
litatē. Sic eni vtile ē minꝰ donū cui daꝛ:
sicut maiꝰ donū alteri. Deus eni non ẜm
merita hominū grās suas distribuit:ple
rūqꝫ eni minꝰ digno maiꝰ donū.plerūqꝫ
digniori minus datur:ẜm ꝙ deus videt
hūc magis opportunū ad exercendū/il-
lum ad aliud: enumerat gratias dicens
Diuisiones vtiqꝫ sunt grāꝝ. Nā alij qui-
dem.i.discrete datur per spiritū sapien-
tia.i.cognitio diuinoꝝ ⁊ sermo sapientie
vt gratiose eloqui possit qđ bene sapit.
Alij autē datur scientia de hūanis et ser
mo:vt expedite loquaꝛ qđ scit:⁊ hoc ẜm
eundem spiritū/excluso merito hoīs. Al
teri datur fides.i.vel cōstantia fidei vt p
fide tuenda nō dubitet mori. Vel fides
qꝛ nouit sacramenta fidei:⁊ hoc in eodē
spiritu. Alij datur gratia sanitatū: vt p
virtutem spiritus possit depellere mor-
bos:⁊ hoc in vno eodēqꝫ spiritu:quia te
debat cum singulis donis spiritū appo-
nere:comprehēdit ceteras gratias:⁊ ad
vltimū subdit omnes dari per spiritum
Alij datur operatio virtutum.i.miracu
lorum que contra legem nature fiunt:vt
cecum illuminare/mortuum suscitare.
Alij datur prophetia: id est reuelatio fu
turorum/vel intellectus scripturarum.
Alij datur discretio spirituū: quia scit
discernere quo spiritu quisqꝫ opereꝛ ali-
quid vel loquatur. Alij danꝛ genera lin-
guarū: quia scit loqui diuersis linguis.
Alij datur interpretatio sermonum: ꝙ
grecum scit interpretari per latinum vel
ecōuerso. Vel interpretatio sermonū.i.
expositio allegoriarum. Et cum diuer-
sis hec diuersa dentur:tamen hec omnia
operatur vnus atqꝫ idem spiritus:quem
supra vocaui deum et dominum:spiritꝰ
dico diuidens singulis prout vult.i.per
gratiam nō per meritum. ¶ Hic incipit
ostendere diuersitatem mēbrorum in eo
dem capite qui est christus:⁊ quomodo
illa diuersa vnum fiant in capite christo
Littera sic iūgitur. Bene dico spiritus
diuidens singulis.i. diuersis mēbris di
uersas cōferens gratias. Nam christus
est vnum corpus diuersa habens mem-
bra: sicut vides ꝙ corpus hominis vnū
est/⁊ tamen habet multa mēbra.i.diuer-
sos actus habētia:⁊ tamen omnia mem-
bra corporis cū sint multa.i.diuersa:ta-
men sunt vnum corpus. Ita christus di
uersa membra habet ī ecclesia:⁊ tamē in
eo capite vnum sunt/nec mirum: quia si
cut per eandem animā diuersa mēbra vi
uunt:sic per eundē spiritū vniuersa mē-
bra eius regūtur. Vere christus est vnū
corpus: eteni oēs nos sumꝰ baptizati et
viuificati ī vno spū:trāseūtes in vnū cor
pus xp̄i. Oēs dico indifferēter siue simꝰ
iudei/siue gentiles:siue serui siue liberi
Et sicut baptizati/sic etiam omnes post
baptismū potati sumus vno eodēqꝫ spi-
ritu in cōfirmatione: ⁊ in ceteris ordini
bus ecclesie. Vere nos baptizati sumus
omnes.i. vere sumus diuersa membra.
Nam sicut corpus hoīs non est vnū mē-
brū sed multa:⁊ p simile non est christus
vnū membrū sed multa. Illud etiā totā
refert sententiā. Nunc infert a superiori
qm̄ nos oēs vno spiritu baptizati ⁊ po
tati sumꝰ vnū corpus christi: quia vnū:
igitur si dixerit pes.i.inferius membrū
in ecclesia/quoniam non sum manus.i.
talis operator vt ille:ideo nō sum de cor
pore christi: non ideo sequitur eum non
esse de corpe christi. Qđ est dicere ille q̄
est inferior non potest se abrūpere ab vni.

tate christi: qr habet alium superiorem se in eodem corpore christi. Et sicut pes non abrumpitur / quia nō est manus: ita si dixerit auris.i.ille quem per alium do cētem oportet intelligere quia non sum oculus.i.quia per me non omnia intelligo: ideo non sum de corpore / non sequitur ideo non esse de corpore. Dixerat superius quia corpus non est vnum membrum / sed non dederat rationem quare: et hoc nūc subdit dicens. Uere auris licet non sit oculus: tamen est de corpore: quia si ideo non esset: sequeretur q̄ oculus esset totū corpus. Sed si oculus cēt totum corpus vbi est auditus? Ecce penuria in corpore. Et si auditus est totū corpus / vbi est odoratus / Iterum penuria. Per odoratum discretionem boni & mali accipimus. Ne autem in corpore esset hec penuria: posuit nunc deus diuersa membra / vnūquodq̄ eorū in vno corpore / sicut voluit distribuēs eis gratias Nō solum propter remouendā penuriā vnum membrū nō est totum corpus / sed etiam ideo esse non potest: qr si essent omnia mēbra vnum membrū: vbi esset corpus? Periret vtiq̄ corpus: quia si oīa mēbra essent man⁹: nec sic esset corpus hoīs. Si iterum oēs in ecclesia essent apostoli / vel vnū aliquid: nec ipsi eidem essent apostoli / cum nō essent quib⁹ predicarent. Quandoquidē si vnū membrū totum corpus dicit̄: & penuria in corpore: et etiam defectus corporis sequitur. Propterea nunc quidē multa & discreta sunt membra: corpus autē horum mē brorū vnū est. Et quia ex necessitate inferiora vt superiora membra sic sunt in corpore: igitur nō potest oculus dicere manui.i.superior inferiori: non indigeo opera tua: cum vnū membrū ablatū penuriā faciat corpi. Per hoc satis apparet / q̄ qui maius donum accepit: non habet vnde se preferat ei qui min⁹ accepit: cum inferior sic faciat penuriā corporis vt superior si remoueat̄. Aut iterum caput pedib⁹. Superior similiter inferiori dicere non potest non estis mihi necessarij: cū oculus purgatione per manū indigeat: caput vt pedibus port̄: ad hoc q̄ gustare / audire / vl' videre desiderat. Inferiora non tantū nō sunt necessaria: sed etiā mlto magis sūt necessaria aliqn̄ ea mēbra corpis q̄ videtur esse infirmiora. Plerūq̄ enim quilibet idiote magis necessarij sunt in pcuratione ecclesiasticorum: q̄ hi qui magis sapientes sunt fm opportunitatē tēporis. Et ea mēbra ecclesie que putamus ignobiliora qr labūtur: aliquādo his circūdamus abundātiorem honorē.i.hos tales solertiori cura fouere debem⁹: & reducere ad meliora. Nostra etiam membra que inhonesta sunt / vt pudēda in corpe: Et fornicator ille qui vxorem patris duxerat in ecclesia corīthiorꝫ. Ut dauid quādo peccauit in vxorē vrie. Hec inhonesta habēt abūdantiorem honestatē.i. diligens & honesta cura exhibenda est eis: ne si spernantur desperent: quia fortasse cras perfecti erunt / vt in dauid visum est. Inhonesta indigent honestate: sed honesta membra non egent vllius honoris impensū sibi ab alio. Qui eni perfecti sunt nō egēt alio. Honesta quidē nullo egent: sed deus temperauit.i. modificauit corpus vt honesta ornarent inhonesta. Tēperauit inq̄ tribuendo abundantiorē honorem ei membro cui aliquid deerat: vt mēbrū egrum maiori dilectione foueremus q̄ sanum. Ideo sic tēperauit vt non sit scisma.i.discordia in corpore christi: sed omnia mēbra sollicita sint pro inuicē.i.alterum pro altero: sentientes idipsum.i.angustiam proximi iudicātes ppriam. Et si quid molestie patitur vnum membrū / cōpatiant̄ oīa membra: siue gloriatur vnum membrū / congaudeāt omnia mēbra. Et quicquid dixi de vnitate corporis christi: totum spectat ad vos o corinthij: qr vos estis vnum corpus christi: & diuersa membra pendentia de membro christi / qui vos de fide docuit. Uel mēbra pendētia de mēbro.i.de capite christo: qui superius mēbrū est ecclesie. Locutus est superius de diuersitate mēbrorum christi / quō vnum sint in capite suo christo: loquit̄ adhuc de eisdem mēbris fm diuersitates donorū que habēt a spū sancto: volens cōparare dona illa inter se que magis sint vtilia: q̄ minus: vt charitas & prophetia que maxima sunt. Loqui diuersis linguis: longe his inferius Et hec ideo cōparat / qr corinthij genera linguarū (que vltima erat) preferebant oībus gratijs. Littera sic iungitur Uos estis mēbra pendētia de mēbro.i. de capite christo: in quo vnū corp⁹ estis

et in hac vnitate discretio: quia quosdā quidē. i. discrete posuit deus in ecclesia Primū. i. in primo ⁊ excellētiori gradu ponēs apostolos. Scōm post apostolos posuit prophetas. i. viros illumiati sensus: q apperirēt scpturas. Tertio gradu sub pphetis posuit doctores / qui de moribus instruerent. In his tribus seruauit ordinē: reliqua sine ordine miscuit Deinde post doctores posuit virtutes / eos scilicet qui in virtute dei cecos illuminarent: mortuos suscitarent. Exinde posuit gratias curationum / eos scilicet q̄ dono dei morbos depellerent. De hic opitulationes. i. adiutores predicatiōis vt Barnabam ⁊ Timotheū: quo officio adhuc funguntur legati romane sedis. Post hec posuit gubernationes. i. episcopos / presbyteros: qui ecclesias fidelium gubernarēt. Ad vltimum posuit genera linguarum. i. vltimam gratiam quā vos o corinthij magis desideratis. Et congrue deus diuersitates gratiarū in ecclesia ordinauit. Nūquid enim omēs fuerūt apostoli? Si oēs vtiq: nec vnus Nam si cum omēs essent apostoli non essent quibus predicarent verbum dei: q omnes perfecti. Iterum nunquid omēs essent pphete? Sic iam nihil alicui posset reuelari: quia singuli prophete. Nunquid iterū omnes erunt doctores? Non esset quē de moribus instruerent: q omnes docti. Nunquid oēs virtutes? Sic nec esset cui fierent miracula. Nunquid omnes habent gratiam curationū? Nō: quia non esset quem curarent. Nunquid omnes varijs linguis loquūtur? Sic iā vile ⁊ cōmune fieret donum dei. Nunqd omnes interpretantur. i. linguam in linguam transferre nouerūt? Si omnes interpretes: pro nihilo fieret interptatio. Cum autē sint tot dona spiritus sancti: emulamini. i. desiderate ea charismata: id est gratuita dona spiritꝰ que īter predicta sunt meliora. Charisma gratuitū dicitur. Et preter hec que supra mōstraui: demonstro vobis adhuc viam excellētiorem. i. charitatem / que via est ⁊ omni dono excellentior: quia cetera omnia non sufficiunt ad beatitudinem sine charitate.

Charisma gratuitū dicit.

Capitulum. xiij.

Si linguis hominū loquar ⁊ angelorū: charitatē autē non habeam: factꝰ sum velut es sonās aut cimbalū tinniens. Et si habuero pphetiā: ⁊ nouerim mysteria oīa / ⁊ oēm sciētiā: ⁊ si habuero omnē fidē / ita vt mōtes trāsferā: charitatē autē nō habeam: nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperū oēs facultates meas: ⁊ si tradidero corpꝰ meū ita vt ardeā: charitatē autem nō habuero: nihil mihi pdest. Charitas patiens est: benigna est. Charitas nō emulatᷣ / Non agit perperā / Nō inflatᷣ / Nō est ambitiosa / Nō querit q̄ sua sūt. Nō irritatᷣ / Nō cogitat malū / Nō gaudet sup iniq̄tate: ꝯgaudet autē veritati. Oīa suffert / oīa credit / oīa sperat / oīa sustinet. Charitas nunq̄ excidet: siue pphetie euacuabuntᷣ / siue lingue cessabūt / siue sciētia destruetᷣ. Ex parte enī cognoscimus: ⁊ ex pte pphetamꝰ. Cū autē venerit qd̄ pfectū est: euacuabitᷣ qd̄ ex parte est. Cū essem paruulꝰ / loq̄bar vt paruulꝰ: sapiebā vt paruulꝰ: cogitabā vt paruulꝰ. Qn̄ aūt factꝰ sū vir: euacuaui q̄ erāt paruuli. Videmꝰ nūc p speculū i enigmate: tūc aūt facie ad faciē. Nunc cognosco ex pte: tunc aūt cognoscā sicut ⁊ cognitꝰ sū. Nūc āt manēt fides / spes / charitas: tria hec. Maior aūt hoꝝ est charitas.

De pen. dist. ij. si enī inde §. eundē ter in fi. De cō. di. iiij. solet De pe. di. ij. ca. si. ⁊ di. vij. nullus. xxxi. q. iij. illō. Phili. ij. c.

De pe. di. ij. charitas nūq̄

Expositio ca. xiij.

Quia vult corīthios magis appetere charitatem q̄ linguas: pbat charitatē excellētiorē esse q̄ loqui linguis dicēs. Charitas vtiq linguis est excellentior. nā si ego loquar linguis omniū hoīm: loquar etiā linguis angelorum: nō q angeli lin

guis loquātur: sed quibusdā signis alte
ri alter voluntatē suā significat: et si ego
tante perfectiōis essem vt ego monitio
nes angelorū cognoscerē / vel linguis an
gelorū loq̄rer. Cū ei āgeli assūpta forma
aliq̄ hominib⁹ loquuntur / necesse est vt
verba humana pferāt: si autē hec eadē
verba loquar. vel ita. Si loquar linguis
hominū .i. humaniter viuētiū: et linguis
angelorū .i. eorū q̄ in hoc mūdo cōtēpla-
tiue viuunt: charitatē autē nō habeā: fa-
ctus sum inutilis velut es sonās: qd̄ ifru
ctuose q̄tū ad se ptundit: aut velut cym
balū tinniens: qd̄ aures hoim̄ delectat
se q̄ ptundit et diminuit. Et si habuero
prophetiā vt illuminato sensu ventura
predicerem: Et si nouerim oīa mysteria
.i. figuras operū dei: vt diluuium figura
fuit baptismi: et similia: Et si nouerī om
nem scientiā .i. ipsorum mysteriorū signi-
ficationē. Et si habuero oēm fidē ita vt
mōtes (ad litterā) trāsferā. Hoc ei erat
meritū fidei: vt si fidelis diceret monti
tollere hinc et mittere in mare / ita pro
certo fieret. Vel alir̄. Si habuero tā per
fectam fidē vt mōtes .i. diabolos ab ob-
sessis corporibus transferam in porcos
vel ī huiusmodi: charitatē autē non ha-
buero: nihil sum .i. nullius meriti pter
fidē sine charitate iudicor. Et si distri-
buero .i. diuersis tribuero nō superflua
mea tantū: sed etiā facultates meas .i. q̄
facultas ⁊ possibilitas esset mihi retine
re: distribuero dico non in superflua sed
in cibos: nec diuitū sed pauperū: ⁊ om-
nes quotquot sunt facultates. Et si tra-
didero corp⁹ meū ita vt ardeā sicut lau-
renti⁹: charitatē autē nō habuero: nihil
mihi pdest. Cetera sine charitate nō p-
sunt. sed charitas etiā si per se cōsidera-
ri queat patiēs est .i. virtutē patiētie ha-
bet: etiam si nihil q̄n̄q̄ patiar̄. Est etiā
benigna .i. larga et abundās dilectione
proximi: etiam si nō habet quid tribuat.
Post q̄ bona ī charitate posuit: mala re
Charitati nullū malum inest. mouet ab eadē dicēs: Charitas nō emu
latur .i. nemini inuidet. Non agit perpe-
rā .i. peruerse aliquid: nō inflatur .i. non
superbit de temporali bono vl̄ spiritua-
li: non est ambitiosa vt dignitates mun-
di concupiscat: non querit que sua sunt
tm̄: sed eque vtilitati intendit pximi vt
sue. Vel nō q̄rit .i. nō requirit q̄ sua sunt
si quis abstulerit ei. Nō irritar̄ .i. nō puo-
car̄ ad iram: nō cogitat malum: vt dicat
vel iferat alicui. Nō gaudet sup .i. de ini
quitate: si videt inique agi ī pximū / po-
ti⁹ cōpatir̄. cōgaudet aūt veritati .i. s̄m
veritatem loquenti vel agenti. Oīa etiā
aduersa que inferunt̄ patienter suffert.
tolerat omnia. credit quecunq̄ de deo
sane credi oportet. Oīa sperat ⁊ in p̄sen-
ti virtutes / ⁊ in futuro gloriā. Oīa susti
net .i. si differar̄ retributio: longanimis
est in sustinēdo. Alia excellētia caritatis
scilicet q̄z charitas nūq̄ excidit .i. perma
nens est in eternum: et nūq̄ preterit. Ve
re charitas sola nō excidit. Nam pphe-
tie et scientia que inter cetera magis sta
re videret̄: illa destruunt̄. Siue ei pphe
tie sint / euacuabūtur in futuro. Cum ei
oīa oīb⁹ apta fient q̄d pphetarent? Si-
ue lingue sint / ille cessabūt: oīb⁹ eni in fu
turo idētitas erit sermonis. Siue scien
tia q̄ nūc habet̄ illa destruet̄: Qz de sciē-
tia q̄busdā videbar̄ q̄ pmanēs esset: pro-
bat q̄ reuera sciētia p̄sens destruet̄: q̄z
nūc cognoscim⁹ .i. scim⁹ ex parte .i. iper-
fecte. Et vere pphetia euacuabir̄. Nam
nūc pphetam⁹ ex pte .i. impfecte: sed in
futuro cū venerit qd̄ pfectū est: euacua-
bir̄ omne illud qd̄ ex pte .i. impfectū est.
Opponeret aliq̄s. Verū q̄dē ē q̄ sciē-
tia nūc est impfecta: sed pfecta erit in fu
turo: sed tñ illa pars sciētie q̄ nūc est non
destructur: sed in illa totalitate scientie
claudet̄: et hoc per īductā similitudinē
paulus destruit q̄ nec illa scientia q̄ nūc
est pmaneat: q̄z quēadmodū puer nil per
rationē sed p sensus et p q̄sdā imagines
intelligit de lapide q̄ dur⁹ sit et solidus
⁊ de alijs similiter: cum autem idē puer
fact⁹ est vir: dimissis imaginib⁹ iam non
corporali sensu discernere querens sola
vi rationis: lōge meli⁹ cognoscit de eis-
dem: ita vt sēsualis et imaginaria cogni
tio quā puer habuit nulla iā sibi ratiōe
vtenti esse videatur: sic scientia hui⁹ mū
di per quasdam similitudines imagina-
tur deum: vt quia videt aliquem poten-
tem pensat deum qui hunc creauit lon-
ge potentiorem: et de ceteris similiter:
Sed in futuro cognoscemus deū sicuti
est: quē nō modo sicut est: sed tantū ima
ginamur per q̄sdā similitudines. Et q̄z
tūc perfecta: nnuc impfecta: tūc s̄m ve-
ritatē rei: nunc s̄m imagines tantū: pro
pterea dixit sciētiā destrui. Dilecti o au

tem nõ destruet: quia eundem tunc dili
gemus quẽ nũc diligimus: licet tũc per-
fecti⁹. Vere qđ imperfectũ est euacua-
bit cũ venerit qđ est pfectũ: queadmo-
dũ videtis ꝙ cũ essem paruulus vim ra-
tionis ignorãs loquebar vt paruul⁹/sa-
piebam vt paruulus/cogitabã vt paruu
lus: omnia imperfecte. Sed quando fa-
ctus sum vir: et vim rationis exercui: eua
cuaui ea que erant paruuli: qꝛ iam ratio
ne longe meli⁹ intellexi ea que dũ eram
paruulus vix per imagines et sensus ali
quãtulũ cognoui. Similiter queadmo-
dum pueri videmus nunc. i. in presenti
deũ per speculũ. i. nõ per veritatẽ rei si-
cuti est: sed per quandã similitudinẽ qua
deum imaginamur: nec per speculũ qđ
aliquãtulũ sit lucidũ: sꝫ positũ i enigma
te. i. i obscuritate tãta vt veritas rei ꝑm
qđ ẽ nullo modo cognoscatur: sed tũc in
futuro videbimus deum facie ad faciẽ
. i. videbim⁹ deũ sicuti est. Et qꝛ sic erit:
apparet ꝙ pñs sciẽtia penit⁹ destrue-
tur: sed charitas pmanebit: dũ eundem
quẽ nunc diligim⁹/in futuro diligem⁹
De vobis vtiqꝫ sic erit: vt nunc iperfecte
tũc perfecte cognoscatis: qꝛ ego ipse nũc
cognosco deum ex parte. i. imperfecte: sed
tũc i futuro cognoscã eũ tã pfecte sicut
et ego cognitus sum a deo: cui nihil la-
tet in me. Jđ charitas est excellẽtioꝛ: qꝛ
cũ alia destruant: illa sola pmanebit: et
etiã nũc dũ in pñti cũ alijs virtutib⁹
pmanet: excellẽtioꝛ est oibus illis. Sed
littera sic iungit. In futuro destruentur
sed nunc manent fides/spes/charitas.
Per has oẽs virtutes intelligit ꝙ fidẽ/
spẽ/ꝛ charitatẽ/satis leuiter habere po-
testis: quia nõ sunt nisi tria hec: et cũ tã
pauca sint: preparãt omnẽ gloriã. Et li-
cet simul maneãt: tñ charitas est maioꝛ
horũ. i. inter hec vel maioꝛ his. fide scꝫ ꝛ
spe: ꝛ qꝛ pmanebit in eternũ: et nunc ma
ioꝛ est: ideo sectamini charitatẽ pcipue:
nõ genera linguarum.

Capitulum. xiiij.

SEctamini charita-
tem: emulamini spi
ritualia: magis ãt
vt pphetetis. Qui
eni loquit lingua:
non hoib⁹ loquitur
sed deo. Nemo enim audit. Spiri
tus autẽ loquitur mysteria. Nam
qui prophetat: hominibus loqui-
tur ad edificationẽ/et exhortatio-
nem/et cõsolationem. Qui loquit
lingua semetipsum edificat: qui au
tem prophetat ecclesiam † edifi- † ec. dei.
cat. Volo autem oẽs vos loqui lin
guis: magis autẽ prophetare. Nã
maioꝛ est qui prophetat ꝙ qui lo-
quitur linguis: nisi forte iterpꝛete-
tur: vt ecclesia edificationem acci-
piat. Nunc autẽ fratres: si venero
ad vos linguis loquẽs: quid vobis
prodero: nisi vobis loquar: aut i re
uelatiõe: aut in scientia/aut in pro-
phetia/aut in doctrina? Tamen q̃
sine anima sunt vocẽ dantia: siue ti
bia: siue cithara: nisi distinctionem
sonituũ dederit: quomodo scietur
id quod canit aut qđ citharisatur?
Etenĩ si icertã vocẽ det tuba: quis
parabit se ad bellũ? Ita et vos per
linguam nisi manifestũ sermonẽ de
deritis: quomodo sciet id quod di-
citur? Eritis enim in aera loquen-
tes. Tam multa vtputa genera lin
guarum sunt in hoc mundo: ꝛ nihil
sine voce est. Si ergo nesciero vir-
tutem vocis: ero ei cui loquoꝛ bar-
barus: et qui loquitur mihi barba
rus. Sic et vos quoniam emulato
res estis spiritũ ad edificationem
ecclesie: q̃rite vt abũdetis. Et ideo
qui loquitur lingua: oret vt iterpre
tetur. Nam si orem lingua/spirit⁹
meus orat: mens autẽ mea sine fru
ctu est. Quid ergo est? Orabo spi-
ritu: orabo et mente. Psallam spi-
ritu: psallam ꝛ mente. Ceterum si
benedixeris spiritu: quis supplet
locũ idiote? Quomodo dicet amẽ
super tuam bñdictionẽ? Quoniã

quid dicas nescit. Nã tu quidẽ be-
ne gratias agis: sed alter non edifi
† Alr hz meo. cat. Gratias ago deo † q omiũ ve-
strũ lingua loquor. Sed in ecclesia
volo quinqȝ verba sensu meo loqui
vt et alios instruam: ꝙ decẽ milia
verborũ in lingua. Fratres: nolite
pueri effici sensib⁹: sed malicia par
uuli estote: sensib⁹ aũt perfecti esto
Esaie. xxviij. c. te. In lege enim scriptũ est. Qm̃ in
alijs liguis ꝛ labijs alijs loquar
populo huic: et nec sic exaudiẽt me
dicit dñs. Itaqȝ lingue in signum
sunt nõ fidelibus: sed infidelibus:
Prophetie autẽ non infidelibus
sed fidelib⁹. Si ergo cõueniat vni
uersa ecclesia in vnum: ꝛ omẽs lin-
guis loquãtur: intrent autẽ idiote
aut infideles: nonne dicẽt quid in-
sanitis? Si autem omnes prophe
tent: intret autẽ quis infidelis vel
idiota: ꝯuincitur ab oĩbus: diiudi
catur ab oĩb⁹. Occulta eñi cordis
eius manifesta fiũt: ꝛ ita cadẽs in
faciem adorabit deũ: pronũciãs q
vere deus in vobis sit. Quid ergo
est fratres? Cũ ꝯuenitis: vnusq̃sqȝ
vestrũ psalmum hz. Doctrinã ha-
bet. Apocalipsim hz. Linguã ha-
bet. Interpretationem hz: oĩa ad
edificationem fiant. Siue lingua
quis loquitur ꝫm duos: aut vt mul
tum tres et per partes: et vnus in-
terpretetur. Si autem nõ fuerit in
terpres taceat in ecclesia: sibi autẽ
loquatur et deo. Prophete autem
duo aut tres dicant: et ceteri diiudi
† alij sic cẽt. Qꝫ si aliq̃d † reuelatũ fuerit se
denti: prior taceat. Potestis enim
omnes per singulos prophetare:
vt omnes discant: et omnes exhor-
tentur. Et spiritus prophetarum
prophetis subiectus est. Non eñi
dissensionis est deus sed pacis: si-
cut in omnibus ecclesijs sancto-
rum doceo. Mulieres in ecclesijs j. thi ij. c
taceant. Nõ enim permittitur eis xxiij. di. mulier.
loqui/ sed subditas esse: sicut ꝛ lex gen. iij c
dicit. Si quid autem volunt disce
re: domi viros suos interrogent.
Turpe est enim mulieri loqui in ec
clesia. An a vobis verbum dei pro
cessit: an ĩ vos solos peruenit? Si
quis videtur propheta esse: aut spi
ritualis: cognoscat que scribo vo-
bis: quia domini sunt mãdata. Si
quis autem ignorat: ignorabitur.
Itaqȝ fratres emulamini prophe- xxxvij.
tare: ꝛ loqui linguis nolite prohi- di. ideo. in fi. et
bere. Omnia autem honeste et ꝫm xxxviij.
ordinem fiant in vobis. di. q̃ ea. xv. q. j. §. j.

Expositio cap. xiiij.

Postq̃ de charitate ꝓbauit q
excellẽtior esset nõ solum lin
guis sed et omni virtute: pro-
bat q prophetare dignius et
vtilius sit in ecclesia ꝙ loqui linguis:
et hoc probat multis modis dicens. Li
cet dicam pre omnibus sectamini cha-
ritatem: volo tamen emulamini spiri-
tualia id est desiderate spirituales gra-
tias. Et cũ omnes vtiles sint: tamẽ desi
derate vt ꝓphetetis magis ꝙ loqui lin-
guis. Et magis vtiqȝ est desiderandum:
quia ille qui loquitur lingua incognita
loquitur non hominib⁹: id est non ad edi
ficationem hominum sed deo: id est ad
honorem deitãtum/ qui linguam dedit:
Vere non hominibus: nam nemo homi
nũ audit id est intelligit q̃ ille loquit: sed
licet nemo audiat/ tamẽ spiritus sanct⁹
loquitur mysteria per illum loquentem
lingua incognita. Vere magis vtile est
prophetare ꝙ loqui linguis: quia ille q̃
prophetat loquitur hominibus ad edifi
cationem. Vel iungam⁹ ad proximum:
vt tamen eadem sit sentẽtia: propter hoc
q nã: quia. enim. proximis respondere
debent: loquens linguis nõ loquitur ho
minibus. Nam ille tantum qui prophe-
tat: id est qui obscuritates scripturarum
aperit, Hic loquitur omnibus ad edi-

ficationem: id est vt instruat ruditatē eorum: et postq̄ instructi sunt ad exhortationem vt ad meliora se erigant: et ad cōsolationem / vt in tribulatiōibus fortes appareant. Ille vero qui loquitur lingua incognita: vt plus edificat semetipsum: quādoq̄ nec se: quia non intelligit Opposita sententia. Sed ille qui prophetat dum scripturas aperit totam ecclesiam edificat. Et quia tanta vtilitas est prophetandi: volo vtiq̄ vos omnes loqui linguis: sed tamen magis volo vos prophetare. Propterea quia ille qui ꝓphetat maior est dignitate / et merito / et vtilitate / q̄ ille qui loquitur liguis: nisi forte (qđ vix ꝯtingit) ille iterpretef. i. exponat cognita lingua qđ īcognita loquitur: vt sic ecclesia accipiat edificationē per eius interpretationē: que interpretatio idem valet qđ prophetia. Probat per similitudinem sui q̄ non debeant insistere varietatib⁹ linguarum dicēs. Qr per linguam incognitam ecclesia nō edificatur: non sunt lingue ideo multum appetende: nec etiam ideo / quia si ego nūc etiam cum iam cōuersi estis: et linguas habetis: venero ad vos fratres: loquēs linguis īauditis: quid vobis ꝓdero nisi loquar vobis / aut ī reuelatiōe: aut ī sciētia: aut in prophetia: aut in doctrina. i. nihil loquar vobis in aliquo genere instructionis. Reuelationē ⁊ prophetiam dona dei intelligit. sciētiam ⁊ doctrinā industrialia: habentur enim per industriam hominis. Et vocat doctrinam qđ q̄s addiscit ab alio. Scientiam autem hoc qđ studio / et proprio exercitio intelligit de scripturis. Uel doctrinā de moribus in quo operari oportet: sciētiam de natu ris rerum in quo speculatio sola sufficit. Prophetiam vocat continuam futurorum cognitionē: nō per figuras aliquas / sed sola insinuatione spiritus sancti: reuelationem vero subitam cognitionem futurorum: vt aliquis abreptus a spiritu subito futura predixerit: et mox spiritus ab eo recesserit. Uł reuelationē. i. cognitionem futurorum per somnia: vt in daniele et ioseph. Uel p res gestas: vt noe per archam. Probat idem similitudine inanimatorum dicēs. Licet de meipso exē plum vobis adduxerim: tamen nō oportuit: quia in his que sunt sine anima vocem. i. sonum dantia: siue hoc sit tibia siue cythara: nisi dederint distinctionē sonituum / quomodo scietur q̄ canitur aut qđ citharizaf? Sic et vos qr indistictos sonos ꝓfunditis: nō intelligitur qđ dicitis. Iterū p aliud probo nō esse appetēdam cōfusionem linguarum. Etenī si tuba det incertam vocem cum distincta sit vox tube inuitans ad bellum: quis propter incertā vocem parabit se ad bellū? Memorti q̄. Uel illđ eteni iungitur ad proximum. Cithara vel tibia cōfuse sonans non intelligif. Nā tuba per simile dās vocē incertam non intelligitur. Et sicut tuba dās incertā vocē nō intelligitur ita et vos / nisi per linguā dederitis manifestum sermonem quomodo scief ab auditoribus id qđ a vobis dicef? Ne scietur vtiq̄. Nā vos eritis loquētes in aera: id est frustra verberantes aerem. Loquētes dico tā multa vt puta. i. sicut genera linguarum īfinita sūt in hoc mūdo: et in singulis linguis nihil est sine voce: vnūqđq̄ habet propriū et distinctum ab alijs vocabulū. Ergo qr lingue sunt diuerse / et voces distincte: si ego nesciero virtutem. i. significationē vocis quā ꝓfero: ero barbar⁹ ei cui loqr: ⁊ q̄ loquif mihi barbarus similiter videbitur: sic estis et vos in alterutrū barbari. Uel vt hic incipiat versus. Sic. i. hac ratiōe: qr incognite loquitur barbarus iudicatur vos etiā quoniā estis emulatores spirituum. i. desideratores spiritualiū bonorum / querite vt abundetis in his donis que valent ad edificationem ecclesie: vt ꝓphetia. Et ne intēdatis varietatibus linguarum: quia illa dona appetere debetis que valeant ad edificationē ecclesie. Ideo ille qui loquitur lingua incognita / oret deum vt interpretetur id est vt sciat interpretari audiētibus qđ aliena lingua loquitur. Uel ita. Qui loquif lingua / oret id est loquaf: ita vt qđ perorat interpretetur. Sic vtiq̄ loquēdum est: vt interpretatio comes sit. Nā si ego ipse orem id est loquar: vel orem deū lingua incognita: spirit⁹ me⁹: id est spirit⁹ sanctus mihi datus. Uel spirit⁹ me⁹ / id est ratio mea que licet non intelligat / bonum tamen scit esse qđ dicit: quia ex dono dei ratio mē q̄ vel spiritus me⁹ in me orat deum. Uel orat id est loquitur: sed mens id est intellectus meus est sine fructu: id est sine vtilitate compunctionis:

quia per hoc ꝙ non intelligo compungi nequeo. Quandoquidem si lingua incognita loquor sine fructu sum: quia non interpretor. Quid ergo est. i. quomodo ornandum est? Ita vti. Orabo vel loquar spiritu. i. voce incognita quam spiritus dat. vel ratio est et ita orabo vt etiam mente. i. intelligentia: quia quod intelligam illud tamen proferam. Vere orabo spiritu et mente: nam ego psallam spiritu / psallam et mente. Psallere dicit orare deum persona vocis modulatione: que consonantia diuersarum vocum in ecclesia innuit omnes in consonantia fidei et vite debere laudare. Bonum est spiritu simul et mente orare. ceterum. i. sed si tu bene dixeris spiritu. i. voce incognita tantum quis in tua oratione supplet locum. i. vocem idiote? Consuetudo erat in ecclesia vt idiote. i. rudes in fide etiam illitterati quando perorabat sacerdos responderent amen. et cum spiritu tuo: sed modo perorante aliquo lingua incognita / etiam prudentiores nesciebant vbi finis: vbi medium orationis: quia non intelligebant: et sic non poterant facere / nec illud quod idiote consueuerant respondere. Idioma dicitur proprium / inde dicuntur idiote qui in proprietate nature adhuc sunt: nihil scientes nisi quod a matribus pueri didicerunt: vel illud ceterum nomen sit: ita. Propter hoc ꝙ premissum est non debetis orare lingua tantum: ceterum. i. aliud propter quod ne faciatis idem: quia si tu bene dixeris spiritu etc. Vere nemo supplet locum idiote: quando tu incognita voce perorás: quomodo enim dicit amen super tuam benedictionem etiam sapiens: quoniam nescit quid dicas? Non enim intelligit quando tu incognita lingua loquens finire debeas aut procedere. De hoc ꝙ proximus te non intelligit reprehendo te: nam secundum propriam personam te non reprehendo. Nam tu quidem bene gratias agis quantum in te est: sed ideo male quia alter. i. proximus non edificatur: quia nec intelligit Vel ibi supra iungitur. Iuste dixi benedixeris. nam tu quidem bene gratias agis quantum in te: sed frater non instruitur. Probat iterum exemplo et auctoritate sua ꝙ non adeo debeant sectari linguas dicens. Nolite loqui lingua: ita vt non sit instructio proximi. nam ego quem imitari debetis volo loqui in ecclesia quinque id est pauca verba meo sensu. i. intellectu vt quod loquar intelligam. Per hoc notat eos sic quandoque loqui: ꝙ nec ipsi se intelligerent. Volo inquam loqui meo sensu: vt et me et alios instruam: quam electiuum / quod nullo modo volo loqui: scilicet decem millia. i. infinitatem verborum lingua incognita: quod vtique possem si vellem: et inde gratias ago deo: quoniam ego si placet loquor lingua omnium vestrum: sed. i. tamen in ecclesia volo etc. Ideo paulus se dixit habere genera linguarum: ne diceret corinthij quia non habet linguas: ideo nobis de linguis improperat. Iterum aliud quare non appetant linguas / quia efficiuntur sic paruuli. Sed littera sic iungitur ad proximum. Sicut in me videtis loquimini vestro sensu: et similiter fratres sectando linguas quarum sensum non habeatis / nolite pueri effici sensibus: qui loquuntur quod non intelligunt: sed estote paruuli secundum maliciam: et hoc dicit: quia erant multum maliciosi sensibus vel cogitatione: verbo et actu Paruuli quidem malicia: sed sensibus estote perfecti. i. perfectam intelligentiam appetentes vt prophetare possitis. Iterum ideo lingue non sunt appetende vobis: quia fideles estis et lingue non fidelibus sed infidelibus prosunt. Et ꝙ ita sit auctoritatem premittit esaie: quantum in lege esse dicit legis nomine prophetiam designans. Vere non fidelibus sed infidelibus. Nam in lege scriptum est illud quoniam vel ibi continuatur / vel hic ponitur pro ꝙ. Hoc inquam scriptum est quod in alijs linguis. i. in varietate linguarum: et in alijs labijs. i. in alijs sermonibus: quia prius de carnalibus nunc autem de spiritualibus loquar populo huic iudaico: infideli vt mirantes nouitatem linguarum audiant me: et tamen nec sic. i. pro tam euidenti miraculo exaudient me. Quod ita sit credite: quia hec dicit dominus ait in alijs labijs nihil ad probationem: sed mos est vt auctoritates perfecte ponatur. Nunc de lege premissa infert paulus. Quia populo incredulo diuerse lingue proposite sunt: itaque per hoc apparet ꝙ lingue in signum. i. causa miraculi sunt non fidelibus quorum fides non eget miraculis sed infidelibus / qui noui tate miraculorum ad fidem trahendi sunt. Opposita sententia. Lingue non fidelibus sed infidelibus: prophetie autem non fidelibus: stultum enim esset mysteria fidei reuelare incredulis: sed fidelibus. Et quia vos fideles estis: querite prophetiam que fidelibus congruit. Iterum aliud quare non

Psallere quid est

Idioma quid dicitur

Fides fidelium miraculis non eget.

audeant. In hac autē epistola ma-
teria sunt ipsi ijdē corinthij corre-
cti seu incorrecti. De his autē agit
cōsolando bonos ne deficiāt in ad
uersis: sed per patientiā tribulatio
nū certatim ꝓficiāt in augmētū vir
tutū. Incorrectis vero errorē suū ⁊
pctā improperat: ea vtiq; intentio-
ne de vtrisq; habita vt diuersitatē
eorum in quādam redigat vnitatē:
scilicet vt et boni in meli⁹ ꝓficiāt:
et mali declinando errorē suū salu-
bri imitatione bonos insequātur.

¶ Sequitur capitulū primū epi-
stole secunde ad Corinthios.

Capitulum primum.



Paulus apostolus christi iesu / ꝑ volū-
tatē dei. Et timothe⁹ frater ecclie dei
que est corinthi: cū oībus sanctis qui
sūt in vniuersa achaia. Gratia vobis
et pax a deo patre nostro ꝛ domino ie
su christo. Benedictus deus et pater Ephes. 1.a.
dñi nostri iesu christi, pater misericor- 1. pe. 1.a
diarum ꝛ deus totius consolationis:
qui ꝯsolatur nos in omni tribulatio-
ne nostra: vt possimus et ipsi cōsolari
eos qui in om̄i pressura sūt per exhor-
tationē: qua exhortamur ꝛ ipsi a deo:
Qm̄ sicut abundāt passiōes xp̄i in no
bis: ita ꝛ per christū abundat cōsolatio nostra. Siue autē tribulamur ꝑ
vestra exhortatione ꝛ salute: siue cōsolamur pro vestra cōsolatione: siue
exhortamur pro vestra exhortatiōe ꝛ salute / que operaꝛ tolerantiā earū-
dem passionū quas ꝛ nos patimur: vt spes nostra firma sit ꝑ vobis: sciē-
tes qm̄ sicut socij passionū estis: sic eritis ꝛ cōsolationis. Non eñi volu-
mus ignorare vos fratres de tribulatiōe nostra que facta est in asya: qm̄
supra modū grauati sumus ꝛ supra virtutē: ita vt tederet nos etiā viue-
re. Sed ipsi in nobisipsis responsum mortis habuimus: vt non simus
fidētes in nobis / sed in deo qui suscitat mortuos: qui de tātis periculis
nos eripuit ꝛ eruit: in quē speram⁹ / quoniā et adhuc eripiet adiuuātib⁹
et vobis in oratione pro nobis: vt ex multaꝝ personis facierū eius que
in nobis est donatiōis per multos gratie agaꝛ pro nobis. Nam gloria
nostra hec est / testimoniū cōsciētie nostre: ꝙ in simplicitate cordis ꝛ sin-
ceritate dei ꝛ nō in sapiētia carnali: sed in gratia dei cōuersati sumus in
hoc mundo: abundātius autē ad vos. Non eñi alia scribimus vobis ꝙ̄
que legistis ꝛ cognouistis†. Spero aūt ꝙ vsq; in finē cognoscetis / sicut † al. cognoscetis
et cognouistis nos ex parte: qꝛ glīa vestra sum⁹ sicut ꝛ vos nostra: in die
dñi nr̄i iesu christi. Et hac cōfidentia volui prius venire ad vos: vt secū
dam gratiā haberetis: ꝛ per vos transirē in macedoniā / ꝛ iterum a mace
donia venirē ad vos: ꝛ a vobis deduci in iudeā. Cum ergo hoc voluis-
sem: nūquid leuitate vsus sum? Aut que cogito ꝭm carnem cogito: vt sit
apud me est ꝛ non? Fidelis autē deus: qꝛ sermo noster qui fuit apud vos
nō est in illo est ꝛ nō: sed est in illo est†. Dei eñi filius iesus christus qui † al. nō hʒ sed ē in illo ē.
in vobis per nos predicatus est per me ꝛ Siluanū et Timotheū: nō fuit
in illo est ꝛ non: sed est in illo fuit. Quotquot eñi ꝑmissiones dei sūt: in il
lo est. Ideo ꝛ ꝑ ipsū dicim⁹ amen deo ad gloriā nostrā. Qui aūt ꝯfirmat
nos vobiscū in xp̄o: ꝛ qui vnxit nos deus: ꝛ qui signauit nos ꝛ dedit pi-
gnus spiritus in cordibus nostris. Ego autē testem deū inuoco in ani-

mam meã q parcens vobis nõ veni vltra corinthum: nõ q2 dominamur fidei vestre: sed adiutores sumus gaudij vestri. Nã fide statis.

Expositio capituli.j.

Ore suo salutẽ premittit dicẽs Paulus (qđ nomẽ tam humilitatis q̃ auctoritatis ẽ) Paulus inq̃ ap̃ls.i.legatus christi iesu: gloriã eni christi annũciat. Apostolus dico non per temerariã presumptionem vt pseudo: sed per voluntatẽ.i.p beneplacitũ dei: ꝛ cũ eo timotheus frater: id est cooperator in ope christi. Ideo timotheũ reponit per quẽ primã epistolã miserat: vt sciãt sibi cognita esse oĩa que apud eos gerũtur. Paulus inq̃ ꝛ timotheus scribũt ecclesie.i. cõuocationi fideliũ. Ecclesie dico dei.i.in qua gratia dei tantũ operatur: ꝛ non merita doctorꝫ vt pseudo gloriant. Ecclesie dico que ẽ corinthi. Corinthiorꝫ vtiq̃ ecclesie scribit cum oĩbus.i.et omnibus sanctis.i.in baptismo per christũ sanctificatis: cum omnibus dico qui sunt in vniuersa ecclesia. Quasi diceret. Ecclesie corinthi omnibusq̃ ecclesijs sibi subiectis. Achaia enim dicit prouincia in qua metropolis corinthus sita erat. Uobis corĩthijs sit gratia / his qui peccauerunt secunda remissio: his qui bene correcti sũt / vel qui post acceptã fidem non peccauerunt: sit perseuerantia grẽ bene custodite. Et ei scilicet sit pax.i. bona tranquillitas animi a deo qui põt: patre nostro / qui pium ad nos affectum habet: ꝛ a deo qui similiter potest / iesu christo / ꝛ vult: quia saluare nos officium eius est. Nunc in primis gratias agit deo pro perseuerantia eorum qui lapsi non fuerant / ꝛ pro correctione eorum qui errore contẽpto bene se emendauerant: cõsolaturq̃ eosdẽ exẽplo suo vt fortes sint i aduersis: quecũq̃ oporteat eos pati / dicẽs. Quia vos in fide christi laborare video: inde gratias agens dico. Benedictus sit deus domini nostri iesu christi: et pater domini nostri iesu christi. Deus eius est s̄m q christus homo fuit. Pater christi est s̄m deitatẽ in qua fili⁹ equalis est patri: ipse tamen principiũ habẽs a patre / non pater ab eo. Qui si iesu christi pater est cũ nos christi filij sumus: sic per christum deum patrem habemus. Duo predicta deus ꝛ pater spectant ad christum: eadem duo que sequũtur spectant ad homines. Benedictus etiã sit qui de⁹ ꝛ pater est christi. Pater est etiam misericordiarũ. Cũ posset dicere dator misericordiarum dicit pater: vt ostendat eum et datorem / ꝛ ex paterno affectu nobis bona dantem. Pater inq̃ misericordiarum: ꝛ deus totius consolationis. Misericordie dicuntur oĩa dona dei / seu dentur in aduersis / seu in prosperis. Consolatio autẽ dicitur tantum vbi fuit desolatio. Posset etiã dixisse si vellet pater consolationis et deus misericordiarum / idemq̃ esset. Deus dico consolationis non imperfecte: sed totius.i.perfecte. In quibuscũq̃ eni desolamur: potens ꝛ presto est consolari nos deus: quia consolatio nunc eis fuerat opportunior: ideo circa bona consolationis magis immoratur dicẽs. Qui deus ꝯsolatur nos / me scilicet ꝛ cõdiscipulos meos in tribulatiõe nostra quam patimur. Nec in quadã / sed in omĩ. Ubicunq̃ enim tribulamur facile vel difficile s̄m modum tribulatiõis presto est medicina consolantis. Consolatur inq̃ nõ solũ vt nos liberet: sed etiam vt possim⁹ et ipsi qui tribulamur consolari eos qui modo videbamur desolati: ꝛ per exẽplũ patientie nostre: ꝛ per exhortationẽ sermonis. Cõsolari dico eos q̃ sunt in pressura tribulationum. Nec in quadam: sed in omni pressura interiori vel exteriori possumus eos consolari per exhortationem. Posset dicere per consolationem: sed vt ostenderet se non simpliciter consolari / sed etiam fortiores fieri. Ait per exhortationem qua alij sancti et nosipsi exhortamur a deo: vt videntes deum presentem nobis in tribulatiõe nihil dubitemus quecũq̃ tormenta irrumpere: et alios ad exemplum ac virtutem patiẽtie / verbo ꝛ exẽplo inuitare. Et vere exhortamur a deo: quoniã sicut abundant passiones christi.i.quas vel ꝑ christi nomine / vel ꝑ exẽplo christi ꝑ nobis passi sustinemus. Sicut enim passiones abundant in nobis: ita copiose abundat etiã consolatio nostra per xp̃m nos consolantẽ. Uel ꝑ christum: quia per exemplũ patientie eius consolamur. Et quecũq̃ patimur: et q̃cunq̃ consolamur: hoc non

Achaia ꝓuincia est in q̃ corinth⁹ sita erat

Cõsolari parat⁹ est deus oẽs tribulatos.

solum propter nos: sed etiam ad instructionem vestram: siue enim tribulamur hoc fit pro vestra exhortatione vt ad patiendas tribulationes fortes sitis: et sic pro salute eterna habenda: siue etiã consolamur /hoc fit pro vestra cõsolatiõe /vt sciatis vos similiter a deo in tribulatione cõsolãdos: et sic pro futura salute habenda: siue etiam exhortamur: hoc totũ fit pro vestra exhortatione /vt vos exemplo nostro et doctrina exhortati sitis ad meliora: ꝛ sic pro habenda vobis saluatione. Uidendũ est ꝙ hec verba tribulamur /consolamur /exhortamur /hic ĩ passiua significatione leguntur: vere totum pro vobis /q꞉ꝗ tribulatio /consolatio /ꝛ exhortatio operatur in vobis verboꝛ exemplo nostro. tolerantiam passionũ etiã earundem quas patimur etiam nos: ꝗ tante auctoritatis apud deum sumꝰ: nõ ergo miremini si vos inferiores deꝰ permittat vexari. Operatur in vobis tolerãtiam /vt spes nostra habita pro vobis qua et vos speramus in bono perseuerare /et salutem eternam apprehendere: vt hec spes sit firma. i. permanens: ꝛ veritate virtutis roborata. Nõ ait de vobis sꝫ pro vobis: vt ostendat suam charitatem pro bono eorum affectuose sollicitam esse. Patimur inꝗꝫ scientes: quoniã sicut estis non dicam participes: sed socij passionum nostrarum: sic eritis etiam socij consolationis quã futuram expectamꝰ nobis et vobis in gloria. Et per h ꝙ socios eos vocat: multum animat ad patientiam. Ea occasione quia de passionibus loqui cepit /transit ad enumerãdas difficultates quas passus est in asia. hoc autem facit ne possent obijcere corĩthij: Exemplo tuo nos paule prouocas ad ferendas tribulationes: qui nunꝗꝫ fortasse tam grauiter vt nos tribulatꝰ es. Littera sic iungitur. Bene dico patimur: nã nos supra modum grauati sumus ĩ asia Sed priusꝗꝫ hoc dicat: premittit vñ intendant totum spectare ad illos: quicquid dicturus est. Grauati quidẽ sumꝰ: et hoc non volumus vos ignorare frẽs de tribulatiõe nostra que facta est ĩ asia. Ibi enĩ apð ephesũ: quia puellam spm̃ phitonis habentem mũdauit: ꝛ sic dñis eius questum quem de diuinatione puelle habebant abstulit: instinctu eorum tota ciuitas irruit in eum. Cũqꝫ rationem reddere vellet: ne audiretur conclamabãt magna diana ephesiorum. Ibiqꝫ tot verberibus afflixerunt eum vt in platea velut mortuus relinqueretur. Hoc inꝗꝫ nolo vos ignorare: qm̃ ibi apud ephesũ grauati sumus supra modum priorũ tribulationum /et supra humanam virtutẽ Uirtus enim hominis tanta pati nõ posset. Ita vtiqꝫ ꝗuati sumꝰ vt tederet nos non dico pati: sed etiam viuere: nec tantum teduit nos viuere: sed etiam ipsi habuimus in nobis. i. ĩ anima nostra responsum mortis: quia consulentes animã nostram: si forte viui euaderemus: respondebat nobis mortem. Ne per hoc ꝙ dicit /tedebat nos in tormẽtꝭ viuere /putaret sibi ꝫire: vbi ait. Consolaꝛ nos deꝰ in omni tribulatione. Contra hoc ait: ideo tantum grauati sumus vsqꝫ ad tediũ vite et responsum mortis /vt non simus fidentes in nobis. i. viribus nostris nihil ascribamus: sed in deo tantum confidamus qui suscitat mortuos: me eĩ de morte. i. de eo pro quo alius homo moreretur liberauit. qui etiã frequẽter eripuit nos de tãtis periculis que passi sumus. in quem euntes bene agendo speramus quoniam vt olim sic etiam adhuc in futuro /eripiet in hac ereptione adiuuantibus alijs fidelibus et vobis in oratione. i. per orationẽ factam ꝑ nobis: Sic dico adiuuantibus: vt per multos adiutores agãtur deo gratie pro nobis: gratie dico eius donatiõis. i. patiẽtie ꝛ spei: et omnis bone donationis que in nobis est. Agantur dico ex personis multarum facierum. i. ex personatis multiplici facie virtutum variatis. Sicut enĩ homo facie distinguitur ab alio: sic in ecclesia hic per humilitatem quasi facie distinguitur ab alio: et alius per patientiã ab isto /et sic membra ecclesie diuersas virtutes distinctas habent facies. Ex personis autem multarum facierum: id est varietate virtutum distinctis aganꝛ gratie deo pro nobis. Uel ita. Ex personis multarum facierum. i. ex diuersitate etatum et sexus: personas multarum facierum vocans pueros: iuuenes et ceteras etates vtriusqꝫ sexus. Uel ita. Agãtur pro nobis gratie donationis que est in nobis. Aganꝛ dico per multos. Et ꝙ dico per multos /hoc est ex ꝑsonis multarum facierũ. Per hoc ꝙ ait vobis ad-

luuātibus pro nobis satis cōmendat et allicit eos sibi quos tanti facit: vt p apostolo intercedere digni sint. In his eni verbis parificat eos sibi. ¶ Hucusq de corinthijs perfectos cōsolatus est. Hic transire videt ad illos qui nōdum satis correcti adherebant pseudo magistris: memorans hic q digne conuersatus sit apud eos: et quō in nllo grauis fuerit eis a qbus nec victualia recepit dicens. Dignum vtiq est vt gratias agatis pro nobis: nam nos cōuersati sumus apud vos in simplicitate et sinceritate. Sz priusq hoc dicat: pmittit testimoniū hui⁹ rei dicens. Et si vos negetis nos bene cōuersatos esse apud vos / nō curo. Nam gl'ia nr̄a hec ē.i. hoc multū de puritate mee cōuersatiōis glorior / habēs testimoniū psciētie nr̄e. Cōsciētia eni mihi testis ē: q i simplicitate nō vt defraudarē vobis res vestras vt pseudo: sed in simplicitate nihil a vobis accipiens: et in sinceritate dei.i. in puritate fidei: non admiscens (vt illi) falsa veris: et nō in sapientia carnali: non enim adhesi carnalibus documētis vt illi: sz in gr̄a dei.i. in magnificādo gratiā dei: ex q omne bonū et nihil ex carnali sapiētia. In gratia inq dei conuersati sumus in hoc mūdo: abundanti⁹ tñ conuersati sumus ad vos apud quos maiora sustinui cū nihil a vobis reciperem / ne arguendi vos auctoritatē amitterē. Dicerent corinthij ideo paulus hic puersatiōis sue memoriā facit: vt qd̄ oli nō accepit / modo multiplicatū recipiat. Cōtra hoc paul⁹: ne putetis intētiōe accipiendi a vobis conuersationem meam apud vos memorare. Nō eni alia in hac epistola scribimus vobis: q que in priori epistola legistis: i qua scripsi me nihil accepturū a vobis. Nec alia modo scribim⁹ q vos cognouistis de nobis: qdiu apud vos fuimus / nihil a vobis accipiēdo: sed de labore manuū viuendo. Et sicut tūc cognouistis: sic etiā spero q vsq in finē cognoscetis me nihil accipere a vobis: sicut iā etiā cognouistis nos manētes apud vos. Cognouistis dico ex pte.i. fm opus qd̄ exterius videbatis: sed aliā partē.i. volūtatē ignorabatis: ideo talē me volui cognosci / scz nihil accipiētem a vobis: qz nos sumus gloria vestra sicut et vos nostra.i. qz volui me gloriari in obediētia vestra: et vos gloriari in doctrina nostra: que vtiq gloria nō esset si grauarē vos tēporalia a vobis accipiēdo. Malletis enim repellere doctorē q eū sustentare: que gloria mihi de vobis et vobis de me apparebit i die dñi nostri iesu christi: quādo vos de obediētia exhibita: ego de doctrina remunerabimur. ¶ Transit iterū ad aliud. Illi eni accusabant eum de leuitate: qz in priori epistola dixerat se venturū ad eos et non venerat. De mēdacio autē non poterāt eū arguere. dixerat eni: veniam si dñs pmiserit. Littera sic iungit. Et hac confidentia. vel qz simpliciter et sincere conuersatus sum apud vos. Uel qz vos estis gloria mea: ego vestra. Hac inq vel hac cōfidentia volui venire ad vos: prius quidē volui sed modo nolo. Uolui vtiq tūc vt per aduentū meū haberetis secundā gratiā.i. qz post baptismū peccastis in secundā remissionē: et volui p vos transire in macedoniā: et a macedonia reuertēs / iterū volui venire ad vos: et a vobis volui deduci in iudeā. Et qz sic pus volui: q cū voluissem hoc.i. venire ad vos: numquid vsus sum leuitate: qz non veni sicut pus volui? Aut qz nō veni / an ea que cogito fm carnem.i. carnale cōmodū cogito: vt ideo venire dimiserim / qz nihil me a vobis sperarē recepturū? An inq fm carnē cogito vt pptera sit apud me est et non.i. affirmatio et negatio de eodem? Q apud me non sit est et nō: apparet in illo sermone q noster sermo fuit apud vos dum psens essem inter vos: qz in illo sermone tūc habito non fuit est et nō.i. affirmatio et negatio de codē: et q ita sit: deus qui fidelis est et verax hoc nouit. Uel aliter. Uere apud me non fuit est et non: qz deus fidelis.i. verax est. Cum autē deus doctores veritatis se daturū pmiserit: si me doctorē falsitatis instituit: pfecto mendacij reus est. Et q deus sit fidelis pmittēs doctores veritatis apparet in eo: qz sermo noster qui fuit apud vos / in illo sermone non fuit: est et non. Uere deus fidelis est: nam in xp̄o iesu: qui xp̄s iesus filius dei est / qui etiā christus predicatus est in vobis per nos: scz per me et siluanū et timotheum. In illo christo nō fuit est et nō.i. affirmatio et negatio de eodem: sed semper fuit in illo est.i. veritas. seu negādo / seu affirmando. Uere in illo non fuit est et non. nam quotquot sunt

pmissiones dei patris in illo sũt est.i.vere & cõplete: vel etiã similiter. Et qr per christũ cõplete sunt pmissiões dei: ideo et per ipsum christũ dicimus amen.i.ita esse completũ sicut pmissum est.& hoc totũ deo.i.ad gloriã dei: & ad gloriã nr̃am. qr per veritatẽ dei cõprobat veritas nostra. Licet dicã ad gloriã nostrã: tñ non nobis sed deo debet gloria: qui deus cõfirmat nos vobiscũ vt veritas in vobis sit: & hoc in christo. Qui etiã deus vnxit nos oleo sanctificatiõis in baptismate. Qui etiã signauit nos.i.signũ discretionis ab alijs (scz virtutes) dedit nobis. Qui etiã pign⁹ spũs dedit.i.spiritũ sctm vt sit nobis arra future glorie: quẽ spiritũ dedit in cordibus nostris habitatorẽ cõtinuũ. Et cũ spũs sanct⁹ sit in nobis: non est credendũ q leuitas vel mẽdaciũ fuerit in nobis. ¶ Postq̃ se excusauit q nec p leuitate: neq̃ ꝯm carnẽ cogitãs ad eos venire dimiserit: subdit causam quare non venerit dicẽs. Pro leuitate / vel qr carnaliter cogitarẽ venire non dimisi: sed ideo vt parcerẽ vobis non veni Et vt credatis vt vobis parcerẽ me nõ venisse: ego inuoco deum testẽ hui⁹ rei. Mali quidẽ negligentes offendere deũ: testem falsitatis non multũ curarent aduocare deum: sed paulus qui se totũ in deo posuerat: nõ presumẽret deum facere testem eius rei quã verã nõ intelligeret. Aliter enĩ agens / mendacij deum arguerct. Deũ vtiq̃ inuoco testem: non solum ꝯtra corpus / vt si mendax fuero: in solo me puniat corpore: sed etiã in.i.contra animã meã vt perdat eam cũ corpore: si mẽdacij testem facio deũ. Inde deum aduoco testem: q parcẽs vobis.i.vt cõmodius possem parcere vobis non veni corinthũ vltra.i.vlteri⁹ q̃ prima vice ¶ Priusq̃ dicat in quo eis nõ veniẽdo pepercerit / determiat hic q ait parcẽs Corinthij enĩ insidiãtes verbis ei⁹ dicerẽt. Ita ais te pepercisse: ac si regia potestate habeas nos cogere ex tua voluntate. Parcẽs nõ ideo dico / qr nos domiamur fidei vestre: fides enĩ res est voluntaria nõ necessitate dominij cogẽda. Dominari autẽ dicit in potestatibus illis: vbi filius succedit patri vsu necessario: sed in prelatis ecclesie (etiã in secularib⁹ qui non lege successionis sed per electionem presũt) potius dici debet seruitus q̃ dominiũ. Ideo ait nõ dominamur fidei vestre: sed sum⁹ adiutores vestri / nõ cessantes orare deum pro correctiõe vestra: adiutores dico gaudij vestri. In illa enim re vos adiuuamus de qua habituri estis permanens gaudiũ: quare nobis obsequi debetis. Uere non dominamur vobis: nã vos statis fide: que volũtatis res est nõ necessitatis: si vos statis.

Medaciũ nõ ẽ cũ spũ sancto.

Fides debet eẽ voluntaria.

¶ Capitulum.ij.

Statui autẽ hoc ipsum apud me: ne iterũ in tristicia venirem ad vos. Si enĩ ego cõtristo vos: et quis est q̃ me letifi cet: nisi qui ꝯtristat ex me? Et hoc ipsum scripsi vobis: vt nõ cũ venero tristiciã sup tristiciã habeã: de q̃bus oportuerat me gaudere: confidens in oĩbus vobis: qr meũ gaudiũ omniũ vestrũ est. Nam ex multa tribulatione et angustia cordis scripsi vobis p mltas lachrymas: non vt contristemini: sed vt sciatis quã charitatẽ habeã abũdanti⁹ in vobis. Si quis aũt ꝯtristauit me / non me contristauit: sed ex parte vt nõ onerẽ oẽs vos. Sufficit illi qui eiusmodi est obiurgatio hec que fit a pluribus / ita vt ecõtrario magis donetis & cõsolemini: ne forte abũdãtiori tristicia absorbeat / q̃ eiusmodi est. Propter qđ obsecro vos vt confirmetis in illum charitatẽ. Ideo enĩ & scripsi vobis vt cognoscã experimẽtũ vestrũ: an in oĩbus obediẽtes sitis. Cui autẽ aliquid donastis: & ego. Nam & ego qđ donaui / si quid donaui ppter vos in psona xp̃i: vt non circũueniamur a sathana. Non enĩ ignoramus cogitationes ei⁹. Cũ venissem aũt troadem ppter euãgeliũ xp̃i: & ostiũ mi

bi apertũ esset in dño: non habui re
quiẽ spiritui meo / eo ꝙ nõ inuene-
rim titũ fratrẽ meũ: sed valefaciẽs
eis / ꝓfectus sum macedoniã. Deo
autẽ gratias q̇ semꝑ triũphat nos
in xp̃o iesu: ⁊ odorẽ noticie sue ma-
nifestat per nos in omni loco: quia
xxiij. q. iiij. nabuchodonosor. christi bonus odor sum⁹ deo: ĩ his
qui salui fiunt: ⁊ in his qui pereũt.
Alijs quidẽ odor mortis ĩ mortẽ:
alijs autẽ odor vite in vitã. Et ad
hec quis tam idoneus? Non eni su
mus sicut plurimi adulterãtes ver
bum dei: sed ex sinceritate sicut ex
deo coram deo in xp̃o loquimur.

¶ Expositio capituli. ij.

Postꝗ determinauit quomodo dixerit parcẽs: determinat in quo pepercerit dicẽs. Ego vtiqꝫ non veni corinthum: sed statui hoc ip̃m qđ in priori epl'a statuerã. Statui inꝗ apud me nõ precipicio incõsiderate sentẽtie / sed apud me diligẽter pertractãs ex cõsilio statui / ne iterũ venirẽ ad vos in tristicia. i. ad cõtristandũ vos. Iterũ dicit qꝛ in prima epistola venerat ꝯtristari eos / qꝛ lapsi fuerãt in peccatũ: si nõ presentialiter: tñ per epistolã. Vel ita. Ego iam semel venerã: sed ideo nolui iterum venire: ne aduentus meus esset vobis in tristicia. Ideo paulus venire noluit: qꝛ si p̃sens fieret: oporteret eũ vt impenitẽtes seueritate iudicij remoueret ab eccl'ia: qꝛ presens non posset vti tãta lenitate / vidẽs mala coꝝ: ꝗta tẽperãtia erga illos ꝑ epistolã vtit̃: ⁊ sic malũ hoc eueniret: vt cũ in vnitatẽ ecclesie eos reuocare deberet: poti⁹ ꝑ districtionẽ iusticie eos ab inuicẽ separaret: quos absens ꝑ lenitatẽ misericordie ad vnitatẽ reuocare potuisset / qđ vtiqꝫ fecit. Ideo nolui iterũ venire: qꝛ si ego ꝯtristo vos q̃cũqꝫ modo / q̇s est in vobis q̇ me letificet nisi ille q̇ cõtristat̃ ex me. i. ſm meã volũtatẽ vt cõtristatus de pctõ peniteat? Qꝛ si venirẽ: nõ fieret vt aliq̇s me hoc modo letificaret. Me eni p̃sente districtio iusticie magꝭ vos deterreret ꝗ ad penitẽtiã suaderet. Illud etiã innuit ac si diceret.

Propter deũ q̇dẽ penitere debuissetis et (vt illđ omittã) ꝓ eo solo vt me doctorẽ vestrũ letificaretis. Et hoc ip̃m scꝫ ne veniẽs in tristicia neminẽ q̇ me letificaret inuenirẽ: scripsi vobis ideo: vt cũ p̃sentialiter venero: nõ habeã tristiciã suꝑ tristiciã. Hmõi quidẽ tristiciã audiẽs vos peccasse habebo scđam si veniẽs vos incorrectos inuenero: vtqꝫ vos correctos inueniã / scribo nũc me in eo letificari tm̃ qui ad pniam ꝯtristat̃. Tristiciã dico habeã de vobis incorrectis: de q̇b⁹ nõ modo p̃mũ oportuerat me gaudere bñ correctis. Et reuera gaudebo sicut oportuit. Nã cõfidẽs sum in oĩb⁹ vobis ꝙ de correctiõe vr̃a gaudebo: ꝓpterea qꝛ ꝗdiu erã apud vos / gaudiũ meũ erat gaudiũ oĩm vestrũ: qꝛ ꝗcito videbatis me gaudentẽ / etiã nõ intellecta re de q̃ gaudebã / pia affectiõe cõgaudebatis mihi: et ꝓpterea ꝯfido ꝙ reuera de vobis correctis gaudebo. Vel ita. Cõfidens sum in vobis / qꝛ gaudiũ meũ est gaudiũ oĩm vestrũ. i. ꝙ gaudiũ qđ futuꝝ expecto (vt digni sitis habere deum oro) ⁊ vos habituros cõfido. Ideo ait ꝯfidẽs in oibus: ne peccãtes putarẽt paulũ diffidere de saluatione coꝝ. Qꝛ dixit tristiciã habeã suꝑ tristiciã: dicerent illi: habuisti ne tristiciã? vtiqꝫ habui. Nã ego scripsi vobis ex multa tribulatiõe corpis: ieiunãdo / vigilãdo: vt de⁹ parceret vobis: ⁊ ex multa angustia cordis sollicit⁹ de salute vr̃a scripsi vobis affligendo me ꝑ multas lachrymas. Nec ideo me tribulatũ ⁊ ãgustiatũ esse mẽoro vt vos mecũ ꝯtristemini: sꝫ vt sciatis quantã charitatẽ habeã ad oẽs. Charitatẽ dico abũdãti⁹ in vobis ostẽsam: apud q̇s ⁊ diuti⁹ mãsi: et nihil a vobis recipiens / de labore manuũ vixi. Ostẽsa causa q̃re ad eos nõ venerit: que eã ad suasionẽ correctiõis idonea fuit: subdit de illo quem ab ecclesia separari iusserat in alia epl'a: qꝛ duxerat vxorem p̃ris: cui⁹ penitẽtiã (qꝛ audiuit indulgẽtia dignã) scribit eccl'ie corĩthioꝝ: vt eũ recipiant: scientes paulũ indulsisse sibi. Lr̃a sic iungit̃. Nolo vt vos cõtristemini: sꝫ si q̇s cõtristauit me (vt ille q̇ vxorẽ p̃ris duxit) nõ me tm̃ cõtristauit / sꝫ vos: et hoc ex ꝑte: non eni oẽs ꝯtristati estis: sed boni tantũ cõdoluere fratri peccãti. Ex ꝑte ideo dico: vt nõ onerẽ oẽs vos. i. indignũ est hoc on⁹ ĩponere vobis oib⁹.

vt fratri nō cōpatiamini. Hoc autē hiro
nice dicit ꝓpter eos qui superbierunt de
lapsu fratris: cui ꝯdolere debuerāt. Uel
ita. Non me cōtristauit tantū: sed vos ex
parte. i. ſm partem bonoꝝ: et hanc partē
excipio vt non onerem oēs vos de contē
ptu peccātis fratris: quidā enī vestrum
(sicut iustū erat) cōdoluerūt. De illo aūt
qui me ꝛ vos cōtristauit: scitote quoniā
sufficit illi qui est eiusmodi. i. tante fragi
litatis: q (si nimia districtiōe vexet) de-
sperabit. Illi inq̄ sufficit hec obiurga-
tio: qua cum obiurgati estis / pellēdo ab
eccl'ia ꝓ peccato. Obiurgatio dico que
fit illi a pluribus peccanti fratri iuste cō
dolentibus. sufficit ita: vt vos e cōtrario
agētes: vt sicut ab ecclesia prius separa
stis / nunc ecōtra ecclesie eū restituatis.
E cōtrario inq̄ sicut amplius obiurga-
stis: ꝛ ille patiēter sustulit: ita magis do
netis. i. remittatis ei peccatū suum: ꝛ ne
putet hoc vos agere / quasi non curātes
de eo / ꝯsolemini eū frequēter per cōsola
tiones scripturarū. Ideo dico donetis
et cōsolemini / ne forte (qđ cito ꝯtingere
posset) hic qui ē eiusmodi. i. multe fragi
litatis absorbeat. i. desperans deglutia
tur abundātiori tristicia. Si enim supra
modū coerceatis eū / desperabit de salu
te: ꝛ cito reuoluet etiā in deterius pecca
tū. Melior est enī misericordia ad salutē
q̄ seueritas iusticie generās desperatio
nem. Propter qđ ne ille absorbeat cum
possem imperare magis ex charitate: ob-
secro vos vt charitatē beneinceptā: cha
ritas enī fuit q eum ex precepto meo vt
corrigeret ab ecclesia expulistis. Obse-
cro inq̄ vt charitatē hanc cōfirmetis. i.
firmā ꝛ perfectā ostendatis in illū indul
gēdo / ꝛ in eccl'ia recipiēdo: quā charita
tem incepistis eū abiiciendo. Debetis in
dulgere ei: nā ideo scripsi vt ceptam cha
ritatem cōfirmetis: ꝛ vt cognoscā experi
mentū vestrū. i. vos expertos cum eū ab
ecclesia ex obediētia separastis. Cogno
scam dico an obediētes sitis in oībus:
vt sicut prius obedistis cum remouen-
do: sic nunc obediatis indulgendo sibi.
Et sicut moneo debetis indulgere: quia
si vos alicui condonastis aliquid / ꝛ ego
vobiscū indulsi. Diceret illi donasti for-
tasse: sꝫ nō ꝓpter nos. Ita inq̄: nam qđ
ego donaui / si aliquādo donaui aliqđ /
hoc ꝓpter vos donaui. Ubi ita dictum
suū reprimit. Si quid donaui: ostēdit se
paucis indulsisse pro alio / vt nos admo
neat non ꝓ carnali dilectiōe / sed magis
pro fructu penitētie dimittenda esse pec
cata. Iterū ille. Quid inde si tu cōdona-
sti? Multū vtiq̄ qꝛ hoc donaui in ꝑsona
christi. idem valuit illi cui donaui / ac si
xp̄s donaret ei in ꝓpria persona. Opor-
tet vtiq̄ vos indulgere ei tū propter me:
propterea vt nō circūueniamur. i. ne de-
cipiamur a sathana. Sicut enī in nimia
mollicie decipit: sic in seueritate que su-
pra modū est dyabolus circūuenit: ideo
moneo ne circūueniamini a sathana: qꝛ
nos non ignoram⁹ cogitationes eius sa-
thane / q̄ versute sint: vbi etiā intelligi-
mus virtutē: vt in disciplinādo peccato-
re suam inferat fallaciā. Ostendit iterum
paulus q culpa eoꝝ fuit: dū ꝓpositū ve-
niēdi ad eos mutauit: quia eos incorre-
ctos audiuit. Non vltra veni corinthū:
sed veni vsq̄ troadē. Cum aūt venissem
troadē ꝓpter euangeliū xp̄i ꝑdicandū:
(vbiq̄ enī ꝑdicabat) ꝛ cū ibi troade eēt
mihi apertū ostiū. i. mētes eoꝝ parate es
sent ad recipiendū verbum xp̄i: ꝛ hoc in
dn̄o: dn̄s enī corda eoꝝ aperiebat: cū ita
venissem non habui requiē spiritui meo.
Requiē se dicit nō habuisse / qꝛ in predi-
cādo non potuit tūc laborare. Requiem
nō habui / eo q non inueni in troade fra-
trē meū titum. Per timotheū ꝛ titū epi-
stolā primā corinthiis miserat: timothe-
us aūt reuersus erat ad paulū: sed titus
detinebat adhuc corinthi laborando de
correctōe eoꝝ. Hoc aūt qđ ꝓpt absentiā
titi troadibus ꝑdicare nō potuit: culpa
fuit corinthioꝝ: quoꝝ incorrectio titū de-
tinebat. Propter titū noluit troade ꝑdi
care paul⁹: vel qꝛ titus ꝓus eis ꝑdicaue-
rat: ne paul⁹ eo absente ꝑdicās videret
minuere potestatē titi. Uel qꝛ titus inter
pres erat pauli: ꝛ linguā eoꝝ expressi⁹ lo
qui poterat. Nō vtiq̄ requiē habui: sed
valefaciēs eis troadib⁹ ꝓfectus sum in
macedoniā. Hii macedones i magno ho
nore susceperūt apostolū: vt etiā de reb⁹
eoꝝ qcqd vellet disponere possꝫ. ¶ Hic
incipit paulus magnificare se ꝛ ministe-
riū suū: ꝛ pseudo ap'los multipliciter de
primere: qꝛ quidā corinthioꝝ illos pre-
ferebāt paulo. Profectus sum in mace-
doniā: ibi autē sum constitutus triūpha
tor in xp̄o: ꝛ inde gr̄as ago deo qui sem

per triũphat nos.i.triũphare nos facit in xp̃o iesu.i.ꝑ xp̃m iesum/ĩ quo nõ triũphãt pseudo:⁊ qui deꝰ manifestat odorẽ noticie sue.i.xp̃m: per cuiꝰ humanitatẽ odoramꝰ diuinã et indiuisibilẽ essentiã. Uel manifestat ꝑ nos odorẽ sue noticie .i.p̃dicationẽ nostrã ꝑ quã virtꝰ dei manifestat̃ in oĩ loco quo p̃dicamꝰ. Manifestat vtiq̃ ꝑ nos: quia nos sumꝰ bonus odor xp̃i.i. si q̃s puritatẽ actuũ nr̃oꝝ cõsiderat:põt odorare bonitatẽ xp̃i cuius nos sumꝰ mĩstri. Bonꝰ inq̃ȝ odor sumꝰ: et si nõ q̃busdã incredulis:tñ deo qui videt ĩteriora cordis nr̃i. Bonꝰ inq̃ȝ odor sumꝰ q̃ȝtũ ad deũ:⁊ in his qui salui fiunt per euãgeliũ nostrũ:et in his qui pereũt per cõtẽptũ eiusdẽ euãgelij q̃ȝtũ ad deũ: in vtrisq̃ȝ saluãdis ⁊ peritur꞉ bonꝰ odor sumus:sed q̃ȝtũ ad hoĩes/alijs quidẽ sumus odor mortis. Increduli eni audientes a nobis fidẽ christi: dicunt se odorare rẽ mortiferã. Odor mort꞉ dico valẽs eis ĩ mortẽ.i.ad dãnationẽ. Alijs aũt.i. fidelibꝰ sumꝰ odor vite. Per doctrinã eni nostrã odorãt vitã iusticie eundo sic in vitã eternã. Deus per nos manifestat odorẽ iusticie sue:⁊ ad hec manifestãda q̃s inter pseudo tam idoneus sicut ego ⁊ coapostoli mei? Nemo vtiq̃ȝ tã idoneꝰ: nã nos nõ sumꝰ sicut plurimi:scȝ pseudo adulterãtes v̄bũ dei:sicut eĩ adulter rẽ alteriꝰ vsurpat illicite:sic pseudo ministeriũ p̃dicationis a nemine sibi iniũctũ Sicut etiã adulter fructũ sobolis nõ q̃rit in opere turpitudinis sue:sed solũmodo explere libidinẽ:sic illi pseudo solũmodo vt lucrari possint̃ tp̃alia:nõ curãt de eis quos docẽt/siue pereãt/siue non pereãt. Nõ inq̃ȝ adulteramꝰ v̄bũ dei:sȝ loquimur ex sinceritate.i.ẜm purã fidei veritatẽ. Nõ iterũ adulteramꝰ:sed loq̃mur in xp̃o.i.ẜm fidẽ et institutionẽ xp̃i loq̃mur:ex deo.i.ẜm ꝙ deꝰ loq̃ insinuat: et corã deo.i.in beneplacito dei.

Odor xp̃i bonꝰ sunt p̃dicatores.

Adulterãt pseudo v̄bũ dei.

Capitulum tertium.

INcipimꝰ iterũ nosmetipsos cõmẽdare. Aut nũquid egemus (sicut quidã) cõmendaticijs epistolis ad vos/aut ex vobis? Epistola nostra vos estis scripta in cordibus nostris:que scitur ⁊ legit̃ ab oĩbus hoĩbus manifestati:quoniã epistola estis christi ministrata a nobis ⁊ scp̃ta/ nõ atramẽto:sed sp̃ũ dei viui. Nõ in tabulis lapideis:sed in tabulis cordis carnalibus. Fiduciã autẽ talẽ habemus ꝑ christũ ad deũ:nõ ꝙ sufficientes simus cogitare aliq̃d a nobis quasi ex nobis:sed sufficientia nostra ex deo ẽ:qui et idoneos nos fecit ministros noui testamẽti:non littera sed spiritu. Littera eni occidit:spiritꝰ autẽ viuificat. Q̃ȝ si ministratio mortis litteris deformata in lapidibus fuit in gloria:ita vt non possent intendere filij israel in faciem moysi ꝓpter gloriã vultus eiꝰ que euacuat̃: quomodo nõ magis ministratio spiritus erit in gloria? Nam si ministratio dãnatiõis in gloria est:multo magis abũdat ministeriũ iusticie in gloria. Nam nec glorificatũ est q̃ꝺ claruit in hac parte:ꝓpter excellentẽ gloriã. Si eni q̃ꝺ euacuat̃ per gloriã est:multo magis q̃ꝺ manet in gl̃ia est. Habẽtes igit̃ talem spem:multa fiducia vtimur. Et nõ sicut moyses ponebat velamen suꝑ faciẽ suã: vt nõ intenderẽt filij israel in faciẽ eius q̃ꝺ euacuat̃:sed obtusi sunt sensus eorum. Usq̃ȝ in hodiernũ eni diem idipsum velamen in lectione veteris testamenti manet nõ reuelatũ: quod in christo euacuatur:sed vsq̃ȝ in hodiernũ diem cũ legitur moyses velamen positum est super cor eorum. Cum autẽ cõuersus fuerit ad deũ:auferet̃ velamen. Dñs autem spiritus est. Ubi autẽ spiritus dñi/ ibi libertas. Nos vero oĩes reuelata facie gloriã domini specu

exo.xxxiiij.d.

Io.iiij.d.

xix.q.ij.due ſũt.

De reñũ.niſi.

de regu.

l3.ĩ pñ.

lantes: in eandem imaginem trans
formamur a claritate in claritatem
tanq̃ a domini spiritu.

ℭ Expositio capituli. iij.

C[OE] q[uia] dico nemo ad hec tã ido-
neus: dicitis ꝓpterea q[uia] iterũ
vt ĩ alia ep[isto]la vbi dicebã oĩbꝰ
oĩa factꝰ sum [et]c.) incipimꝰ cõ-
mẽdare. i. magnificare nosmetipsos. Nõ
vtiq̃: sed ministeriũ dei ĩ nobis. Aut nũ-
q̃d egemꝰ sicut q̃dã (sc[ilicet] pseudo) cõmen
daticijs epistolis missis ab alijs ad vos:
aut ex vobis missis ad alios? Illi enim
pseudo vt magis possẽt lucrari cũ trãsi-
bãt de loco ad locũ: ꝓcabant vt illi a qui
bus irent cõmẽdarent eos ꝑ ep[isto]las illis
a d quos trãsibãt. Ego vtiq̃ nõ egeo epi
stolis cõmẽdaticijs: nã vos estis nostra
ep[isto]la / q[uia] signaculũ mei apostolatꝰ q̃ vos
in fide x̄pi fundaui. Epistola dico sc[ri]pta
in cordibꝰ n[ost]ris: fidẽ enĩ vestrã nunq̃ ob
liuiscimur: sed de salute vestra sollicite
deũ rogamus: que ep[isto]la scitur ab oĩbus:
Oẽs enĩ sciunt vos per me ad fidẽ ꝯuer
sos: [et] q̃ epistola legit[ur] ab oĩbꝰ. Si q̃s enĩ
velit cognoscere qualis sim in vobis: me
legit [et] cognoscit. Vos dico manifestati
q[uonia]m estis epistola x̄pi: q[uia] fides vestra [et] bo
na vita ostẽdit virtutẽ x̄pi. Epistola x̄pi
dico ministrata a nobis. Per hoc enĩ q[uod]
estis mea ep[isto]la qui vos instruxi: ego aũt
ep[isto]la x̄pi / sic me mediante estis ep[isto]la x̄pi
quẽ x̄pm vobis dispẽsaui. Epistola dico
sc[ri]pta: nõ atramẽto. i. nõ delebiliter. Vel
atramẽto. i. aliqua cõtagione vt pseudo
suos seq̃ces polluũt: s[ed] scripta spũ dei. i.
indelebiliter. Dei dico viui / q̃ et vos ꝑ-
petuo viuere faciet: nõ iterũ scripta ĩ ta-
bulis lapideis. i. induratis / [et] verbũ dei
nõ sentiẽtibꝰ: s[ed] scripta in tabulis carna
libꝰ. i. sensibilibꝰ: [et] v[er]bũ dei ad fructũ fa-
ciẽdum suscipientibꝰ. Tabulis dico cor
dis. i. interioris intellectꝰ vbi ait. In ta-
bulis lapideis mittit nos ad mẽoriã ve-
teris legis q̃ data est ĩ lapideis tabulis:
significãs corda iudeoꝝ lapidea. Q[uia] si-
cut lapis sculpturã q̃dẽ recipit sed nihil
sentit: sic corda iudeoꝝ / corticem quidẽ
legis. i. carnalẽ intellectũ susceperũt: s[ed]
medullã legis spiritualẽ sc[ilicet] intellectum
nõ senserũt. Dixit supiꝰ. Nemo tam ido-
neꝰ vt ego: iterũ vos estis ep[isto]la mea: [et] ꝑ
me estis ep[isto]la x̄pi: [et] ad hec subdit talẽ fi-
duciã: sc[ilicet] q[uod] fiducialiter dixi me magis
idoneũ [et]c. Hãc talẽ fiduciã nõ nobis ꝓ-
sumimꝰ referendã: sed habemꝰ hãc fidu
ciã referẽdã ad deũ. Q[uod] enĩ idoneꝰ sum.
q[uod] vos estis ep[isto]la mea: hoc totũ deꝰ opat[ur]
Habemꝰ inq̃ ad deũ [et] ꝑ x̄pm mediãtẽ:
x̄ps enim s[ecundu]m imperiũ dei cõsecrauit me
idoneũ ap[osto]l[u]z. Fiduciã vtiq̃ hãc habemꝰ
ad deũ: nõ ita q[uod] sufficiẽtes simꝰ cogita-
re nedũ operari aliq̃d a nobis. i. ad vti-
litatẽ n[ost]raz: q̃si hoc possit esse ex nobis. i.
ex viribꝰ n[ost]ris / sine cooperãte gr[ati]a d[e]i. Et
licet nihil sufficiamꝰ ex nobis / t[ame]n suffici
mus: sed illa sufficiẽtia n[ost]ra non t[ame]n cogi-
tãdi / sed sicut ꝓmissum est idonee operã
di. Oĩs hec sufficiẽtia q̃liscũq̃ sit ex deo
est. ℭ Cõmẽdauit ꝑsonã suã satis: nunc
cõmẽdat ministeriũ suum q[uo]d iterũ retor
quebit ad cõmendationẽ sui dicẽs. Qui
deus fecit nos idoneos ministros. Quõ
idoneos supra satis ostẽdit: sed cuiꝰ rei
ministri sint illud subdit. Ministros di-
co noui testamẽti. Vetꝰ testamẽtũ prius
fuit: q[uo]d [et] delẽdũ erat ꝑ nouũ: [et] carnales
s[ecundu]m carnalitatẽ instruens. Sed euãgeliũ
testamẽtũ nouũ est: docẽs [et] ĩnouãs sp[iritu]m
hoĩs: nec alio testamẽto ĩmutandũ. Mi-
nistros dico noui testamẽti existẽtis: nõ
in littera t[ame]n vt vetꝰ: sed in spũ [et] l[itte]ra. Ve-
tus enĩ lex litterali a quidẽ precepta da-
bat: sed q[uia] gratiã spũs nõ habebat: ideo
magis nocebat q̃ adiuuaret. Ideo dico
nouũ testamẽtũ esse in spũ: q[uia] si in littera
t[ame]n esset occideret. Littera enim occidit — L[ite]ra oc-
sed spũs viuificat. Lex vetꝰ que in litte- — cidit.
ra t[ame]n existebat occidere dicit[ur]: nõ q[uia] deꝰ
dator legis / v[e]l moyses mi[ni]ster legis hoc
faceret: sed impia carnalitas hoim q̃ nõ
ꝓmeruit vt haberet adiutricẽ gr[ati]am cũ
l[itte]ra. Que l[itte]ra ideo occidit: q[uia] auget cõcu-
piscẽtiã pc[c]ti dũ prohibet: natura est enĩ
nostre fragilitatis vt auidius ruat in ve
titũ: cumulat etiã peccatũ ꝑuaricatiõis
q[uo]d non erat ante legẽ datã. Littera q̃dẽ
sic occidit: s[ed] spũs. i. euãgeliũ cũ adiuto
re spũ datũ facit viuere ĩ iusticia. Cõmẽ-
dato euãgelio suo candẽ cõmẽdationẽ
refundit in se dicẽs. Et q[uia] minister sum
testamẽti existentis in spũ: merito spũa-
lis admistrationis habebo gloriã. Vere
ministratio spũs erit mihi in gloria: quia
ministratio mortis fuit moysi in gloria.
Hoc ita ait. Q[uod] si ministratio mortis. i.

veteris legis que ꝛ cõcupiscẽtia maiore
et noua preuaricatione mortẽ inferebat
Si inqꝫ ministratio hec mortis litteris
tm̃ formata nõ adiutorio spũs proficua
facta:formata dico in lapidibus. In ta=
bulis eni lapideis lex moysi data fuit: vt
significaret lapidea corda iudeoꝝ. Si i=
qꝫ hec ministratio fuit moysi valẽs in ha
bẽda gl'ia:ita dico in gloria vt filij israel
non possent intẽdere in faciẽ moysi pro=
pter gloriã vultus eius: que gloria eua=
cuat̃. Hanc eni gloriã vultus scimꝰ cito
elapsam a moyse. Si inqꝫ mĩstratio mor
tis fuit moysi in tãta gl'ia: quõ ministra=
tio spũs.i. euãgelij cum quo per manus
meas spũs sanctus administrat̃:quomo
do hoc nõ erit mihi magis valens in ha=
bẽda gloria q̃ꝫ moysi? Non hoc dicit vt
se merito preferat moysi: sed sola digni=
tate ministerij. Per manꝰ eni moysi pre
cepta sola dabant̃ nulla gratia:sꝫ a pau=
lo ꝛ precepta: et per impositionẽ manus
eius gratia spũs sancti adiuuãs : vt que
precipiebãtur posset homo operari. Qz
ait in faciẽ moysi non posse intẽdere iu=
deos: signũ erat ꝙ spiritualẽ intellectũ
legis capere non poterant:quẽ facies.i.
intellectꝰ moysi lucide cognoscebat. Ite
rum ꝙ gloria vultus eiꝰ euacuata est:si=
gnificauit illa que ministrabat tempora
lia esse non permanentia: pro quibus tẽ
poralẽ habebat gloriam. Vere ministra=
tio spiritus erit mihi ĩ gloria:nam ad mi=
nistrare spiritũ est administrare iusticiã.
Ministeriũ autẽ iusticie est valens in ha
bẽda gloria. Nam si ministratio damna=
tionis.i. veteris legis que ꝛ peccatum ꝛ
preuaricationẽ peccati fecit. Si inqꝫ hec
ministratio moysi est in gloria:multo ma
gis ministerium.i. administratio iusticie
abundat mihi in gloria. Abundat ideo:
quia gloria mea permanens: illa transi=
toria . Ubi supra ait. Ministratio mor=
tis mortẽ peccatũ intelligit. Hic autẽ ꝑ
dãnationem penã peccati accipit. Vere
ministratio mea abundat in gloria mul=
to magis: nam nec glorificatũ est.i. non
debet dici glorificatũ hoc qđ claruit in
hac parte.i. in facie moysi propter excel
lentem gloriã.i. ad comparationẽ glorie
mee excellentioris. Uel ita. Non debet
dici glorificatũ illud qđ claruit in moy=
se in hac parte.i. respectu huius mee par
tis:propter excellentẽ gloriam que par=
tim mee est ꝛ nõ partim moysi. Uere glo
ria mea superexcellens est/nam mea per
manet:illa autem transit. Et vere illud
qđ manet est in gloria mihi:si vetꝰ testa=
mẽtum qđ euacuat̃ moysi est:per gloriã
idem valet qđ in gl'ia:multo magis euã=
gelium meũ quod permanet est mihi suf=
ficiens in habenda gloria. ¶ Notandũ
est ꝙ prius ait se ministrare spiritũ : per
spiritũ vero iusticiam:deinde qđ perma
net. Moyses vero ministrauit litterã cõ
tra spiritũ: damnationẽ cõtra iusticiam.
Hoc qđ euacuatur cõtra hoc qđ perma
net. Et sicut dãnatio effectus est pecca=
ti:sic iusticia effectus spiritus. Hucusqꝫ
ministeriũ suũ ministerio veteris legis
pretulit: vbiqꝫ deprimens pseudo qui ve
terem legem reducebant. Si enim moy=
ses minister mortis est ꝛ dãnatiõis:quã=
to magis hij qui tanta indignitate infe=
riores sunt moyse? Quia excellentẽ glo=
riam expectamus: igitur nos habentes
talẽ spem (scilicet ꝑmanẽtis glorie) vti=
mur multa fiducia:non reprimẽtes ver=
bum dei formidine cuiuscunqꝫ difficul=
tatis. Utimur quidem fiducia:ꝛ non fa=
cimus sicut moyses qui ponebat velamẽ
super faciem suam: ideo vt non intende=
rent filij israel in faciẽ eius:qđ velamen
modo per euãgeliũ nostrum euacuatur
In euãgelio enim aperitur quicquid in
figuris veterꝭ legis claudebat̃. Diceret
ille. Quare dicis velamen legis euacua
tũ:que sicut prius ita ꝛ nũc obscuratur?
Cõtra hoc paulus. Euacuatũ est quidẽ
velamen legis: sed sensus impiorũ pec=
cato infidelitatis sũt obtusi. Et vere ob=
tusi: nam a tẽpore date legis vsqꝫ in ho=
diernũ diem meũ id velamen ipsum qua
le prius erat manet in lectione veteris te
stamenti non reuelatum. Cum enim infi
delibus exponũtur figure veterꝭ legis/
infidelitas claudit corda eorum:ꝛ sic ve
lamen legis non est illis reuelatum. Nõ
quia euangelium nostrum hoc velamen
tum non auferat:sed quoniam non acce=
dũt ad christũ: in quo xp̃o.i. in fide cuiꝰ
euacuat̃ hoc velamen. Uelamẽ quidem
est in veteri testamẽto:non ideo quin ve=
tus testamentũ ꝑ euãgeliũ apertũ sit:sed
qꝛ vsqꝫ in hodiernũ diẽ/cũ legit̃ et expo
nit̃ eis moyses: velamẽ ĩfidelitatꝭ ẽ posi
tũ supra ĩpenitẽs corꝫ eoꝝ qđ velamẽ eua
cuatũ est in xp̃o ad quẽ ꝯuerti nolũt. Et

q̄ ita dicendū ſit / ſequens littera innuit. Uelamen ſupra cor eorum: q2 non acce‑dunt ad chriſtū: ſed cum cōuerſi fuerint ad dominū / ablato prius velamine cor‑dis ex quo animū penitendi habuerūt. Auferetur deinde velamē intelligētie / ⁊ aperte cognoſcent myſteria legis. Uere quia cōuertent̄ ad dominū: auferetur velamen. Nā dñs eſt ſpūs: vbi autē ſpi‑ritus eſt domini .i. ſpiritus dñs intrāſiti‑

Deꝰ dat ſeipſum — ue dictū. Uel ſpūs dñi trāſitiue: deꝰ eni ſeipſū dat. Ubi autē eſt ſpiritus domi‑ni: ibi remoto velamine eſt libertas itel‑ligentie. Ergo ſi dominꝰ eſt ſpūs / ſpiritꝰ autē aufert velamē / q2 eſt libertas: igit̄ cōuerſis ad dominū auferetur velamē.

Libertas eſt vbi ē ſpiritus domini — Ubi eſt ſpiritꝰ dñi / ibi eſt libertas. Nos vero habemꝰ ſpiritū dñi. Habemꝰ vtiq̄ Nā nos diſcipuli chriſti reuelata facie .i. illuminata mente / ſpeculātes de alto virtutū in quo poſiti ſumꝰ. Uel ſpeculā‑tes .i. p ſpeculū nōdū perfecte intuētes. Uel hoc vel illo modo ſpeculantes glo‑riam domini .i. eſſentiam deitatis: tranſ‑formamur in eandē imaginem: q2 q̄ ſub‑tiliter chriſtus ſcripturas intelligit: idē per ſpiritū nos docuit. Transformabi‑mur plenꝰ reſumendo impaſſibilitatem eandē / et imortalitatē. Trāſformamur dico a claritate virtutis / eūdo in maiorē claritatē. Uel a claritate fidei ⁊ ſpei que nūc eſt tranſlati in claritatē rei: vt videa‑mus deū ſicuti eſt. Trāſformamur inq̄ a claritate in claritatē tāq̄ a ſpū domini .i. q̄ dignius et q̄ egregie ſpūs dñi va‑let hoc efficere.

Capitulum .iiij.

Ideo habentes hāc adminiſtrationē iu‑xta quod miam † cōſecuti ſumus nō

† Ar. h3 dei — deficimus: ſed ab‑dicamꝰ occulta de‑decoris: nō ambulātes in aſtutia: neq̄ adulterantes verbū dei: ſed in manifeſtatione veritatis cōmēdan‑tes noſmetipſos ad omnē cōſcien‑tiam hominum coram deo. Qꝫ ſi etiā opertū eſt euangeliū noſtrū: in his qui pereūt eſt opertū: in quibꝰ deus huius ſeculi excecauit men‑tes infideliū: vt nō fulgeat illumi‑natio euangelij glorie chriſti: q̄ eſt imago dei †. Nō eni noſmetipſos — † Ar. h3 inuiſibilis. predicamus: ſed ieſum chriſtū do‑minū noſtrū. Nos autē ſeruos ve‑ſtros per ieſum: quoniā deꝰ q̄ dixit de tenebris lumē ſplēdeſcere: ipſe illuxit i cordibꝰ noſtris ad illumiā‑tionē ſciētie claritatis dei in facie ieſu chriſti. Habemꝰ autē theſaurꝫ iſtum in vaſis fictilibꝰ: vt ſublimi‑tas ſit virtutis dei: ⁊ nō ex nobis. In oībus tribulationē patimur: ſꝫ nō anguſtiamur. Aporiamur: ſed nō deſtituimur. Perſecutionē pa‑timur: ſꝫ nō dereliquimur. Humi‑liamur: ſed nō cōfundimur. Deij‑cimur: ſed nō perimꝰ. Semp mor‑tificationē ieſu chriſti i corpore no‑ſtro circūferentes: vt et vita ieſu in corporibꝰ noſtris manifeſtet̄. Sē‑per eni nos q̄ viuimus i mortē tra‑dimur ꝑpter ieſum: vt et vita ieſu manifeſtet̄ in carne noſtra mortali. Ergo mors in nobis opatur: vita autē in vobis. Habentes autē eun‑dem ſpiritū fidei ſicut ſcriptum eſt. Credidi ꝑpt̄ qđ locutꝰ ſum: ⁊ nos — Ps. cxv. credimꝰ ꝑpter qđ ⁊ loquimur: ſciē‑tes q̄m qui ſuſcitauit ieſum: ⁊ nos cū ieſu ſuſcitabit ⁊ cōſtituet vobiſ‑cū. Omnia eni propter vos: vt gra‑tia abundās p multos in gratiarū actione abūdet in gloriā dei. Pro‑pter qđ non deficimus: ſed licet is qui foris eſt noſter homo corrūpa‑tur: tñ is q̄ intus ē / renouat̄ de die in diē. Id eni qđ in preſenti eſt mo‑mentaneū et leue tribulationis no‑ſtre: ſupra modū i ſublimitate eter‑nū glorie pondus operat̄ i nobis: nō cōtemplantibus nobis que vi‑

dētur: sed que non videntur. Que enim vidētur temporalia sunt: que autem nō videntur / eterna sunt.

¶ Expositio cap.iiij.

Et ideo quia speculamur gloriam domini / eundo a claritate in claritatem. Nos ꝓpterea habētes hāc mīstrationē euāgelij / nō ꝓpter meritū nostrū nobis traditam: sed iuxta ꝙ cōsecuti sumus misericordiā a deo. Nō deficimus in hac administratiōe / quecūqꝫ aduersa se nobis ingerant: sed abdicamus nō solū aperta sed etiā occulta dedecoris .i. peccati hominem dedecorantis. Nos dico nō ambulātes in astutia extorquende pecunie vt pseudo a subditis: neqꝫ adulterantes verbum dei vt pseudo: sed predicando in manifestatione pure veritatis: nō enī vt illi curamus apposite loqui ad ꝑsuadendum / sed cōmendantes puritate sermonis ⁊ vite nosmetipsos / nō ad oculū vt illi: sed ad omnem cōscientiā hominū. Licet enī verbo nos insequanꝰ / tñ apud se laudant puritatē nostrā. Cōmēdātes dico corā deo .i. bñplacito dei: cui placere pseudo parum aut nihil curāt. Uel ita. Et ita sit de nobis hoc dico coram deo / vt ipse nobis testis sit: qui solus occulta nostra nouit. ¶ Qr dixit ibi in manifestatiōe veritatis: obijceret ille ꝗbusdam occultatum esse euangeliū. Contra quod ait. Utiqꝫ nos euangelizamus in manifestatione: quod etiā si opertum est euangeliū nostrū: scitote ꝙ opertum est in his .i. in peccato eorum qui per infidelitatē pereunt: in quibus pereuntibꝰ excecauit mentes eorū: quia adhuc infidelium deꝰ huius seculi .i. diabolus ꝗ his qui de mundo sunt dominaꝰ. Iuxta illd Prīceps mūdi huiꝰ eicieꝰ. Uel dicamꝰ Deꝰ huiꝰ seculi .i. qui nō tantū celestia / sed etiam terrena gubernat. Fuit enī error quorundā deū celestia gubernare tātum: terrena solo casu fortune voluere. Uel ita deus huiꝰ seculi. Homines enī de mūdo diuersos sibi deos faciūt. Hic auariciā colit / ille voluptatem: ⁊ ab huiusmodi deo excecantur. Excecauit ita vt illuminatio euangelij .i. illuminatum euangeliū nō fulgeat / sed opertum sit il-

Johan. xij.c.

Deꝰ celestia et terrena gubnat

lis. Euāgelij dico glorie christi .i. in quo christus gloriosus approbatur: qui christus est imago dei .i. representans nobis deū. Non sic imago vt filius alius sit a patre in substantia / sed ideo imago: qr ꝗ videt filium videt et patrē / imago dei inuisibilis: ⁊ quia deus in natura deitatis inuisibilis: idō oportuit vt ꝑ christū fieret visibile qđ in natura sua est inuisibile. Uere euāgelizamus gloriam christi. Nā nō predicamꝰ nosmetipsos. Uel ibi supra iungiꝰ. Uere non ambulamus in astutia vt pseudo. Nā nō predicamus .i. predicando cōmendamus nosmetipsos .i. hoc quod ex nobis ipsis est: sed predicamꝰ iesum christū dominū nostrū. Nos autem predicamus seruos / non solū iesu: sed etiam vestros: per iesum .i. vt charitatem iesu in vobis edificemꝰ. Et merito per iesum: quoniā deꝰ illuxit in cordibus nostris / aperiēs nobis mysteria sua: vt docti simus euangelizare vobis Illuxit deꝰ qui dixit .i. qui solo dicto fecit splendescere lucē de tenebris. Cū enī in principio massa totius creature tenebrosa esset / nulla formarum varietate distincta dixit: fiat lux / ⁊ in hoc dicto tenebras expulit / et fecit lucere illā massam que in vnum cōfusa erat / discernēdo ꝑ varias formas. Hic inqꝫ deus illuxit in cordibus nostris / ad illuminationē sciētie .i. vt nos illuminaret de sciētia claritatis dei .i. diuine essentie: de qua nos illuminare non potuit nisi in facie .i. in cognitione ⁊ fide christi iesu. Nisi enī christus se nobis visibilem ostenderet in quo tota deitas: nequaꝙ sciētiam claritatis dei intelligere sufficeremus. Cōmēdauit se satis ꝭm spiritum: nūc se multum vilificat ꝭm corpꝰ: ⁊ per hāc vilificationem cōmendans euāgeliū sibi traditū: Nisi enī gloriam euangelij sui mirabilem intelligeret: nequaꝙ pro eo tot ⁊ tāta pati vellet. Illuminauit nos deus de scientia diuine claritatis: que licet adeo digna sit: tamen istum thesaurū claritatis dei habemꝰ nos in vasis fictilibꝰ .i. in corporibus nostris. Thesaurū bene vocat. Thesaurꝰ enī est qđ diligitur ⁊ erogatur. Uasa spiritus vocat corpora: qr spiritus nihil operaretur nisi per administrationem membrorum. Manu enim porrigimus pauperi: et sic in ceteris. Si

Christꝰ dr ymago dei.

Gen.j.a

Corpa hūana sunt vasa fictilia.

In hoc enim vno quomodo de futuro facturi sitis intelligo. Nunc de collectis de quibus i prima epistola cōpendiose dixerat diffusius admonet: suadens eis et exemplo aliarum ecclesiarum et multis inductionibus. Littera superius iungitur. Cum venissemus in macedoniā, caro nostra non habuit requiem: sed licet i primis requiem non haberemus: tamen deus in ecclesijs macedonie dedit pacē et gratiam. Et sic ait. Notam facimus vobis fratres gratiam dei que data est i ecclesijs macedonie. Gratiā dei digno nomine vocat elemosinas: intelligens maiorem esse gratiam dei ministrandi pauperibus q̄ sint genera linguarum: et quedam alie gratie. De hac gratia facio vobis notum q̄ in multo experimento tribulationis. Multas enim et acres tribulationes experte sūt ecclesie macedonū. In multo inq̄ experimento tribulationis fuit abundantia gaudij ipsorū: id est abunde gauisi sunt: quia pro christo contumeliam pati digni habiti sunt: et paupertas ipsorum. Infideles enim pauperabant fideles. Paupertas inq̄ ipsorū altissima. i. maxima. Vel altissima. i. dignissima. Paupertas inq̄ abundauit: q2 quāto plus defuerunt: tanto pauperiores effecti sunt. Abūdauit dico in diuitias eorum: quia licet pauperes essent in habēdo: diuites tamē erant in administrādo elemosinam. In diuitias dico simplicitatis eorum. In simplicitate enim dabāt: non putantes se propterea liberius posse peccare. Abūdauit vtiq̄ in diuitias: quia fuerunt voluntarij secundum virtutem, et supra virtutem. Secundum virtutem dare ē que sibi necessaria sunt primum retinere Deinde q̄d superabundat in paupes erogare. Supra virtutem dare est: nihil sibi penitus reseruare. Supra virtutē dare qd est. Et q̄d secundum virtutem et supra virtutem voluntarij fuerunt: inde reddo illis testimonium: nec coacti a nobis: sed obsecrantes nos. i. per quecunq̄ sacra adiurātes cum multa exhortatione dicentes. Ne sollicitus sis de nobis: quia laboriosi sumus: et de labore nostro (etiā si nihil nobis residuū sit) bene sustentabimur. Obsecrātes vtiq̄ nos accipere gratiam. i. elemosinas ab ipsis et cōmunicationem. i. res suas: quas omnibus communicare intendebant. Communicationem dico ministerij: id est admini-

strationis: qđ ministerium sit deferēdū in sctōs q̄ erant hierosolimis. ¶ Hic notandum quia de abundantia nostra pri⁹ sustentandi sunt sancti. De eo autem qđ residuum fuerit quicunq̧ egentes. Obsecrauerunt vtiq̧ nos: et non fecerunt sicut sperauimus: id est non hoc animo vt vitia eorum inulta pateremur: sed p̄mū dederunt semetipsos deo emendātes vitia. Deinde dederunt se nobis sumptus offerendo fratribus: et hoc per voluntatē dei. Hoc eni vult de⁹ pri⁹ seipsum: postea sua deuouere: ita dederunt vt rogaremus titum. vt quemadmodum bñ cepit: ita etiam perficiat in vobis alias gratias / et etiam istam gratiam exemplo ecclesiarum macedonie. Non solum rogauim⁹ titū vt hanc gratiā perficeret in vobis: sed etiam vt per eum abūdetis i hac gratia. Perficere ad titū. Abūdare pertinet ad corinthios. Uel ita. Non tantū rogauimus titum perficere hoc ī vobis: sed etiam egoipse rogo vos: vt sicut abūdatis in oīnibus gratijs: scilicet in fide: sanam enim fidem / et bonis operib⁹ abūdantem habetis. Abūdatis etiam i sermone et scientia: quia expeditum sermonem ad exhortandum habetis: et scientiam ad intelligendum. Abundatis etiā in omni sollicitudine. Omni enim studio solliciti estis: vt melius et melius operemini. Abundatis i charitate. i. i dilectione vestra extensa in vos: sicut in his gratijs: sic rogo vt etiam i hac gratia elemosinarū abundetis. Et hoc non dico quasi imperans. i. non de hac re preceptū cōstituo: ne si forte non obtemperaretis imperio: rei essetis inobedientie. Nō vtiq̧ ex imperio dico: sȝ dico hoc comprobās ingenium: id est rationem cum voluntate. Debetis enim rationabiliter pensare quid detis: scilicet temporalia. Et q̄d p̄ his recepturi sitis: scilicet eterna: et cū ratione debet esse volūtas libentissime dandi. Comprobans inq̄ bonum ingenium etiam vestre charitatis per sollicitudinem aliorū. i. per boc q̄ solliciti estis supplere inopiam indigētium fratrum. Uel comprobās charitatem vestrā per sollicitudinem aliorum. i. per hoc q̄ titū et alios discipulos de vobis facio sollicitos. Et vtiq̧ debetis abundare i hac gratia: nam vos scitis gratiam domini nostri iesu christi: quoniam: id est q̄ cum esset diues: id est deus in diuitijs omnipotētie sue / qui eternus erat: p̄pter nos saluādos factus est in tempore. Nec diues fieri voluit: sed factus est egenus. i. in omni egestate carnis viuens preter egestatem iusticie. Ideo fact⁹ est egen⁹ vt inopia: id est merito inopie illius vos essetis diuites iusticie. Et i h̄ q̄ benignitatem domini iesu circa vos exhibitam vobis recordor. In hoc vtiq̧ do vobis cōsilium salutis. Et bene dico consiliū: Hoc enim (scilicet abundare in elemosina) vtile est vobis: qui nō solum cepistis facere: sed etiam īcepistis velle a priore anno. ¶ Nota q̄ pri⁹ facere: postea augmentat velle: facere enim non sufficit nisi ex voluntate: sed velle sufficit: licet nō sit copia faciendi. Cepistis oli velle: nūc vero perficite id voluntate et facto: ita vt quemadmodum prōptus est animus: id est discretio volūtatis (qđ supra vocauit bonum ingenium) ita sit promptus anim⁹ perficiendi. Et licet ita suadeam: perficiendi tamen dico ex eo. i. s̄m h̄ qđ habetis: et ministrare fratribus ferre potestis. Ideo dico ex eo qđ habetis: quia si voluntas vestra prompta est ad dandū s̄m id qđ habet: in hoc vtiq̧ accepta est deo / non solum in eo si dederit s̄m id qđ non habet. Qđ ait s̄m id qđ habet et qđ non habet: idem est qđ ait superi⁹ s̄m virtutem et supra virtutem. Qui enim necessaria sibi reseruat: ⁊ ea que superabūdāt erogat: hic s̄m qđ habȝ dicitur dare: qui vero nihil sibi retinet: sed omnibus erogatis nudus nudam crucem sequit̄: hic dat s̄m id qđ non habet. Sed quia hui⁹ perfectionis nō vidit eos capaces: hortatur ad id qđ leuius est. Opponeret aliquis. Cogis nos dare vt alijs de nostro ditescētibus: nos postea egeamus. Minime: sed s̄m qđ habetis et non s̄m id qđ nō habetis: ego enim non impero hoc: vt p̄ vr̄a data sit remissio alijs: ⁊ remissi torpescāt ocio: vobis autē idē sit tribulatio vñ illis remissio. Hoc q̄de nō ip̄ero: sȝ h̄ rogo: vt vr̄a abūdātia q̄ est i tp̄alib⁹ suppleat iopiā illoꝝ in p̄senti tp̄e: ⁊ h̄ fiat ex eq̄litate: nō vt illis tm̄ detis quātū vobis reseruabitis: sȝ tantum vnde equaliter vt vos securi sitis ab egestate. Idō abundātia vr̄a suppleat illorū iopiā: vt ēt abūdātia illoꝝ p̄fectoꝝ q̄ est i v̄tutib⁹ sit supplementū vr̄e iopie: q̄ si diuites estis fre

Opus bonū in volūtariū non laudat.

norũ: inopes estis celestiũ. Suppleat di=
co ita vt vicissim suppleti fiat equalitas
illis in eterno bono: vt quẽadmodũ san=
cti in hoc mũdo participãt fructibus la=
borãtiũ: sic in futuro hij qui modo mini
strant sanctis participent remuneratio=
nẽ eorũ. Nec ita dico. Fiat equalitas vt
tm̃ accipiãt imp̃fecti q̃tũ perfectiores /
sed in hoc equalitas. q̄ singuli singulos
nũmos accipiẽt. i. perfectã τ sufficientẽ
beatitudinẽ. Ideo eni statutũ fuit vt alij
hoim laborarẽt / alij orationi vacarent:
Ut oratores sustentarent̃ alioꝝ labore:
laboratores vero saluarent̃ eoꝝ or̃one.
Fiat dico equalitas sicut scriptũ ẽ figu=
ratiue de futura equalitate: qui multũ
habuit / non abũdauit sup̃ modice habẽ
tẽ: et qui modicũ habuit nõ minorauit. i.
non habuit minus eo qui multũ collegit
Glia celestis nõ ẽ oib⁹ eq̃lis — Qui eni multũ habet de gl̃ia celesti / nõ
sic abundat vt hic qui minus habet indi
geat: sed vtriqꜫ τ multũ τ modicũ haben
ti equalis est abũdantia: q̄ vtriqꜫ qd̃ sa=
tis est: licet tñ differentia sit illis in gl̃ia.
Hoc ad litterã scriptum est de mãna qd̃
colligebãt iudei: q̄ q̄ multũ collegerat /
licet ampli⁹ q̃ꝫ plenũ gomor nõ plus ha=
buit q̃ꝫ gomor: et qui min⁹ collegerat q̃ꝫ
gomor nõ min⁹ habuit q̃ꝫ plenũ gomor.
¶ Dixi superius q̄ rogaui titũ. De hoc
autẽ gr̃as ago deo qui dedit in corde ti=
ti eãdẽ sollicitudinẽ ꝓ vobis quã τ i cor
de meo. Eãdẽ bene dico: qm̃ ipse quidẽ
bene suscepit exhortationẽ pro vobis fa
ctam: sed τ si benigne suscepit / tñ ꝓfect⁹
est ad vos cum esset sollicitior de vobis
sua volũtate q̃ꝫ mea exhortatione. Mi=
simus etiã cũ illo tito fratrẽ nr̃m: laus
cuius est in euangelio. Hunc fratrẽ alij
dicũt lucã: alij barnabã. Si lucam / dici=
mus laus cui⁹ est in scribendo euãgelio
Si barnabã: ita laus cui⁹ est in predicã
do euãgelio p̃ oẽs ecclesias. Ois eni ec=
clesia laudat eũ. Nõ solũ autẽ laudat in
euãgelio: sed etiã ab ecclesijs ordinat⁹
est comes nostre p̃egrinationis. Hic ma
gis de barnaba videt̃ dicere: quẽ cũ pau
lo fratres q̄ erãt hierosolymis miserũt
in gẽtes ad p̃dicandũ spũ sancto dicẽte
Actuũ xiij. a. — illis. Segregate mihi barnabã et saulũ
in opus quo assumpsi eos. Peregrina=
tionis ideo dicit: cũ enim a iudea mittit̃
in gentes exit patriã: τ ad loca peregri=
na transit. Comes dico fact⁹ in hãc gra=
tiã elemosinarũ similiter p̃dicandã: que
gr̃a a nobis recipiẽtibus / a vobis mini=
strat̃ sctis qui sũt hierosolymis: de quo
gaudere debetis: q̄ ministrat̃ ad gloriã
dñi. Et vere deus in hac administratio=
ne glorificat̃: τ vt de gl̃ia dñi silcã: si non
esset aliud: ministrare deberetis ad com
plendã volũtatẽ nostrã / doctrina cuius
filij dei estis. Uolũtatẽ dico vtiqꜫ seq̄uẽ
dam: q̄ destinatã. i. in hoc velle ordina=
tam deo. Deus eni me sic velle disposuit
Misim⁹ titũ et cũ illo aliũ fratrẽ: deuitã
tes hoc / ne q̄s nos vituperet ĩ hac pleni
tudine elemosinarũ: q̄ a nobis ministrat̃
sanctis in hierosolymis. Ideo paul⁹ tot
idoneos testes mittebat ad accipiẽdas
collectas / ne si p̃ suspiciosam p̃sonã hoc
faceret: vituperarent eũ dicẽtes q̄ de co
pia elemosinarũ in suos vsus retineret.
Dico ne quis nos vituperet τ bene: nam
nos sic faciẽtes ꝓuidem⁹ bona / nõ solũ
corã deo: sed etiã corã oĩb⁹ hoibus. Ne=
mo eni aliq̄d vituperabile poterit suspi=
cari vbi tot idoneos testes viderit. In h̃
verbo pauli cõcipit̃: q̄ qui se talem exhi
bet vt de eo sinistra possit oriri suspitio:
etiã si nõ sit reus inde: peccat tñ dũ p̃ ne=
gligentiã suam minus prouide agẽs in
fratre suscitat culpã. Cũ tito autẽ τ cum
illo alio fratre misim⁹ etiã fratrẽ nostrũ
quẽ in multis ꝓbauimus / τ sepe sollicitũ
esse de vobis. Hunc fratrẽ nõ nominat:
sed credimus hunc esse apollo episcopũ
coꝝ: qui in prima ep̃l'a rogat⁹ a paulo no
luit ire: audiẽs illos adhuc icorrectos:
sed nũc audito per titũ q̄ essent correcti
reuertit̃ ad illos. Dico cum fuisse sollici
tũ: sed sciatis nunc multo sollicitiorẽ es=
se de vestra salute: cõfidẽtia multa habi
ta in vobis: siue pro tito qui cõmẽdauit
correctionẽ vestrã sibi / siue ꝓ his q̄ sunt
fratres nostri. i. et ꝓ tito τ pro his. Pro
tito dico qui est socius meus in oĩbus: τ
maxime adiutor in vobis / τ pro his qui
sunt fratres nostri ap̃l'i. i. legati ecclesia=
rum gl̃ie xp̃i. i. ad predicandã gloriã xp̃i
Et q̄ tam ꝓbatas personas ad vos misi
mus: ergo ostẽdite in illos charitatem
vestrã: et (vt plus dicã) ostẽdite in illos
ostensionẽ que ostensio est charitatis ve
stre. Si enim vos igratos exhibueritis:
palam erit vos ex timore q̄ in peccatis
eratis: τ non ex charitate ministrasse tito
et alijs: sed benignitas vestra nunc ad

istos exbibita erit ostensio vestre charitatis:q₂ approbabit vos ex charitate fecisse quod prius fecistis. Ostendite etiā ostensionē nostre glorie habite apud illos pro vobis/multū eni gloriatus sum et promisi q̄ honorifice eos suscipietis. Ostendite dico in facie ceterarum ecclesiarū/vt vos sitis facies ꝛ forma:quorū similitudini imprimant alie ecclesie.

Capitulum.ix.

Nam de ministerio qd̄ fit in sanctos ex abundanti est mihi scribē vobis. Scio enim promptū animū vestrū pro quo de vobis glorior apd̄ macedones: quoniam ꝛ achaia parata est ab anno preterito:et vestra emulatio prouocauit plurimos. Misimus autem fratres: vt ne qd̄ gloriamur de vobis euacuet in hac parte:vt quē admodū dixi parati sitis:ne cū venerint macedones mecū:ꝛ inuenerint vos imparatos/erubescam⁹
†Al. dicam. nos:vt nō dicamus† vos i hac substantia. Necessariū ergo existimaui rogare fratres vt preueniant ad vos:ꝛ preparēt repromissam bene-
†Al. hȝ sic. dictionē hanc paratam esse:quasi† benedictionē: non quasi auariciā.
De pe. ꝛ re. cū ex co. Hoc autē dico. Qui parce semiat: parce ꝛ metet. Et qui seminat i benedictionib⁹:de benedictionib⁹ et metet. Unusquisq₃ put destinauit in corde suo: non ex tristicia aut ex necessitate. Hylarē eni datorē diligit deus. Potens est autē de⁹ omnem gratiā abundare facere in vobis:vt in oībus semper omnē sufficientiā habētes/abūdetis in omne
Ps. cxj. opus bonum:sicut scriptū est. Dispersit dedit pauperib⁹:iusticia ei⁹ manet in seculū sclī. Qui autē administrat semen seminanti:ꝛ panē ad māducandū prestabit. Et multiplicabit semen vestrū:et augebit incrementa frugū iusticie vestre:vt in oīb⁹ locupletati abūdetis in omnem simplicitatē:que operatur per nos gratiarū actionē deo. Qm̄ ministeriū hui⁹ officij non solum supplet ea que desunt sanctis:sed etiā abūdat per multas grāꝝ actiones in dn̄o per ꝓbationē ministerij huius: glorificantes deū in obedientia cōfessionis vestre in euangelio xp̄i et simplicitate cōmunicatiōis vestre in illos ꝛ in oēs:et in ipsorū obsecratiōe ꝓ vobis: desiderantiū vos ꝓpter eminētem gratiā dei in vobis. Gratias ago deo/ super inenarrabili dono eius.

Expositio capituli.ix.

Ut charitatem vestram in illos ostēdatis admoneo. Nam scribere vobis de ministerio.i. de collectis illis q̄ ministeriū sit trāsferendū in sanctos. De hoc inq̄₃ scribere est mihi ex abundanti.i.supfluū iudicaui. Propterea ex abundāti/q₂ scio animū vestrū promptū esse ad ministrandū:pro quo sc₃ q₂ parati estis glorior de vobis ita in charitate diffusis apud macedonas/dicēs. Qm̄ nō solū corinthus: sed etiā tota achaia sub corintho parata est ministrare sanctis ab anno preterito et sic vestra emulatio.i. imitatio prouocauit plurimos ad idē faciēdum. Uidēdū est quāta subtilitate paulus in primis exemplo macedonū inducat corinthios:nunc econuerso macedonas exemplo corinthiorū. Et licet animus vester prōptus sit/tn̄ misim⁹ ad vos hos frēs: vt qd̄ gloriamur apd̄ alios de vobis ne euacuetur.i.non destruatur in hac parte .i.in parata administratione. Misimus inq̄₃ vt queādmodū in alia epistola dixi parati sitis:ne cum macedones mecū venerint ad vos:ꝛ inuenerint vos imparatos/erubescam⁹ nos in hac substātia.i. elemosina non preparata. Nos dico erubescamus vt nō dicamus qd̄ vos erube

scatis: qui vtiqꝫ si imparati estis: merito erubescetis. Elemosinam vocat substantiam: qꝛ per eam subsistimus in presenti Et qꝛ vos imparatos nolui: ergo existimaui necessariū rogare vos fratres: vt preueniant me ad vos: ꝛ preparent benedictionē elemosinarū: non parandā cum venero: sed esse paratā hanc benedictionē dico repromissam a vobis: videte ne in promisso infideles sitis. Preparēt dico benedictionē sic/ quasi benedictionē .i. largam donationē et non quasi auariciam. Si enim modicū dant magis auaricia iudicabitur ꝙ donum. Uolo vt ipsi preparēt: ego etiam propria voce hoc ipsum dico: ꝛ admoneo vt affluenter detis/ qꝛ qui parce seminat .i. qui auare elemosinā dat: metet quidē .i. remunerabitur sed parce. Seminare dicit elemosinam dare: qꝛ sicut ille qui seminat ad presens perdit qđ in futuro multiplicatū recipiat: sic qui dat elemosinam ad presēs perdit qđ cētuplicatū colliget in gloria. Qui seminat parce: metet parce: ꝛ qui seminat in benedictionibus .i. in affluētia dādi: hic vtiqꝫ metet de benedictionibꝰ: .i. de copiosis remuneratiōibꝰ. Et licet adeo affluēter dare suadeā: tamē vnusquisqꝫ tribuat ꝑut destinauit .i. sicut posuit i corde suo .i. ex arbitrio ꝓprie volūtatis. Non tribuēs ex tristicia .i. vt doleat se tribuere. Aut ex necessitate coacta volūtate tribuat. Posset enim coactus velle: tamē sine tristicia. Non inqꝫ ex necessitate: sed ex hylaritate. Hylarē enim datorē diligit deus/ qui hylaris hylare donum tribuit. Supponit causas quare hylariter dādum sit: tū quia tēporalibꝰ bonis preterea virtutibus in presenti: in futuro celesti glīa merito elemosine abūdabit dicens. Date in hylaritate: qꝛ potens est deus abundare facere in vobis omnē gratiā .i. et copiam temporaliū/ et virtutes/ ꝛ futurā gloriā: ita vt vos semper habentes omnē sufficientiā: ꝛ in omnibus .i. in singulis hijs gratijs. Habentes inqꝫ oēm et in oībus desiderio harū gratiarū abundetis in omne opus bonū vt elemosinā ꝛ copiose ꝛ hylariter. Iterum tam in vestitu ꝙ in victu sine omni querela tribuatꝭ. Abūdetis dico in hoc opus bonum sicut scriptum est i psalmo de elemosinario iusto. Dispersit .i. nō vni sed diuersis sua bona distribuit: nec iutē tione recipiē di. sed dedit/ nec eis qui nō egerent: sed pauperibꝰ: ꝛ ideo iusticia .i. meritum iusticie eius permanet in eternū. Opponeret aliquis. Malo mihi in futurum reseruare: ꝙ modo disperdere: ꝛ in tempore egestatis indigere. Contra hoc paulus exponens etiam quid supra intellexerit dicens omnem gratiam. Debetis vtiqꝫ abūdare in omē opus bonum: quia ille qui administrat semen seminanti .i. res temporales elemosinam danti: ille etiā prestabit panem in sequenti anno: non ad superfluitatē: sed ad mā ducandum. Multiplicabit etiam semen vestrum/ vt affluenter habeatis ad iterandas elemosinas. Ecce gratia in temporalibus. Augebit etiā merito elemosinarum frugem .i. meritū iusticie vestre in vobis habite sine aliqua distributiōe elemosinarū. Augebit inqꝫ incremētum frugum iusticie vestre: accrescere faciēs meritum priuate iusticie per meritū elemosine: ita augebit vt vos locupletati in omībus: ꝛ in multiplicatione seminis: ꝛ incremento iusticie abundetis merito in omnē simplicitatē .i. in perfectam ꝛ simplicem erogationē. Nunc iterum subdit plura bona de elemosinis prouenientia dicens. Que simplicitas operaꝭ per nos actionem gratiarū deo: quia de administratiōe vestra gratias agimus deo. Ecce vnū bonū: et merito gratias: quoniā ministeriū huius officij .i. ministratio vestre simplicitatis non solum supplet ea que desunt sanctis: sed etiam abūdat in dño .i. in gloria dñi actiōe gratiarum facta per multos. Abundat etiam per probationem ministerij huius: quia omnes approbant ꝛ magnificant huiusmodi ministrationē. Per multos dico glorificātes deum in obedientia confessionis vestre .i. in eo quia fidei cōfessionē fecistis in euāgelio christi cui creditis: et in obedientia quia fidē habentes confitemini et statim christo obedistis. Glorificātes etiam deū in simplicitate cōmunicationis .i. in eo ꝙ simpliciter que propria sūt communia facitis. Cōmunicationis dico facte in illos sanctos ꝛ in omēs. Glorificantes etiam in obsecratione ipsorū quibꝰ ministratis. Obsecratiōe dico facta pro vobis. Ipsorum dico desiderātium videre vos. Nō pro eo ꝙ temporalia sibi datis: sed propter gratiā dei quā

Elemosina substātia vocatur.

Seminare dī elemosinā dare.

Datorē hylarē diligit deus.

ps. cxi.

Elemosina plura bona faē.

scium eminentem esse in vobis. Et quia
tot bona de hac administratione ꝯsequū
tur:ideo gratias ago deo super.i.de do=
no eius qđ vobis cōtulit: scilicet gratiā
elemosinarū. Dono dico enarrabili.i.vt
omnibus enarretur in exemplū. Vel do
no inenarrabili: enarrari enim nequeūt
quot bona de hoc dono proueniunt.

Capitulum.x.

Ipse autē ego pau=
lus obsecro vos ꝑ
māsuetudinē et mo
destiam christi: qui
in facie quidem hu
milis sum iter vos:
absens autē confido in vobis. No
go autem vos ne presens audeam
per eam cōfidētiam qua existimor
audere in quosdam: qui arbitrātur
nos tanꝙ ꝭm carnem ambulemus
In carne enī ambulātes: nō tñ ꝭm
carnē militamus. Nam arma mili
cie nostre non carnalia sunt:sed po=
tentia deo ad destructionem muni
tionū consilia destruentes:⁊ omnē
altitudinem extollentem se aduer=
xxiij.q. iij.de ex cōicatio nis. — sus scientiam dei: et in captiuitatē
redigentes omnē intellectū in ob=
sequiū christi: ⁊ in promptu haben
xxv.q. vj.scis matici. — tes vlcisci omnē inobedientiam: cū
impleta fuerit vestra obedientia.
De po stu.pla. ca.j.§. nos igit — Que ꝭm faciem sūt videte. Si q̃s
confidit christi se esse: hoc cogitet
iterum apud se:quia sicut ipse chri
sti est/ita et nos. Nam et si ampliꝰ
aliquid gloriatus fuero de potesta
te nostra quam dedit nobis dñs in
edificationem/⁊ non in destructio=
nem vestram:non erubescā. Vt au
tem nō existimer tanꝙ terrere vos
per epistolas: quoniā quidem epi=
stole inquiūt graues sunt ⁊ fortes:
presentia autem corporis infirma
et sermo contēptibilis: hoc cogitet
qui eiusmodi est:ꝗ quales sumus
verbo per epistolas absētes: tales
et presentes in facto. Non enim au
demus inserere aut cōparare nos
quibusdā qui seipsos cōmendant:
sed ipsi in nobis nosmetipsos mē=
tientes:⁊ comparantes nosmetip=
sos nobis. Nos autem non in im= Ephes. iiij.a.
mensum gloriabimur:sed ꝭm men
suram regule quā mēsus est nobis
deus mensuram pertingendi vsq;
ad vos. Non enim quasi nō pertin
gentes ad vos/superextendimus
nos. Vsq; ad vos enī peruenimus
in euangelio christi:non in immen
sum gloriātes in alienis laboribꝰ.
Spem autem habētes crescentis
fidei vestre in vobis magnificari
ꝭm regulam nostrā:in abundantia
etiā in illa que vltra vos sunt euan
gelizare:nō in aliena regula in his
que preparata sunt gloriari. Qui j.Cor. j.d.
autem gloriatur/in domino glorie Hiere. ix.g.
tur. Non enim qui seipsum cōmen
dat ille probatus est: sed quem de=
us commendat.

Expositio capituli.x.

Postꝙ de gratia elemosinarum
multiplici cōmendatione cor=
rectos sufficienter admonuit:
transit ad increpandum incor=
rectos qui adhuc pseudo preferebant si=
bi: quos pseudo plurimū hic deprimit:
auctoritatem suam multipliciter et ido=
nee commēdans. Nō vt per hoc querat
gloriam suam:sed hoc solum intēdit: vt
vilificatis pseudo corinthij nō vltra ad
hereant/sibiq; tam gloriose commenda=
to exinde gaudeant adherere. Littera
sic iungitur. Vos bene correctos de grā
elemosinaꝝ adhortor: vos autē incorre=
ctos ħ nō admoneo q̃s grē dei idignos
scio: sed obsecro.i.ꝑ q̃cūq; sacra adiuro
vos ipse ego paulus. Nota ꝙ ait ipse
ego. Dicebāt enī corithij ꝙ q̃diu paulꝰ

presens fuit illis humiliter satis: et non ad lesionem alicuius quicquā locutus fuit: timens fortassis: nunc vero absens imperiose minabatur eis: ac si potestatē imperialem haberet in eis. Propterea ait. Ego ipse paulus nūc īperiose agens: qui olim humiliter: obsecro vos per mansuetudinē et modestiā christi. Mansuetudinē dicit vbi gratis sine iudicio oia dimisit. Modestiā dicit: qz cū ageret iudicio: modeste iudicabat condiens equitatē misericordia. Per mansuetudinem vtiqz et modestiam christi obsecro vos ego paulus qui humilis quidem / et oia patiens estimor fuisse inter vos: qz humilitas quidem ſm qz opinamini in facie fuit: et nō in corde: simulabam enim extra humilitatē intus fouendo superbiā: dum pńs fui ſm vos humilis eram: sed modo absens cōfido .i. cōfidēter et imperiose ago in vobis: qđ quasi nō auderē in alijs ecclesijs. Non solum quasi postulans obsecro: sed quasi rem debitā exigens rogo: ne presens audeā .i. sic vos corrigere studeatis: ne cū presens fuero: audeā .i. ſm vos audacter presumā. Audeā dico in .i. cōtra quosdam adhuc icorrectos agere per eam cōfidentiā .i. tam confidenter et potestatiue: qua cōfidentia ex istimor a quibusdam absens per epistolā audere Cōtra quosdā dico: qui arbitrant tanqz nos ambulem⁹ ſm carnem. Ambularet paulus ſm carnem: si vel amore tēporalium que ab eis acciperet / parceret eisdem. Vel si male sibi cōsci⁹ timeret pati pro christo. Bene dixi tanqz: nos eni vere nō militamus ſm carnē. Miliciā vocat suam predicationē. Diceret aliquis Tu quidem aliquod singulare donū dei habes: quo ita possis egredi carnem: qđ donum quia nō habem⁹ / necesse est carnem sequi. Cōtra hoc ait. Nō militamus ſm carnē. Nos vtiqz ambulantes in carne: similiter eni vt vos onus carnis patimur: et tamen eam superamus. Vere nō militamus ſm carnē: nā arma milicie .i. predicationis: et omnis vite nostre nō sūt carnalia. Arma milicie vocat miracla: per que predicationē suā cōfirmabat. Arma dicit etiā virtutes: et quecūqz bona opera. Arma milicie nostre nō sūt carnalia: si enim carnem sequeremur: profecto armailla statim nos desererent: sed arma nostra sunt potentia deo .i. per deum / vel ad gloriam dei. Potētia sunt ad destructionē munitionū: vt facile per hec arma destruamus quaslibet munitissimas hereses / vel philosophicas ratiōes. Vere arma nostra sunt potentia destruere. Nā etiā in actu sumus destruentes: vbi act⁹ est / potētia abesse nequit. Littera tamē ibi iungitur. Non militam⁹ ſm carnem: nos dico destruētes cōsilia .i. exquisitas rationes. Destruentes etiā omnē altitudinē phisicalis scientie: extollentē se aduersus scientiā dei: vt illos qui per nature legem opponūt: nō potuisse virginem parere: mortuū resurgere: nec solum destruentes / sed etiā redigentes omnē intellectū cuiuscūqz infidelitatis in captiuitatem quia superatis īfidelib⁹ deponūt iugū diaboli: et captiuāt se sub iugo christi. Redigentes vtiqz in captiuitatē ducēdo eos in obsequiū christi: vt qui pri⁹ male obsequebāt diabolo / ammodo bene obsequātur christo. Et ait. Omnē intellectū / omnē altitudinē: nō qz singlos īfideles cōuerterit: sz qz de oī genere infidelitatis aliquos ad fidem traxit. Redigentes quidē in obsequiū christi: qz si aliqui sunt nolētes redigi: sumus habētes in prōptu vlcisci omnē inobedientiā .i. apostolica auctoritate omnē inobediētem dānare. In promptu hoc habet: qz nec consciētia mala eum reuocat: nec tēporali munere seducitur. Diceret aliqs Quandoquidē in prōptu habes vlcisci. Quare ergo nō vlciscer[is]? Vlciscar vtiqz non tamē modo: sed cum impleta fuerit vestra obedientia .i. cum separauero de medio malorū. Per patientiā expectationis eos qui de vobis obedituri sunt fideli ex voluntate. Diligenter intuenda est subtilis modestia pauli: qui vltionem reproborum differt: vidēs in hac sua expectatione electorum salutem. Si enim multos pateret reprobos: atqz hac causa reus esset: hos tamen benigne patiendo iudicat: ne cum lolio frumentum eradicaret. Et non ſm carnē militem⁹ probaui per hoc qz destruimus altitudinem mūdane scientie: et rebelles captiuam⁹ in obsequium christi: que rationes non adeo videntur singulis: sed modo videte et cognoscite idem: scilicet qz nō ambulamus ſm carnem. Videte inqz per ea que sunt ſm faciem / id est q sunt ſm corporalē visionem: et sine oī obstaculo

Mansuetudo et modestia differūt.

Ambulare ſcḋ carnem qd est.

Arma milicie vocat paulus miracla

Paul⁹ an oēs infideles cōuerterit.

videri possunt. Uel ita. Illos qui ꝑm faciem sunt.i.qui ī facie se bonos simulāt: intrinsecꝰ autem lupi sunt / illos modo videte. Si quis pseudo confidit nō deo sed sibi: presumptor enim est non electus si quis inq̄ꝫ confidit sibi se esse christi / id est ꝙ ipse sit apostolus christi / nō hoc solum / sed hoc iterum similiter cogitet. nec inaniter sed apud se subtiliter discutiens: qꝛ sicut et ipse christi est discipulꝰ ita ⁊ nos sumus. Uere sicut ipse est christi / ita et nos. Nam nos sumus ita amplius eo. Et sic ait. Si aliquid ampliꝰ fuero gloriatus de potestate nostra qua incorrectos ab ecclesia separare possum ⁊ de ceteris apostolice potestatꝭ: quā potestatem dedit mihi dñs / sed vobis pseudo nō dedit: vtiq̄ꝫ mihi dedit in edificationē vestrā.i.vt vos in fide et virtutibꝰ edificarē: ⁊ nō dedit in destructionē vestrā sicut male opinant̄ quidā / scꝫ me destructorem ecclesie: si inq̄ꝫ amplius gloriatus fuero nō erubescā inde: quia gloria mea ꝟe maior ē. ¶ Opponeret aliq̄s Cum debeas edificare ⁊ non destruere: noli impatienter nos cogere: ne forte potius destruas q̄ꝫ edifices. Contra h̄ paulus. Licet mihi opponatis ꝙ cū debeam edificare destruā: tamen scitote qꝛ quales sumus per epistolas absentes: tales erimus presentes in facto: et hoc ideo vt non existimer tanq̄ꝫ terrere vos absens per epistolas. Tanq̄ꝫ terrere bene dicit: qꝛ si minaret̄ absens quod implere formidaret presens: hoc vtiq̄ꝫ nō esset terrere / sed tanq̄ꝫ terrere. Existimer ideo dico / quoniā quidē ipsi inquiunt. Epistole pauli graues sunt.i.ponderose et multe seueritatꝭ. Et fortes.i.fortitudinē ⁊ q̄dam imperiū minitantes / sed presentia corporis eius infirma est. Cōtra hoc q̄d ait fortes / et sermo presentie eiꝰ fuit cōtemptibilis.i.humilis satis ⁊ rudis: nūc autem grauis: vt inq̄ꝫ nō existimer tanq̄ꝫ terrere vos: hoc cogitet qui huiusmodi est.i.qui me dicit contemptibilem et infirmū. Cogitet inq̄ꝫ / qꝛ quales sumꝰ absentes: in ꝟbo per epistolas misso: tales erimus etiam presētes: nō solū in verbo sed etiam in facto: qꝛ q̄d per epistolā minamur / idē verbo ⁊ opere p̄sentes exercebimus. Uere quales sumus absentes verbo: tales presentes erimus in facto. Nō enim sumus de vestris pseudo qui se impudenter inserūt.i.ingerunt: nō missi a deo: nec certe audemꝰ nos inserere / vt (q̄d nobis cōmissum nō esset) vsurparemus illicite. Aut nō audemus inserti a deo nos cōparare quibusdam / id est pseudo qui non a deo commendati seipsos commendant: commendaticias epistolas hincinde deferentes: his non audemus nos cōparare vt mensurā officij nostri inexpletā negligamus. Quidam enī ex electiōe regulariter inserti / postea peruerse agendo peruersis se comparant. Non ausi sumus inserere nos: sed ipsi sumus metientes nosmetipsos in nobis: vt mēsuram a deo nobis traditā nō excedamꝰ: quod alienū est vsurpādo / vt illi qui se inserunt. Sumꝰ etiam nosmetipsos comparantes nobis: nihil iniūcti officij linquentes inexpletum. Comparātes nos nobis: nō subsistētes infra ꝓpositam metā. Et licet metiamur et comparemus nos nobis: tamen nos non gloriabimur in imēsum. Uel potest huc usq̄ꝫ cōstructio duci non supplēdo sumus ita Nos metiētes et cōparantes nos nobis non gloriabimur. Nos autē qui vtiq̄ꝫ digne possemus non gloriabimur in imensum / sed gloriabimur ꝑm mensurā regule qua me et subditos idonee regulaui. Tūc fortasse diceret aliquis hanc mensuram tibi vsurpasti. Contra q̄d paulus Quā mēsurā mēsus est nobis deꝰ: Iterum ille / sed non vsq̄ꝫ ad nos. Mēsuram vtiq̄ꝫ dico pertingendi vsq̄ꝫ ad vos. Et vere pertingimus vsq̄ꝫ ad vos. Nō enim superextendimus nos quasi qui nō simꝰ pertingentes ad vos ꝑm mensurā nobis a deo mensuratā. Uere nō supextēdimꝰ nos. Nā vsq̄ꝫ ad vos ex mensura dei peruenimus in euangelio christi predicando. Opponeret iterum: Ingressus es in alienū laborē. Cōtra hoc ait. Peruenimus ad vos non gloriantes in alienis laboribus / id est super alienum fundamētum non edificaui / non gloriantes dico: et nō in imēsum duplicāda est illa negatio: vere peruenimus vsq̄ꝫ ad vos. Nam etiam vltra vos / quod sic ait. Nō in imēsum gloriantes / sed habentes spem crescentis fidei vestre.i.per crescentem fidē vestram magnificari in vobis: viso enim fructu fidei vestre dicet̄. Magnꝰ est doctor et istitutor fidei huiꝰ. Magnificari dico ī vobis ꝑm regulā nostrā.i.ꝑm hoc

Mensurā nob datā excedere nō debemus.

q et omni equitate regula viuimus vitam vestrã magnificabimur in vobis. Spem etiam habentes euangelizare in illa loca que vltra vos sunt: et hoc in abũdãtia In multis enim locis euãgelizabo. Uel euãgelizare in abũdantia signorum et sermonis: et nõ habentes spem gloriari in aliena regula / id est in alieno regimine: scilicet in his locis que preparata / id est euãgelizata sunt ab alijs apostolis. Ego nolo gloriari i aliena regula. Similiter autem / quicunq; gloriatur videat vt glorietur in domino mensurante sibi: nec temere sibi vsurpet quod de⁹ alij mensurauit. Omnem vtiq; gloriantẽ oportet gloriari in mensura domini. Nõ enim ille q̃ seipsum cõmendat .i. qui se sine deo alteri⁹ ingerit regimini vt pseudo: ille vtiq; non est approbatus a deo: sed ille quem commendat / et cui propriã mẽsuram distribuit.

Gloriari oportet i mẽsura domini.

Capitulum .xj.

Vtinam sustineretis modicum quid insipientie mee: sed et supportate me. Emulor enim vos dei emulatione. Despõdi enim vos vni viro virginẽ castã exhibere christo. Timeo autẽ ne sicut serpens euam seduxit astutia sua: ita corrumpantur sensus vestri / et excidant a simplicitate q̃ est in christo iesu. Nã si is qui venit alium christum predicat quem non predicauimus: aut aliũ spiritum accipitis quẽ non accepistis / aut aliud euangeliũ quod nõ recepistis / recte pateremini. Existimo enim nihil me minus fecisse a magnis apostolis. Nã et si imperitus sermone / sed non sciẽtia. In omnibus autem manifestus sum vobis. Aut nunquid peccatum feci meipsum humilians: vt vos exaltemini? Quoniam gratis euangelium dei euãgelizaui vobis. Alias ecclesias expoliaui / accipiens stipẽdiũ ad ministeriũ vestrum: et cum essem apud vos et egerem: nulli onerosus fui. Nã qđ mihi deerat: suppleuerũt fratres qui venerunt a macedonia: et in omnibus sine onere me vobis seruaui et seruabo. Est veritas christi i me: quoniã hec gloria nõ infringetur in me in regionibus achaie. Quare? Quia nõ diligo vos? Deus scit. Quod autẽ facio et faciã: vt amputem occasionẽ eorũ qui volũt occasionem: vt in quo gloriantur inueniantur sicut et nos. Nam eiusmodi pseudo apostoli sunt operarij subdoli: trãsfigurãtes se in apostolos christi. Et non mirũ. Ipse enim sathanas trãsfigurat se in angelũ lucis. Non est ergo magnum: si ministri eius transfigurentur velut ministri iusticie: quorum finis erit secundum opera ipsorum. Iterum dico: ne quis putet me insipiẽtẽ esse. Alioquin velut insipientẽ accipite me: vt et ego modicũ quid glorier. Quod loquor: nõ loquor secundum deum / sed quasi in insipiẽtia: in hac substantia glorie. Quoniã multi gloriantur secundum carnẽ: et ego gloriabor. Libẽter enim suffertis insipiẽtes: cum sitis ipsi sapientes Sustinetis enim si quis vos in seruitutẽ redigit. Si quis deuorat. Si quis accipit. Si quis extollitur. Si quis in faciem vos cedit. Secundum ignobilitatẽ dico: quasi nos infirmi fuerimus in hac parte. In quo quis audet: in insipiẽtia dico audeo et ego. Hebrei sunt: et ego. Israelite sunt: et ego. Semen abrae sunt: et ego. Ministri christi sunt: et ego. Ut minus sapiens dico: plus ego. In la-

xxvij. di. ca. j. xxvij. q. j. nuptiarum. Sen. iij. a.

xxvj. q. j. c. epi. et ca. nec mirum. de regu. licet. Nec de. vel mo. ca. iij.

boribus plurimis. In carceribus abundātius. In plagis supra modum. In mortibus frequenter. A iudeis quinquies quadragenas vna minus accepi. Ter virgis cesus sū. Semel lapidat⁹ sum. Ter naufragium feci. Nocte et die in profundum maris fui. In itinerib⁹ sepe. Periculis fluminū. Periculis latronū. Pericul' ex genere: Pericul' ex gētib⁹. Periculis i ciuitate. Pericul' i solitudie. Periculis i mari. Pericul' in falsis fratrib⁹. In labore ꝛ erūna. In vigilijs mltis. In fame et siti. In ieiunijs multis. In frigore et nuditate: preter illa que extrinsecus sunt: instātia mea quotidiana: sollicitudo omniū ecclesiarum. Quis infirmatur: ꝛ ego nō ifirmor? Quis scādalizat: et ego nō vror? Si gloriari oportet: que infirmitatis mee sunt gloriabor. Deus ꝛ pater dñi nostri iesu christi scit qui est benedict⁹ in secula ꝙ nō mentior. Damasci prepositꝰ gentis arethe regis custodiebat ciuitatē damascenorū vt me cōprehenderet: ꝛ per fenestrā in sporta dimissus sum per murum: et sic effugi manus eius.

Actu. xviij.a. ij.thes. iij.b. Deut. xxviij.b. ij.q.vij. plerūꝙ xxiiij.q. j.quadigmis. Actu. ix.c.

Expositio Cap. xj.

O Utinam sustineretis modicū quid insipientie mee. Utinam diceret ꝙ gloriat' glorietur i domino: ꝛ sustineretis modicū ꝗd insipientie mee. i. patiēter ferretis aliquātulū mee gloriatiōis ꝗ ſm̄ reprobos insipientia dicitur: quod vtiꝙ verū concederē / si per hoc gloriam meam quererē: sed per cōmendationem meā hoc solū intelligo / vt vos ab errore pseudo doctorū retrahā: quare dicitur quidem insipiētia / sed nō est insipiētia. Dico quasi postulans vtinā sustineretis: nō hoc modo: sed etiā precipio supportate me: nō cōtradicētes imperio meo vt filij patrē / discipli doctorē. Vel vtiꝙ supportare debetis: ego enim emulor vos. i. feruenti motu animi diligo: et hoc emulatione. i. dilectione: nō mei vt vos mihi ascribere velim / sed emulatiōe dei: quia dei solius vos esse volo. Tractū est a similitudine ei⁹ ꝗ spōsam alterius diligit: nō sibi ipsi sed ad vtilitatē et honorē spōsi: sicut iohannes quādo spōsus ecclesie. i. christus esset putat⁹: dilexit ecclesiā / id est sponsam: non sibi / sed sponso christo dicens. Qui sponsam habet sponsus est: amicus autem sponsi stat et audit eū. Emulatio dicitur motus animi: siue ad iram: siue ad amorem. Uere emulatione dei emulor vos: ego enim despōdi vos. Hec despōsatio ecclesie incipiens a baptismo durat vsꝙ ad diē resurrectionis omnium: i quo ecclesia nuptui traditur spōso suo christo: recipienti tunc eam in amplexib⁹: quā a pricipio fidei subarrauit anulo spiritus sancti. Despondi vtiꝙ vos vni: ꝛ si vni / ergo non mihi. Et vni viro. i. qui vir legitimus: non sicut ille de ꝗ dictum est. Hic quem nūc habes: nō est tuus vir. Despondi vos vni viro exhibere / id est vt exhibeā vos illi vni viro christo virginē / id est incorruptos actu peccati. Uirginem dico castam. i. carentem estu: ꝙ nec voluntate consentiat iniquitati. Ego quidem volo vos exhibere christo: sed timeo ne sicut serpens astutia sua seduxit euā: ita sensus vestri seducti corrūpantur ab istis pseudo: et corrupti excidant a simplicitate fidei: que simplicitas est in christo iesu. Fides enim christi in simplicitate cōsistit: nō in versuta duplicitate infidelitatis. Ualde corinthios deprimit: dum eos cōparat eue: doctores vero eorū venenato serpenti. Timeo ne corrumpātur. Nec autem corrumpamini ab eis: non debetis eos pati. Nam si is / id est pseudo qui venit a se nō a deo Uel qui venit / id est qui venditur vobis Dicens predicationē suam optime vendicat: si is inꝗ predicat alium christum quem nos nō predicauim⁹ vobis. Aut si ab eo accipitis alium spiritum quem nō accepistis a nobis. Aut si ab eo recipitis aliud euangelium quod euangelium nō recepistis a nobis. Si hec inꝗ esset: tunc recte pateremini eum: sed quia alium christū nō predicat: spm̄ sanctum nō

Emulatio motꝰ animi dicit. Joh. iiij.c. Gen. iij.a.

tribuit quem a nobis accepistis: et aliud
euangeliū non predicat: ideo vobis pa-
tiendi non sunt. Eos vtiq pati nō debe
tis sed me: q2 (vt de illis sileā) existimo
me nihil minus fecisse: per qd minus se-
paratus sim a magnis aplis .i. a petro: et
ab illis qui videbant esse colūne: de quo
rum magisterio hij pseudo (falso tamē)
se mihi preferūt: q2 nec illorum discipu-
li sunt. Hic callide respondet eis q obij-
ciebāt ei / q q2 non esset apls non accipe-
ret sumptus de predicatiōe vt petrus et
alij. Nihil vtiq minus illis feci: nam et
si visus sim vobis imperitus sermone: q2
simpliciter locutus sum vobis: tamē scito
te q2 non sum imperitus scientia. Sed qd
hoc dico? vobis autē in oībus tam scien
tia q sermōe sum manifestatus in nullo
esse iperitus. Uere nihil minus magnis
aplis feci: q2 etiā plus illis. Et hoc latē
ter dicit quasi sub quadā minoritate sui
rediges hoc modo dicens. Aut nūquid
peccatū feci humilians meipsum subtra-
hendo mihi id qd ius predicationis exi
git: vt vos per meā humiliationē exalte
mini? Nisi ei me ita humiliarē nihil ac-
cipiēdo: malluissetis vbū dei respuere
q mihi ministrare. An inq peccaui quo
niā gratis .i. nihil accipiēdo a vobis euā
gelizaui vobis euāgeliū dei? Quererēt
illi. Unde ergo vixisti? ait. Ego quidem
expoliaui alias ecclesias: accipiēs ab il
lis stipēdium ad ministeriū vestrū .i. ad
administrādū vobis euāgeliū. Iterum
illi. Forsitā nullo idigebas. Et ille. Cū
essem apud vos et pro certo oibus egerē:
nulli tamen vestrū fui onerosus. Ubi ait
onerosus plurimum eos de auaricia ar-
guit. Iterū illi. vñ ergo supplebas ege-
statem? Bene ait paulus. Nam qd mihi
deerat fratres qui venerūt a macedonia
suppleuerunt: et ita in oibus tam vestimē
to q victu seruaui me vobis sine onere:
et similiter seruabo de cetero. Et in hoc
q me reuera sic seruabo / veritas christi
est in me. Quasi diceret. Per veritatem
christi sic me seruaturū assero. Ueritas
inq xpi est in me / de hoc quoniā .i. q hec
gloria / scz q sic me seruabo: nō infringe
tur in me hec gloria: non tm in corintho
sed nec in regionibus achaie. Iterū sic
agis: quia nobis inimicaris. Cōtra hoc
paulus. Non vtiq infringetur: sed qua-
re? Dicetis me ideo facere: q2 nō diligo

Paulus dicit se nō fuisse sciencia iperitū.

vos. Deus scit q2 vos diligo: sed qd facio
et faciā nihil scz accipiendo / hoc ideo fa
cio vt amputē occasionē eorum pseudo qui
a me volunt habere occasionē accipien-
di: q2 si ego acciperē / tūc et illi. Amputē
dico vt illi inueniantur sicut et nos nihil
accipientes: in quo tñ facere aliqd sicut
nos valde gloriant / licet nos persequā-
tur. Uel ita. Ut amputē occasionē pseu-
do qui volunt occasionem accipiendi in
quo gloriant .i. in accipiendo: non enim
querunt aliā gloriā nisi vt aliqui qui ele
ciant in eo inueniant sicut nos nihil ac-
cipiētes. Intuenda est subtilitas pauli.
Si eni paulus acciperet cōtinuo et illi:
postq autem de bonis eorum viuerent: au-
ctoritatem videretur habere predican-
di eis: q si ex auctoritate predicarent: pro
culdubio fidem eorū corrumperent: et in
hunc modū similitudo pauli nutrimētū
esset corruptionis corinthiorū. Diceret
aliquis. Tu dicis vt inueniantur sicut et
nos / possunt ne pseudo inueniri similes
nobis? Utiq ait paulus. Nam huiusmo-
di pseudo apli sunt subdoli operarij / in eo
q2 transfigurantes se in apostolos chri-
sti: accipiēdo si illi accipiant: abstinēdo
si illi abstineāt / et in ceteris. Et nō est mi
rū si in apostolos christi se transfigurāt:
q2 ipse sathanas caput eorum plerūq trās-
figuratur in angelū lucis: et q2 sathanas
transit in angelū lucis: ergo non est ma-
gnū admirandū si ministri eius sathane
.i. pseudo transfigurant facti velut mini
stri iusticie: finis quorum et ministrorum sa
thane et ministrorum iusticie erit sm opera
ipsorum. ¶ Gloriatus est superius de apo-
stolatu suo tradito sibi a deo: gloriatus est
etiā de hoc: q2 plus oibus laborauit / gra
tis euangelizando euangeliū dei et de ce
teris. In quibus vtiq iuste poterat glo
riari / nūc vero transit vt referat quedā
sm carnē de gloria generis: qd tamē (si-
cut aperte innuit) nullā intelligit gloriā:
sed tñ necesse erat vt de carnalitate ge-
neris gloriaret: cum enim pseudo de hu
iusmodi se extollerent: nisi paulus idem
haberet: gloriarētur sibi esse priuilegiū
qd paulo deesset: et sic incipiētiū chorin-
thiorum fidem facilius subuerterent q
gloriā pauli: dū in se esse ostēdit: nihilq
sibi pferre vituperat eos qui de hac glo
riant in qua fructus non est. Littera sic
iūgitur. Dixi superius. Utinā sustinere

Pseudo se trāsfert i aplos christi.

tis inſipientiam meā:nūc iterū de codē dico / ne quis me putet īſipiētem eſſe de pmiſſa glorīatione. Alioquin.i. ſi propter pmiſſam gloriam inſipientie me arguitis:nunc accipite me velut inſipientem: dum de carnalitate glorior que longe pmiſſa gloria eſt iferior. Dicit velut inſipientem : non enī iudicādus eſt vere inſipiens:quia gloriando de carnalitate non querit in hoc gloriā ſuā : ſed ſolā corinthiorū edificationē: qd palā eſt in eo dum idem reprobat carnis gloriā. Accipite me velut īſipiētē: vt ſicut pſeudo ſic et ego glorier.i.referam de gloria carnis : qd ſcilicet ꝑ modo gloriari modicū quid eſt: nec vere glorie immorandum. Bene dico inſipientē:quia quod loquor de gloria carnis nō loquor ſm deū apd quē humilitas cōmendat:carnis gloria deprimit:ſed quaſi in inſipientia hoc loquor. Quaſi dicit. Quia nō vere inſipiēs dū nō veram eſſe credit carnis gloriam. Loquor quidem in inſipientia immorādo in hac.i.carnali gloria: vbi eſt ſubſtātia.i.in q̄ ſubſiſtere ꝛ pedē figere debem⁹ Et hoc ironice : quia i gloria carnis nullo modo ſubſiſtendum eſſe intelligit. Diceret aliquis. Cum gloria carnis nō ſit ſm deū: quare in hac immoraris? Ideo vtiq̧ quoniā multi.i. pſeudo gloriantur ſm carnem:ideo et ego gloriabor.i. pauca referam de eadem gloria. Gloriabor tum quia multi ſic gloriantur : preterea quia vos ſuffertis.i. graue onus eorum portatis. Suffertis dico inſipiētes.i. illos pſeudo in inſipientia gloriātes. Suffertis dico libenter.i.a nullo coacti : qz ſic libet vobis cum ſitis ipſi ſapiētes ironice.i.cum vobis arrogetis ſapiētiam: male conſonat hoc ꝙ ſuffertis eorū inſipientiā. In quibus illos ſufferant exequutur dicens: vtiq̧ ſuffertis : ſuſtinetis enim ſi quis illorum pſeudo redigit vos in ſeruitutem.i. cogit vos deſeruire ſibi vt ſeruos. Si quis etiā eorū deuorat bona veſtra. Illi enim pſeudo voraciter res eorum conſumebant. Suſtinetis etiam ſi quis eorum accipit / id eſt capit vos ad ſe dolo / id eſt ſi qs vos decipit. Si qs etiam eorum extollitur dicendo ſe de genere abrahe / vos autem canes: hec duo decipere et extolli opportuna erāt ad deuorandum bona eorum: ꝛ ad redigendum

Carnis gl'a nō eſt ſm deū.

eos in ſeruitutem. Suſtinetis ſi quis extollitur:et ſi quis ſe extollēdo cedit vos .i.improperat vobis ꝙ incircūciſi eſtis : et huiuſmodi. Cedit dico nō in abſcōſo ſed in faciem.i.in oculis veſtris pſumit improperare vobis. Cedit vos dico ſm ignobilitatē generis quā improperat vobis. Illos vtiq̧ ſuſtinetis:nos autē minime quaſi fuerim⁹ infirmi in hac parte.i. impotētes gloriari ſm carnem. Sed nō ſumus in hoc infirmi: quia in quocunq̧ aliquis eorum audet gloriari : audeo ſimiliter ego. Ubi ait audet et audeo notat poti⁹ pſumptionem eſſe ꝙ̄ veram gloriam. Et ꝙ dico ego audeo: hoc dico in inſipientia:ſapiētia enī admonet neq̧ ſe preferre: neq̧ alium deprimere. Uere i quo audet qs: audeo ego. Nā ſi illi ſūt hebrei.i.i hebraica lingua diſerti: ꝛ ego ſil'r. Hebrei dicūt ab heber prudētia cuius hec ligua reſuata ē. Si illi iterū gloriantur ꝙ ſunt iſrahelite:et ego ſimiliter iſrahelita ſum. Hebrei et iſrahelite poſſent eſſe: nec tamen de abraham vt proſeliti:qui a gentilitate in circūciſionē trāſibāt: vt dauid. Si illi ſūt ſemen abrahe ſm carnem: ſil'r et ego. ¶ Poſtq̧ hic gloria generis ſe contulit illis. Tranſit ad gloriam miniſterij: non enim ſufficeret illis pſeudo in veteribus gloriari: niſi etiam gloriarentur in diſcipulatu chriſti. Unde ſic ait. Si gloriātur ꝙ ſunt miniſtri chriſti predicantes chriſtum: ꝛ ego ſimiliter adminiſtro chriſtū. Dico ꝛ ego. Plus etiā ego ſum miniſter chriſti ꝙ̄ illi: et hoc dico vt minus ſapiens / dū me pfero:illos humilio. Qz ait pl⁹ ego: exequitur ita per partes. Oſtenſus ſum pl⁹ eſſe miniſter chriſti: in laborib⁹ plurib⁹ quos et manibus laborādo : et immēſis laboribus ſuſtinendo: ſepius illis pertuli. Abundātius etiam oſtenſus miniſter chriſti in carcerib⁹:ꝙ̄ illi.qui vt viderētur apoſtoli chriſti quandoq̧ ſe patiebātur incarcerari. Oſtenſus etiam miniſter chriſti:in plagis ſupra modum humane virtutis tolleratis. Et frequēter oſtēſus miniſter chriſti in mortibus / id eſt in penis que mortem cuicūq̧ inferre ſufficerent:et mihi ſm hominem:niſi quia ſpiritus ſanct⁹ reſeruabat me. Plagas enumerat dicens. In plagis bene dico:a iudeis enī accepi quadragenas / id eſt.xl.

Hebrei vnde dicuntur.

m

Iudeorum traditio que erat.

pit non faciẽdo deſerimus. Peccata di
cit actus illos: fornicari/ furari/ ⁊ huiuſ
modi. Peccatis dico veſtris. i. que iam
cõſueſcẽdo in illis quaſi veſtra propria
feceratis. Quomodo in peccatis fuerint
exequit̃ dicẽs. In quibus peccatis vos
aliqñ. i. tẽpore infidelitatis ambulaſtis:
id eſt de malo in peius precipitabamini
ſm ſeculũ mundi huius. i. ſequẽtes ſecu
laritatẽ que nunꝗ de deo/ ſed ſemp ſolli
cita eſt de mũdanis. Et vt magis aggra
uet peccatũ: addit non ſolũ ſm ſeculum:
ſed etiam ſm pricipẽ ſpirituũ. i. ſm dya-
bolum qui princeps eſt: imperiũ habẽs
ſuper ceteros malignos ſpirit⁹. Uel ſm
principem ſpiritus vt collectiue accipia
mus quaſi demoniorũ. Uel ſm principẽ
ſpirituum. i. aliorum demonũ. Sicut enĩ
in bonis angelis quidã prelati ſunt: qui-
dam ſubditi: ſic in malignis diſtinctio-
nes eedem ſunt: ⁊ tamen vnus ſolus om
nibus prelatus eſſe creditur. Principẽ
dico poteſtatis aeris huius. i. qui pote-
Demon ptãtem ꝗ̃ꝗ h꜒ in aere. ſtatem habet in hoc aere: cõmouet enim
plerũꝗ ventos ⁊ turbines in aere quib⁹
noceat hominibus/ et fructibus/ et ter-
re: vt ventus ille qui a regione deſerti ve
niens ſubruit domũ: et filios iob oppreſ
ſit ab eo: permiſſione tamen dei creditur
immiſſus. Quos malignos ſpirit⁹ ideo
in aere conuerſari deus diſpoſuit: quia
ſi in terra cũ hominib⁹ eſſent: et fructus
terre corrumperẽt: ⁊ homies ipſos into-
lerabiliter affligerent. Per hoc autem
ꝙ eos vocauit ſpirit⁹: vult curioſos red
dere homines vt prouide agãt: quia ho
ſtis qui imminet inuiſibilis eſt. Per hoc
iterum ꝙ in aere eſſe dixit: de eodez nos
admonet: quia inſidiator prope eſt. Qui
princeps dyabolus nũc quãdo vos gra
tia dei ab eo liberauit: operatur in filios

diffidentie: id eſt de quorum ſalute nos
diffidimus. Spiritus enim ſignificabat
paulo in qbus laborare deberet: ⁊ in qui
bus non: ſciens cor eorum impenitens.
Uel in filios diffidẽtie qui diffidunt de
ſalute: audientes enĩ ꝙ reſurrecturi ſint
celum aſcenſuri: ſtultum hoc iudicant: ⁊
ideo nolunt conuerti. Et cum de tantis
peccatis gratia dei ad iuſticiam vos tra
xerit/ videte ne vnꝗ preſumentes: gra-
tie dei detrahatis. Qr ad augmentum
perfectionis peruenire poſſint ex ſequẽ
tibus indicat: quaſi reſpondẽdo obijciẽ
tib⁹ ſibi epheſijs. Nobis tãto onere pec
cati prius depreſſis non licet ſperare de
aliqua perfectione: ſed ſufficit ſi aliquo
modo poſſimus ſaluari. Ad hoc paulus
remouẽdum ſe et apoſtolos parificat il-
lis: quia ante fidẽ ſimiliter fuerũt in pec
catis: tamen diſſimili modo ſicut indica
bunt ſequẽtia. Unde ſic ait. In quibus
pctĩs etiam nos apoſtoli: ſicut vos ephe
ſij omẽs (etiam petrus) aliquãdo. i. ante
fidem/ couerſati ſumus. Uere in pecca-
tis: nam i deſiderijs carnis noſtre: vt qd̃
caro ſuggerebat deſideraremꝰ. Nec ſo-
lum in deſiderijs: ſed etiã facientes ope
re volũtatem carnis: ſicut comedere ad
ſuperfluitatẽ/ ⁊ luxuriari. Faciẽtes etiã
voluntatem cogitationũ: in quibus non
ita caro delectat̃/ vt laborare de gloria
mundi. Uel dictante auaricia multa pa
ti pro congregandis multis. Nec tantũ
in actualibus iſtis: ſed etiã eramus nos
iudei filij ire. i. geniti ad vindictam tole
randam: natura. i. propter originale nos
iudei ſicut et ceteri. licet tunc falſo opi-
naremur per circumciſionem mundari a
peccato ade. Ira dei nihil aliud ẽ ꝗ vin Ira dei
dicta. Si cõtinuemus vel ad illud qd̃ ait vindicta
Nos credidim⁹: ⁊ vos credidiſtis. Uel eſt.
ad illud. Suſcitãs chriſtum ⁊ vos ſuſci-
tauit: tunc hic bene verſus erit. Si autẽ
inferius ad illud cõuiuificauit porriga-
tur conſtructio: nondũ finitur verſus ita
dicendo. Cum eſſetis mortui: conuiuifi-
cauit vos chriſto: deus autẽ fuit qui cõ-
uiuificauit. Uel ſi ibi finis eſt verſus ſic
cõtinuabimus. Nos quidem eramus in
peccatis: ſed deus qui diues eſt ⁊ copio
ſus in miſericordia: miſericordia enĩ ei⁹ p̃. cxliiij
ſuper omĩa opera eius. Deus vtiꝗ pro-
pter charitatẽ ſuam nimiã. i. incõprehen
ſibilẽ qua charitate dilexit nos. Puta-

rent illi. Dilexit nos iustificatos: sed nõ q diligit aliquos i peccato. Ad hoc paulus. Dilexit dico etiam cũ essemus mortui peccatis. Ne videatur absurdũ q deus diligere dicitur hominẽ in peccatis: creaturã enim suã vbiq semper diligit: sed malum qd in ea est odit. Deꝰ inq qz dilexit nos conuiuificauit.i. viuere nos fecit per iusticiam anime. Christo.i.ad similitudinẽ christi: q sicut ille iustus/sic et nos iusti. Gratia cuius dei vt nos/sic etiã vos estis saluati.i.conuiuificati per iusticiam anime. Uel si pẽdeat infra constructio/ vt dicamus cõuiuificauit nos et vos christo: tunc dicemus cuius gratia estis saluati de futura saluatiõe. Cõuiuificauit nos prima resurrectione anime: conresuscitabit etiam secũda corporum resurrectiõe propter certitudinem quã inde habet. qd futurũ est significat per preteritum. Et nos conresuscitatos christo fecit cõsedere vt iam in quiete regnaturos. Cõsedere dico christo in celestibus vt hec beatitudo cõmendabilior sit etiam ex loco. Cõsedere dico christo in christo iesu: ꝛ cũ eo ꝛ per eum: ideo cõuiuificauit/ꝛ resuscitatos consedere fecit: vt per hoc ostẽderet in seculis superuenientibus hijs.i.futuris diuitias gratie sue.i.diuitem gratiã suam abundantẽ in nobis. Gratie dico facte in bonitate.i.ex solo bono placito suo: quia ad promerendũ gratiam nullũ precessit meritũ. Bonitate dico facta super nos.i.que nos superauit: qz tanta est q nec eam intellectꝰ noster capere sufficit. Et hec omnia dico in christo iesu: in ipso enim ꝛ per ipsum hec omĩa in nobis operatur deꝰ: ideo voluit deus hec nota fieri hijs qui erãt futuri: vt intelligeret homo quãta (si vellet) sperare posset de bonitate dei Modo ponit illud qd meritũ videt hominis.i.fidem: ꝛ meritum non esse ostendit. Uere in bonitate: nam vos per gratiam saluati.i.iustificati estis. Concedo etiam vt apponas per fidem: etenim.i.fides non est ex vobis promerẽtibus vt fidem habeatis. Uere fides non est ex vobis: nam est donũ dei: ꝛ non ex operibus vestris. Et ideo deus omnia ex gratia: et nihil ex operibꝰ esse voluit: vt non gloriaretur aliquis. Uidẽs enim angeli casum ꝛ hominis fuisse ex superbia: multũ precauere voluit hominẽ a supbia. Et sicut fides ex dono dei/sic opa que fidem sequũtur per gratia dei. Bene dico vt ne quis glorietur in fide: nam etiam in operibus que sequũtur/fidem non reliquit deꝰ homini vnde posset gloriari. Et sic ait. Nos sumus factura ipsius dei: cum nihil in bono essemus creati in christo.i. per christũ iesum i bonis operibus: que opera preparauit nobis deus vt in illis ambulemus/per eum proficiamus ꝛ crescamus. Uel factura sit ablatiuꝰ: ita factura.i.per facturam dei sumus creati i xpo. Nihil ibi mutat. Et supra ait. Nos fuimꝰ in petis sicut vos: modo determinat dicẽs iudeos nõ tã grauiter peccasse sicut gentiles: sed licet ante fidem etiã viles iudei abhominarent gentiles: deꝰ tamen sine discretione personarũ parificauit eos: nõ illis qui prius improperabãt eis: sed sanctis ac perfectis. Et per hoc probat eos et gratie dei multum obnoxios: ꝛ de incremẽto iusticie secure (si volũt) possũt laborare: dicẽs. Propter qd vt ne quis vestrum gloriet: estote memores q aliquando tẽpore infidelitatis vos gentes.i.tales quales in peccato geniti eratis in carne.i. in operibꝰ carnis. Uos dico qui prepuciũ.i.ipsa immundicia dicebamini ab ea circũcisione.i.a iudeis que dicitur circũcisio.i.ipsa mũdicia. Et nihil est: qz hec circũcisio in carne erat non in corde. Facta etiam manu cuiuscũq non per spiritũ sanctum. Memores etiam estote: qz illo tempore infidelitatis eratis sine christo: qz christus nõ promittebatur vobis. Eratis et alienati a conuersatione israel.i.iudaici populi: non enim tunc conuersabantur vobis. Uel si forte cum eis cõuersabamini vt proseliti: eratis hospites testamentorũ.i.instabiles.i.modo euntes: modo redeũtes ad legem ducebamini. Testamẽtorũ ideo pluraliter dicit: qz moyses suum/esaias suum/ꝛ quilibet propheta suum habebat testamẽtum. Eratis etiam tunc non habentes spem promissionis facte ad abraam: nec enim licebat tunc gẽtibus sperare salutem: ꝛ eratis sine deo: idola adorãtes. Uos dico in hoc mũdo .i.hijs mũdanis adherẽtes. Ali sic eratis: sed nunc vos q aliquãdo eratis lõge a deo ꝛ a iudeis/facti estis prope: vtriq in christo iesu.i.per christũ iesũ. Et quo modo p christũ determinat. In sangui-

Fides ẽ donum dei.

Iudei nõ tã grauiter peccauerũt sicut gẽtiles.

Testamentũ suũ habuit quilibet propheta.

ne: id est per effusionē sanguinis christi. Probat de vtroq;: sed de iudeis primū/ dicēs. Vere facti estis prope iudeos: q2 ipse de9 est pax nostra.i.pacificauit nos simul/ gentiles et iudeos: qui deus fecit vtraq;.i.iudeum et gentilē vnum per vnitatem fidei: et morū/ et sacrificij. Unum autem hoc modo: soluens parietem mediū.i.qui in medio positus. Alterū separabat ab altero. Hic paries fuit ex parte iudeorum: obseruationes eorū ex parte gentiliū: cultus idolorū. Et hunc parietem eorum soluit: dum idolatriā et ritus iudaicos euacuauit. Parietē dico maceriē. Maceria dicit̄ ꝓprie quodā paries: firmiter compactus et cōnexus. Hic autem paries erat maceriē.i.fortis: et ad diruēdum difficilis: quia iudei auctoritate legis et prophetarū ritus suos tuebantur. Gentes autem per philosophiā/ suū (in quo male cōsueuerant) defendebāt. Uel dicitur maceria cōgeries lapidum sine cemēto congregata. Sic ille paries fuit maceriē.i.debilis: et christo leuis ad diruendū: vt sicca congregatio lapidū/ et soluto medio pariete soluit in carne sua quā assūpsit inimicitias vtriusq; populi. Destructis enim ritibus iudei et gētilis: iam non erat vnde inimicarent̄ sibi Quomodo soluerit inimicitias ostendit in parte iudeorū: quorū ratio magis oppugnabat: sed quia gētibus nulla ratio erat/ de hijs nihil subdidit. Soluens inimicitias/ quia euacuans legem carnalium mandatorū. decretis.i.datis mandatis ex discretione inuentis: ideo euacuans hūc legem inde idolum: vt duos .i.iudeum et gentilem cōdat vtrū q; in semetipso: et quia in se cōdere posset adhuc diuisos/ addit. Cōdat in q; faciēs pacē id est pacificans eos sibi vicissim. Et in quo pacem fecerit: subdit. Faciens pacem dico in se vno nouo homine. Nouo/ quia homo gratie: ideo nouo: q2 si eēt legalis/ oppositus esset gentili: si iterū gētilis/ oppositus esset iudeo: et neuter consentiret inimico suo. Probauit q; gentilis sit prope iudeum: ꝓbat eūdem esse prope deum/ dicens. Et ideo soluēs inimicitias vt reconsiliet deo ambos.i.iudeum et gētilem copulatos in vno corpore.i.in ecclesia. Reconsiliationis modū subdit. Reconsiliet dico/ interficiens ipse christus in semetipso inimicitias que erant inter deum et hominē. Ita in semet ipso q; per crucem: id est per mortem crucis. ¶ Hec autē omnia parū prodessent nisi predicata forent: ideo addit. Et ipse christus veniens in carnem/ euangelizauit per apostolos pacem ad deum restitutam vobis gentibus qui longe fuistis a deo: quia sine christo et sine deo in hoc mundo eratis. Euāgelizauit etiam pacem his.i.iudeis qui prope erāt: quia deum colebāt. Hoc predicari fecit: quoniam per ipsum christum ambo et iudeus et gentilis habem9 accessum ad patrē deum: nos ambo positi in vno spiritu fidei: cū hic prius esset ī spiritu legis: hic in spiritu idoli. Et quia ambo ī eodē spiritu positi accessum habem9 ad deū: ergo vos gētiles ephesij iam non estis hospites testamentorū sicut illi improperabant. Et iam non estis aduene.i. non vltra vocamini proseliti: quia licet tūc stabiles essent in lege: semp tamen dicebantur aduenticij. Non estis hospites/ sed estis cōciues. Nec eorum qui vobis improperabant: sed sanctorū.i. quorūlibet perfectorū. Et non estis aduene: sed domestici.i.naturales de domo. Nec eorū sed domestici dei. Uos dico superedificati hodie pietas: cras super hanc edificabitur humilitas. Et sic superedificati super fundamētum.i. doctrinam apostolorum et prophetarū: quorum doctrina fundata est ecclesia. Uel super fundamētum.i.christum: super quē apostoli et ꝓphete fundati sunt. Edificati dico ipso christo iesu existente lapide: propter firmitudinē summo.i.ꝯsummāte iusticiam vestram angulari.i. vtrūq; populum iudeum et gētilem in se cōnectentē. Lapis iste vbi ad litteram fuerit/ certū non habemus: fuisse tamen credimus/ q; donec in consummatione vtriusq; parietis non idonee poni potuit: sed in summo mirabili conuenientia vtrū q; parietem coagulauit. Hic lapis significauit christū/ iudeum/ et gentilē in perfectiōe fidei copulantē. Qui christus sicut est summus cōsummator iusticie: sic est et principium iusticie. Et sic ait. In quo lapide oīs edificatio constructa per fidem/ crescit per operationē: in templum sanctū: vt sit homo tēplū in quo habitet deus. Sanctū dico in dn̄o.i. per dn̄m. In quo etiā lapide christo vos gētes coedificamini cum

Maceria qd̄ di.

iudeis in habitaculum: id est ad hoc vt si
tis habitaculum dei. Coedificamini di-
co in spiritu sãcto. i. per spiritum sanctũ
purificantem vos deo.

Capitulum. iij.

Huius rei grã ego
paulus vinct⁹ chri-
sti iesu p vobis gen
tibus: si tamẽ audi-
stis dispẽsationem
gratie dei que data
s.j.b. est mihi i vobis. Quoniã ẽm reue-
lationẽ notum mihi factũ est sacra-
s.ij.c. mentũ / sicut supra scripsi in breui:
prout potestis legentes intelligere
prudẽtiam meã in ministerio chri-
sti: qđ alijs generationibus nõ est
agnitum filijs hominũ: sicuti nũc
reuelatũ est sanctis apostolis ei⁹ et
prophetis in spiritu esse gentes co-
heredes / et concorporales / τ com-
participes pmissiõis eius in chri-
j. Cor. xv. b. sto iesu per euangelium: cuius fa-
ctus sum minister ẽm donũ gratie
dei que data est mihi ẽm operatio-
nem virtutis eius. Mihi enĩ om-
nium sanctoꝝ minimo data est gra
tia hec: in gentibus euãgelizare in
uestigabiles diuitias christi: τ illu
minare omnes que sit dispensatio
sacramenti absconditi a seculis in
deo q̃ omnia creauit: vt innotescat
† Al's. principibus. principatib⁹ † et potestatib⁹ in ce-
lestib⁹ per ecclesiam multiformis
sapientia dei: ẽm prefinitionẽ secu
lorum quã fecit in christo iesu dño
nostro. In quo habemus fiduciã
et accessum in confidentia per fidẽ
eius. Propter qđ peto ne deficia-
tis in tribulationibus meis p vo-
bis que est gloria vestra. Hui⁹ rei
gratia flecto genua mea ad patrem
dñi nostri iesu christi: ex quo oĩs
paternitas in celis τ in terra nomi
naẽ: vt det vobis ẽm diuitias glo-
rie sue virtutẽ corroborari per spi-
ritũ eius in interiori hoĩe habitare
christum per fidem in cordibus ve
stris: in charitate radicati τ funda-
ti: vt possitis cõprehẽdere cũ omni
bus sctĩs que sit latitudo τ lõgitu-
do / τ sublimitas / et pfundũ. Sci-
re etiã supeminẽtẽ sciẽtie charita-
tẽ xpi: vt impleamini in omnẽ ple-
nitudinẽ dei. Ei autẽ qui potẽs est
oĩa facere superabundãter q̃ peti-
mus aut intelligimus ẽm virtutẽ
que operaẽ in nobis: ipsi glĩa in ec-
clesia τ in xpo iesu: in omnes gene
rationes seculi seculoꝝ Amen.

Expositio capituli. iij.

Vt magis obnoxios reddat gra
tie dei: dicit q̃ deus fecerit cũ
apostolum propter illos. Vin
ctus est etiã pro eisdẽ. Reuela
uit etiam ei de⁹ mysteria sua propter eo-
rũ vtilitatẽ. Vos coedificamini in chri-
sto: τ gratia hui⁹ rei vt vos coedificemi-
ni. Ego paulus vinctus iesu christi quẽ
afflictum non oportet cõtristari. Vinct⁹
vtiq̃ pro vobis gẽtibus. Si eñi saluti ve
stre nõ predicarem: nequaq̃ in vinculis
essem. Pro vobis dico: ita tñ si audistis
dispensationẽ gratie dei. i. gratiam / scili
cet apostolatũ ex gratia dei mihi tradi-
tum. Gratiã dico dispensatã a deo: quia
deus bene dispẽsauit apud se / quare me
apostolũ constituit. Vel quã gratiã ego
dispenso vobis τ ceteris eccl'ijs. Si inq̃
audistis gratiã que data est mihi in vo-
bis. i. sicut vere credidistis me esse apo-
stolum vobis: ita vere credite me esse vin
ctũ pro vobis. Gratia vtiq̃ hec data est
mihi: quoniã sacramẽtũ. i. secretum dei
factum est mihi notum ẽm reuelationẽ
. i. ita vt reuelate sciam inde loqui. No-
tum factũ est dico sicut supra scripsi vo-
bis in breui sermone: vbi ait. Ipse ẽ pax
nra: τ est vera / vsq̃ ad Ergo nõ estis ho s.ij.c.
spites. Ita scpsi put bñ potestis itellige
re. Potestis vtiq̃ legẽtes. i. si attẽte plegi
tis illõ. Intelligere dico nõ tm̃ sacramẽ

tum: sed etiā potestis intelligere prudē-
tiā meā habitā in mysterio. Idē est qđ in
sacramēto christi: q2 z mysteriū noui: et
prudēter aperire scio qđ mysteriū nō est
cognitū filijs hominū in alijs gñationi-
bus / id est in alijs etatib9. Uel si aliqui-
bus non ita cognitum sicut nunc reuela
tum est sanctis apostolis eius: nec in hoc
videar gloriari: quia reuelatū est in spi-
ritu sancto etiam prophetis / id est q̄busli-
bet illuminatis sensu hoc mysteriū / sc3
gentes esse coheredes iudeis in futura
etate: et hic esse cōcorporales / id est in
eodē corpore christi. i. ī ecclesia esse etiā
cōparticipes promissiōis facte ad abra-
ham. Coheredes dico z cōcorporales com
pticipes eē in christo iesu: q fecit vtraq3
vnū esse sic in christo: et hoc per euāgeli
um: predicatiōe cuius ad fidem venerūt.
Quod euāgeliū nō est meum: s3 cui9 euā
gelij fact9 sum minister. Nec hoc ex me-
rito meo / sed ſm donum gratie dei: quā
gratiā iterū nō promerui vt haberē / sed
que data est mihi ſm operationem virtu
tis eius: quia virtus ei9 operata est mul
ta per meam ifirmitatem. Data est mihi
Et cui mihi? Mihi vtiq3 minimo omniū
sanctorum. Data est gratia hec: sc3 euan
gelizare in gentibus diuitias christi in
uestigabiles. i. incōprehēsibiles. Datū ē
etiam mihi illuminare omnes de hoc: q
.i. q3 digna sit dispensatio. i. impletio sa-
cramenti absconditi a prioribus seculis
In deo tamen / id est in noticia dei existē
tis: qui deus ignorare non potuit: q2 oīa
creauit. Ideo euāgelizare / illuminare /
vt sapientia dei per ecclesiam que in pre
dicatiōe nostra cōstituitur. sapiētia inq3
dei p hoc innotescat principib9 z potesta
tibus. i. ordinib9 angelorū existētib9 in
celestib9. Angeli enī nesciētes saluatio-
nē hominū: mirant z laudāt deū: cū per
predicationē apostolorū: visa conuer-
siōe intelligant saluationē eorū. Sapia
dei multiformis: quia hunc lenitate ser
monis: hunc asperitate infirmitatis cō-
uertit: et diuerso modo in diuersis. Mul
tiformis dico. Ostensa ſm prefinitionē
seculorū. i. in seculis a deo ordināte pre-
finitā. Quā prefinitionē. i. h qđ i seculis
se facturū prefinierat fecit. i. compleuit
in christo iesu dño nostro. in quo. i. per
quē christū habem9 fiduciā accedēdi ad
deum. Nec solum fiduciā: sed etiam ha-

Sapiē-tia dei q̄liter est multifor-mis.

bemus accessum ad deum: nō timentes
repulsionem: sed in confidentia. i. de in-
troductione confidentes. Cōfidentia di
co habita per fidem eius christi: cui z in
quē credimus. Cōmemorauit se propter
vtilitatē eorū cōsecratū a deo apostolū
Uinctū etiam se propter eos: reuelata
sibi esse mysteria dei ad instruēdū eos.
Propter qđ. i. quia hec oīa facta sunt
propter vos: quia etiam accessum habe-
tis ad deum per fidem christi nobiscum.
Propter hoc non modo precor: s3 quasi
rem debitam peto: z a vobis exigo ne de-
ficiatis in tribulationibus meis. Ideo
per hanc exhortationē vult eos premu-
nire paulus: q2 dubitabat ne forte tribu
latione z afflictione magistri contēptui
haberēt qđ ab eo qui cōtēptibiliter tra-
ctabat didicissent. Tribulationibus di-
co meis habitis p vobis. Ideo enī de9
me pmittit affligi: vt qualis vestra sit fi-
des in teptatione mea apparere faciat.
Deus enī abraam z quoslibet alios non
ideo tēptauit q2 qđ futurum esset ignora
rent: sed vt fidem eorū pbabilem indica
ret mundo: que tribulatio est gloria ve-
stra. Si eī a tribulatiōe mea vires boni
operis sumitis: tunc digni estis gloria.
Si autē ppter me tribulatum deficit:
ignominia digni estis. Et gratia hui9 rei
.i. ne deficiatis: quia hec res grata est mi
hi / vos scilicet nō deficere. iō flecto ge-
nua. Sicut p genu erigit corpus et hu-
miliatur: ita per genu erectum z flexum
elatio mentis z humiliatio accipit. Pau
lus vtiq3 genua carnis flectebat: vt hūi-
litatem spiritus innueret. Flecto genua
ad patrē domini nostri iesu christi: qui z
pater nobis est cum sim9 filij christi cui9
pr̄ est. Ex quo patre. i. ex institutione et
exemplo cuius est nobis oīs paternitas
.i. sunt nobis omnes patres: quos vel in
celis habemus angelos prouisores no-
bis. Uel quos habemus in terra vt epi-
scopos: z quoslibet ecclesie patres. Pa
ternitas non ita simpliciter est: sed no-
minatur / id est quicūq3 nominabiles di-
gnitate virtutum sūt nobis patres. Uel
ita. Paternitas noīatur. i. hij puisores
nostri patres dicunt solo noīe. i. nuncu-
patiue tm̄: non substātialiter qđ de9 sol9
est. Flecto genua ad deum: vt det vobis
ſm diuitias glorie sue: id est abundan-
ter et gloriose scilicet cū potētia. Det di

Tribu-latiōes q̄re qui-busdam a deo in-fligunt.

co virtute corroborari.i.vt vos corroborati sitis in bono. Et hãc virtutem in vobis non vestram esse credatis: sed per spiritũ eius: vt gratie dei omnia ascribatis. Det dico virtutem non exterius / sed in interiore homine. Ideo deus virtutem iusticie in anima ordinauit: q2 si esset in corpore qđ omni aduersitati expositum est sicut corpus / tam cito deficeret virt⁹ que longe melius sedet in anima: de quo ait christus. Post q̃ occiderint corpus: anime nõ habent quid faciant / vt det vobis spiritũ: ⁊ vt det vobis habitare christũ in cordibus vestris: non q ibi corporaliter sedeat: sed per fidem. Licet vbi spũs / ibi christus: tamen neutrũ est superfluũ: quia spiritus per dilectionem: christus p fidẽ. Flecto genua ideo vt vos radicati ⁊ fundati in charitate. A simili tudine arboris in altũ radicate: ⁊ ex abũdãtia humorum quibus in alto radices abundant copiose fructificantis ait. Radicati.i. fructificãtes in charitate: ⁊ fundati.i. super fundamẽtũ in quo firma sit et crescat edificatio dom⁹ dei. Vt vos in q̃ radicati et fundati possitis cõprehẽdere intellectu ⁊ vtilitate cum omnibus sanctis.i. sicut comprehendũt oẽs sancti que sit latitudo / et longitudo / ⁊ sublimitas / ⁊ profundũ. Latitudo a dextera in sinistra crucis xpi: amplitudinẽ dilectionis significauit: q̃ etiã pro inimicis orauit. Longitudo crucis a capite in pedes pseuerãtiã dilectionis significauit: quia cum dilexisset suos vsq̃ in finẽ dilexit eos. Sublimitas crucis.i. pars illa q̃ supereminebat capiti: in q̃ pilat⁹ titulum scripsit: respectũ diuinũ significauit: vt innueret christ⁹ se nõ amore mũdi pati: sed vt faceret volũtatẽ patris sui q̃ est in celis. Profundũ dicta est pars illa crucis que in terra fixa fuit: qđ pfundũ designat occultam gratiam dei: qua sine merito bona multiplicat suis eisdem nescientibus / quare sic faciat. Hec tamen in ipsis intelligim⁹ sic exponendo. Possitis comprehendere que sit latitudo.i. q̃ latos oportcat vos esse in charitate: vt etiã bene faciatis his q̃ vos oderint. Et lõgitudo.i. q̃ longos ⁊ pdurãtes in dilectione oportcat vos esse: vt etiã si expedit non formidetis mori pro deo vel proximo. Et que sit sublimitas: quomodo superno respectu non respectu mũdi

Crucis ptes qđ repñtãt

q̃libet bona faciatis. Et qđ sit profũdũ .i. occulta gratia dei i vobis / qua vos sine merito iustificauit: et prouchit vt etiã possitis scire charitatẽ christi.i. quomõ christ⁹ vos dilexerit. Charitatem dico supeminentẽ omni sciẽtie. Nulla eni sciẽtia cõprehẽdere sufficit quãta sit charitas christi. Vel ita. Possitis scire charitatem sciẽtie christi fm sciẽtiã. Ignorãtes eni plerũq̃ diligim⁹: sed si cognitionẽ rei quã diligim⁹ habeamus: multo magis in bonitate rei cognite diligẽdo accendimur. Ideo ait charitatẽ sciẽtie christi.i. fm sciẽtiã de christo habitam. Charitatẽ sciẽtie dico supeminẽtem charitati ignorãtie. Bonũ qđ ignoratur minus diligitur. Possitis cõprehendere ⁊ scire: ideo vt impleamini cumdo in omnẽ.i. in omnium bonorum plenitudinẽ dei.i. ex deo habitã. Ego flecto genua vt vos possitis comprehendere ⁊ scire. Ipse aũt deus potẽs est facere oĩa q̃cũq̃ opportuna sunt. Facere dico abũdanter supra q̃ petim⁹ / aut supra q̃ intelligim⁹. Nemo eni hominũ auderet h̃ petere a deo vt filiũ suũ deũ hominẽ faceret: qđ tamẽ fecit. Nemo etiã intelligere posset quo ordine pietatis hominem perditum restaurauit: ⁊ innumera bona que facit: ⁊ ideo bene ait supra q̃ petimus / aut intelligim⁹. Et q tanta potẽs sit facere probare possumus: eundo fm virtutẽ / que virtus ei⁹ operatur i nobis: quia si considerantur ea que nobis contulit potestas miraculorum / ⁊ m̃lta alia Per hec plane colligimus q ex volũtate potens sit de cetero consummare oĩa in nobis. Ei aũt qui sic potens est facere ipsi soli non humane virtuti / sit gloria in ecclesia.i. in consideratione bonorum que confert ecclesie: ⁊ etiã in christo iesu: q2 nec ipsi christo fm hominem de bonis que gessit gloria debet / s3 deo. Gloria dico permanẽs in oẽs generationes Ab abel enim primo iuste nulla preterijt generatio que nõ haberet aliquos in quibus gloriaretur deus. Generationes dico seculi a principio vsq̃ ad finẽ. Seculi dico seculorũ: in quo multa secula continentur: ipsi gloria Amẽ. pro certo ita est.

Charitas xpi est incõprehensibilis.

Bonũ qđ ignoratur min⁹ diligitur.

Deus a pricipio mũdi semper habuit aliquos in q̃b⁹ glĩaret.

¶ Sequitur Capitulum.iiij.

j.Cor. vij.d. Obsecro itaq3 vos
ego vinctus in dño
vt digne ambuletis
vocatiõe qua vocati estis cũ omni humilitate et mãsuetudie: cũ patiẽtia supportãtes iui
Roma. xij.b. cẽ i charitate. Solliciti fuare vni
j. Cor. xij.b. tatem spũs in vinculo pacis. Unũ
corpus / ⁊ vnus spũs sicut vocati
xcv.di. esto. estis in vna spe vocationis vestre.
j.q.j.hi qui ⁊ ca. hãc regulam. Unus dñs: vna fides: vnũ baptisma. Unus deus: et pater omnium
qui sup omnes: et per oĩa: et in om
De cõse. dist.iiij. itaq3. nib⁹ nobis. Unicuiq3 autẽ nostrũ
data est gratia fm mensuram dona
ij.Cor. x.d. tionis christi. Propter qd dicit.
ps.lxvij Ascendens in altũ / captiuã duxit
captiuitatem: dedit dona homini
Jo.iij.b bus. Quod autẽ ascendit: quid est
nisi quia et descendit primũ in infe
riores partes terre? Qui descẽdit:
ipse est et qui ascendit super oẽs ce
De here. cũ ex ĩstĩcto. ⁊ ca. sicut in vno. j.Cor. xij.d. los / vt adimpleret oĩa. Et ipse de
dit quosdam quidem apostolos:
quosdam aũt pphetas. Alios ve
ro euãgelistas. Alios autem pasto
res et doctores ad consummatio
nem sanctorũ: in opus ministerij:
in edificationẽ corporis christi: do
nec occurramus omnes in vnitatẽ
fidei / ⁊ agnitiõe filij dei: in virum
perfectum: in mensuram etatis ple
xij.di.de his. nitudinis christi: vt iã non simus
paruuli fluctuantes: et circumfe
ramur omni vento doctrine in ne
quitia hominũ: in astutia ad circũ
uẽtionẽ erroris. Ueritatẽ autem fa
cientes in charitate crescam⁹ in il
lo per oĩa q̃ est caput christ⁹ ex quo
totũ corpus cõpactũ et cõnexũ per
omnẽ iuncturã subministrationis
fm operationẽ in mensurã vniuscu
iusq3 mẽbri augmentũ corporis fa
cit: in edificationẽ sui in charitate.
Hoc igit dico ⁊ testificor in dño: Ro.vj.e
vt iam nõ ambuletis sicut ⁊ gẽtes
ambulant in vanitate sensus sui: te
nebris obscuratũ habẽtes intelle
ctũ: alienati a vita dei per ignoran
tiam q̃ est in illis ppter cecitatem
cordis ipsorũ: q̃ desperãtes semet
ipsos tradiderunt impudicicie in
operationẽ imũdicie oĩs in aua
riciam. Uos autẽ nõ ita didicistis
christũ: si tamẽ illũ audistis: ⁊ i ip
so edocti estis: sicut est veritas in ie
su: Deponite† vos fm pristinã cõ † Ar. de ponere.
uersationẽ veterẽ hominem qui cor De cõse.
rũpitur fm desideria erroris. Re dist.iiij.
nouamini autẽ spũ mentis vestre: ca.j. Ro.vj.e
et iduite nouũ hoiem q̃ fm deum Collo.
creatus est in iusticia ⁊ sctitate ve iij.a. Hebre.
ritatis. Propter quod deponẽtes xij.a.
mẽdaciũ: loquimini veritatẽ vnus j.petri. ij.a.
quisq3 cũ proximo suo: qñ sumus De con.
inuicẽ mẽbra. Irascimini / et noli dist.iiij. disquis.
te peccare. Sol nõ occidat sup ira ⁊ ca. nõ
cũdiã vestrã. Nolite locũ dare dia illos post
bolo. Qui furabat iam non furet: princi. depe.di.
magis autẽ laboret operãdo mani ij.quo.
bus suis qd bonũ est: vt habeat vn reuocari
de tribuat necessitatẽ patiẽti. Ois De pona.dãs.
sermo malus ex ore vestro nõ pce Zacha. viij.c.
dat: sed si q̃s bon⁹ ẽ ad edificatio ps.iiij.
nẽ fidei: vt det gratiã audientib⁹. Jacobi. iiij.a.
Et nolite cõtristare spiñ sãctũ dei: j.petri.
in quo signati estis in die redẽptio iiij.a.
nis. Omnis amaritudo: ⁊ ira: ⁊ in
dignatio: ⁊ clamor: ⁊ blasphemia
tollat a vobis: cũ oi malicia. Esto Coloss.
te autem inuicẽ benigni / misericor iij.b.
des: donãtes iuicẽ: sicut ⁊ deus in
christo donauit vobis.

¶ Expositio Cap.iiij.

Postq̄ admonuit eos diuersis
modis ne intumescerēt de bo
nis gratie dei: neue torperent
sed semꝑ de ꝓficiēdo in meliꝰ
vigilarēt. Que vtraqꝫ admonitio videt̄
versari circa magis perfectos / trāsit ad
moralē instructionē: q̄ magis ꝑtinere vi
det̄ ad miuꝰ ꝑfectos. Priꝰ instruēs oēs
in cōmuni. De hinc ꝯditiōes sexus ⁊ eta
tes diuisim. Littera sic iūgitur. Qꝛ deꝰ
potens est facere vobis supra q̄ petunꝰ
aut itelligimꝰ: Itaqꝫ obsecro.i.ꝑ omnia
sacra vos adiuro / ego vinctꝰ ī dn̄o.i.pro
pter dominū quē in vinculis offendere
nō ē minima culpa. Obsecro inq̄ vt am
buletis ꝑ gradꝰ virtutū digne: vocatio-
ne qua vocati estis. Nō eni vocati estis
ad cōplēda desideria carnis: sed vt ꝭm
spiritū carnē mortificetis scꝫ ambuletis
cū oī humilitate / ⁊ ī aīo habita: et foris
ostēsa. Culpa eni est intus esse humilē: ⁊
foris simulare sꝑbiā: cum sic de se occa
sionē tribuat maledicēdi: ⁊ occultet̄ vir
tus cuiꝰ imitatiōe potuit instrui ꝓximꝰ.
Foris aūt humilē intꝰ eē sꝑbū nulli du
biū q̄ sit culpabile in oī hūilitate / ⁊ in oī
māsuetudine: vt tractabilis sit ad oīes
⁊ affabilis: ⁊ cū oī patiētia ꝭuata in qui-
buslibet aduersis: supportātes inuicem
alter alterꝰ si molestiā intulit ei. Uel sup
portātes.i.cōpatiēdo ꝓximo si forte la-
psus fuerit: cūqꝫ adiuuādo oratiōe / ⁊ ie
iunio. Supportātes dico ī charitate: nō
in expectatione vindicte. Uos dico solli
citi seruare vnitatē in vobis / vt sit apud
vos idē velle: idē nolle. Unitatem dico
spūs.i.quā dictat spūs sctūs seruare eā ī
vinculo pacis: q̄ pax exteriꝰ ꝭuata vincu
lū est / ⁊ nutrimētū spūalis vnitatis. Et
vt hāc vnitatē ꝭuetis: estote vnū corpus
.i. vnū ī opatione. Et estote vnus spūs.i.
vnū in volūtate. Ita sitis vnū corpore ⁊
spū / sicut res illa ad quā vocati estis vna
est. Qꝛ sic ait. Uos estis vocati ī vna spe
.i. ad vnam rem speratā. Spe dico voca
tionis vestre.i.qua digna est vestra voca
tio. Iterū debetis esse vnū corpꝰ / ⁊ vnꝰ
spiritus: quia dominus vnꝰ vobis domi
nat̄: ⁊ fides vestra vna est / ⁊ indifferens:
et baptisma vestrū vnum est. Oēs eque
iustificans: nō ꝭm q̄ quidā dicūt ꝭm me-
rita diuersorum baptizantium dignius
vel īdignꝰ. Et ē vnꝰ deꝰ.i.creator oīm:
⁊ vnus pater oīm q̄ vos ꝭm dilectionē fi
liorū gubernat. Qui dn̄s deꝰ pat̄ domi-
nādo / creādo / diligēdo / est sup oēs pote
state. Est etiā ꝑ oīa loca: nec vlla tenꝰ ab
eo licet effugere. Qui si ita cōiter est sup
oēs ⁊ ꝑ oīa: tn̄ in oībꝰ electis est familia-
riꝰ dādo grās suas ¶ Hic ꝑt itelligi tri
nitas. Sup oēs pater. Per oīa filiꝰ. In
nobis amor pr̄is ⁊ filij. i. spūs sctūs. Qꝛ
dixerat sumꝰ vnū corpꝰ. vnꝰ spūs. vnꝰ est
nobis dn̄s. vna fides. Ne ꝑ hoc male opi
narent̄ oēs eq̄liter esse in hac noua gra-
tia: vt nemo ꝓlatꝰ. nemo subditꝰ. nēo ser-
uus. nemo dn̄s: determinat hoc dicens.
Licet vnū simꝰ: vnū et deū / ⁊ vnā fidem
habeamus: tamē vnicuiqꝫ nostrū data ē
grā dei / nō eadē omnibꝰ / sꝫ ꝭm mēsurā
donationis.i. donatoris xp̄i. Huic illa
grā huic ista: ⁊ plerūqꝫ ī eadē grā diuer
sitas: qꝛ hic minus: hic plus habet de ea
dem gratia. Propter qđ cōprobādum
(scilicet q̄ sit donator gratiarū) spiritꝰ
sctūs dicit ī psalmo. Homo christꝰ ascē-
dēs in altū.i. sup altitudinē celorū. Ca
ptiuitatem.i.humanā naturā priꝰ a para
diso ⁊ celo exulatā reduxit in se homine
captiuā: qꝛ a loco (q̄ sibi ꝑ peccatū natu
ralis erat) ablatū / reuexit ad celos: scꝫ
ad patriā priꝰ sibi (nisi peccaret) desti-
natā. Homo eni in puritate creatꝰ para-
disū habuit ad habitādū: vt ibi peracta
obedientia inde trāsferret̄ ad celos: sed
qꝛ peccauit et repromissum celum perdi
dit: ⁊ a loco habitatiōis.i.a paradiso de-
pulsus ī terra ista captiuatꝰ ē: quā terrā
peccatū ita hoī fecit naturalē / sicē iusti-
cia q̄diu in ea fuit paradisum naturalē
fecit. Iterꝰ xp̄s destructo pctō hoīs / hu
manā naturā a miseria ista (q̄ locꝰ iā sibi
ꝑ pctm̄ naturał erat) captiuā: qꝛ a natu
rali loco ablatā reduxit ad ꝑorē patriā /
scilicet ad celos. Sꝫ quāto prior captiui
tas miserior: tanto scđa gloriosior. Ascē
dens xp̄s vtiqꝫ ī altū: dedit dona hoībꝰ.
qꝛ misit spm̄ sctm̄ ī corda discipulorum
Et quia dedit dona: probatum est chri-
stum esse donatorem gratiarum. Quis
autem intellectus colligi debeat ex eo q̄
ait / ascendens in altum: vult explanare
non tamen digradiens ab intentione. Di
co ascēdēs. Sed quid est / id est quid per
hoc intelligendum est q̄ dn̄s ascendit:
Ascendens ⁊ ascēdit pro eodem habet:
nisi hoc intelligamus: quia si ascendit se
quitur q̄ primum q̄ ascenderet descen-

Grā dona-
ta ē vni-
cuiqꝫ no
strum.

dit.i.in humili loco fuit. Si enī ascendit
sequitur ꝙ de inferiori ad superius ascē
dit. Descendit dico in inferiores partes
terre.i. in infernū: qui vtiqꝫ in terra: sed
in inferiori parte esse credit. Ideo ꝓba-
uit eum qui ascēdit prius in humili loco
sicut verū hominē habitasse: vt scientes
xp̄m datorem gratiarū sicut nos sumus
ita esse hominē: fiducialiꝰ ab eo petamꝰ
gratias suas: qui nisi cōparticipasset hu
manitati nostre: multo nobis inexorabi-
lior esset. Et quia ille ascēdit primū: igi
tur qui descēdit et qui ascēdit super oēs
celos: ipse vnus idem est indiuisus chri-
stus homo deus. Uel aliter. Quid est ꝙ
ascēdit humanitas christi: nisi qꝛ primū
descēdit diuinitas in inferiores partes
terre.i. ad vmēdā sibi humanitatē inter
hoīes? Si enī vsqꝫ ad globū solis ⁊ lune
descenderet infra esset: sed ad terras de
scēdere fuit inferius. Et licet aliꝰ videa
tur ascēdens.i. homo: alius descēdēs.i.
deus: tñ qui descēdit ⁊ qui ascēdit super
oēs celos: ipse idem est vnus indiuisa ꝑ-
sona. Sic iterū bene ad intētionē. Quia
cū tantā videamus eius potentiā vt ho-
mo deꝰ sup celos ascēderit: fiducialiter
postulare possumus ab eo qui oīa potest
Ascēdit ideo vt adimpleret oīa donis
suis: iuxta qđ idem ait. Nisi ego abiero:
paracletꝰ nō veniet ad vos. Postqꝫ pro
bauit christū donatorē gratiarū: ostēdit
diuersitatē donorū. Bene dico adimple
ret oīa: etenim ipse christus dedit quos-
dam quidē.i. discrete ab alijs apostolos

Dõe dei sunt diuerse.

Quosdā autē dedit ꝓphetas qui reuela
rent scripturas. Alios ꝟo euāgelistas.i.
predicatores. Alios autē pastores ⁊ do-
ctores.i. episcopos / qui de mensa corpo
ris xp̄i subditos pascāt: ⁊ de nouo ⁊ vete
ri testamēto doceāt. Ideo alios et alios
dedit in opus ministerij: qꝛ si vni omnia
daret dum vnus ad oīa non sufficeret:
ministeria christi impfecta remanerent.
Ministerij dico valentis ad cōsūmatio-
nē sanctoꝝ.i. vt qui iam iusti sunt ad per
fectionē ascēdant. Ministerij etiam va-
lentis in edificationē corporis xp̄i.i. ad
hoc vt de hijs qui adhuc sunt increduli
edificet corpus xp̄i.i. ecclesia. Dicerent
illi quos (ne ꝓpter vnitatē ecclesie se de-
bere esse eq̄les putarēt) admonuit. Pa
rum prodest ꝙ fidē accepimus: si semp in
subiectiōe nos oporteat permanere. De

hoc ꝯsolatur eos dicēs. Ne graue sit vo
bis si alij subijciunt: alij preferunt. Cito
enī huius diuersitatis erit finis. Diuer-
sitatis dico nō ampliꝰ durature nisi do-
nec occurramus scđm desideriū sancto-
rum ait. Occurramus omnes existētes
in vnitate fidei.i. quibus vna de christo
fides: ⁊ existētes in vnitate agnitionis fi
lij dei.i. in vnitate bonorū operū fidē se-
quētium: per que opera filiꝰ dei agnosci
tur. Uel in vnitate agnitionis dei: vt de
cognitione deitatis nō laboremꝰ: donec
occurramus in virū perfectū.i. vt simus
perfectꝰ vir / impassibilitate ⁊ immorta-
litate recepta. In virū perfectū dico scꝫ
in mensurā.i. in metā etatis xp̄i. Etatis
dico plenitudinis.i. in qua christus ple-
nitudinē habuit: scilꝫ post resurrectionē
factus impassibilis ⁊ imortalis. Uel ali
ter. Occurramus in virum perfectum si
cut dictū est: ⁊ in metā etatis xp̄i.i. xxxiij
annoꝝ ⁊ dimidij: que etas fuit plenitudi
nis. Postqꝫ enī ad illam ventū est / nō est
quo crescat caro: nec in augmento viriū /
nec longitudinis. Oēs enī siue iuniores
siue seniores in eodē pūcto etatis resur
recturi sumus: in quo xp̄s mūdū exuit
et resurrexit. Ideo alios ꝓphetas: ali-
os doctores vel pastores dedit: vt iā olī
quidē sic fuimus: sed ammodo non simꝰ
paruuli itellectu. Nec simꝰ ex nobis flu
ctuātes: modo bene modo male agētes:
et vt non per alios circunferamur modo
hac modo illac / omni vēto doctrine. Al-
ludit similitudini. Mare enim mūdū: vē
tus seductores: nauis ecclesiā: que mo-
do infra / modo supra ꝑsecutione maloꝝ
depellit significat. Doctrine dico facte
in nequicia hominū: nequissimi enim sūt
seductores huiusmodi. Doctrine etiā fa
cte in astutia / latēter seducūt simplices:
Astutia dico tēdēte ad circūuentionē er
roris.i. vt nos circūueniāt de errore suo
Non simus fluctuantes: sed crescamus
in charitate.i. in dilectiōe dei ⁊ proximi.
Ueritatē.i. purā a mēdacio doctrinā nō
solum audiētes: sed etiam facientes ope
re. Crescamus eūdo per oīa bona coope
ratione ⁊ cōsensu. Crescamus dico in il-
lo adiuuāte in quo satis crescere possu-
mus: qꝛ q̄ est caput.i. altitudo in qua sem
per ascēdendū est. ⁊ qui est christus rex
noster. ex quo capite christo totū corpus
ecclesie compactū per fidē. Et qꝛ nodū

Etas xp̄i fuit etas plenitudinis / ⁊ ī ea oēs resurgēt

Doctrine astute / seducūt simplices.

sufficit: possent enim compingi in cadē fide: & se inuicē nō sequi. sicut ligna solūmodo cōpacta / si trabaſ vnū non sequiſ alterū. Et hoc malū esset si mēbra caput non sequerenſ: ideo addit corpus ecclesie cōpactum per fidem / & cōnexū p charitatem. Dilectio eni clauus est / quo sine diuisione ligatur. Compactū dico & cōnexū per omnē iuncturā fidei / charitatis / & omniū virtutū. Iuncturā dico q̄ est cā subministrationis. i. vt alterū membrū subministraret alteri. Subministrationis dico facte ſm opationē q̄ fit in mēsuram vniuscuiusq; mēbri ecclesie. Aliud eni membrū magis: aliud min⁹ ſm q; facultas sibi est / subministrat. Totū inq̄ corp⁹ sic cōpactū & cōnexū facit augmētum corporis eccl'e. Scdm incremētū iusticie in fidelibus facit: et valēs in edificationē sui corporis. i. ecclesie cui⁹ mēbrū est: edificationē sicut supra ſm incredulos qui edificantur ad fidem. Augmētū et edificationē dico factā in charitate. i. ſm dilectionē dei & proximi. Uel ita cōstruam⁹ nō mutata sententia. Ex quo totū corpus cōpactū et cōnexū per oēm iuncturā subministrationis facit augmētum corporis in edificationē sui: facit dico ſm operationē distributā in mensurā vniuscuiusq; mēbri: et h̄ totū in charitate: q̄ de⁹ q̄sdā dedit apl'os / alios euāgelistas / alios doctores / h̄ aūt ad cōsūmationē vestrā. Iterū: q̄ totū corp⁹ eccl'e cōpinxit et cōnexuit per iūcturā fidei et charitatis: igiſ hoc dico et precipio vobis: nec simpliciter dico / sed etiam testificor in dño. i. in hac admonitione vestra deum testem adduco: ne amplius quicq̄ de vobis a me / s; (si peccatis) de manib⁹ vestris requirat. Hec verba paulus habuit ad illos: qñ cōuocata ecclesia ephesiorū ait. Nō ampli⁹ faciem meam visuri estis: state in eo q̄d vos docui. Mundus enim ego sum ammodo a sanguine vestro: videte quid feceritis: quia requiretur de manibus vestris. Testificor inq̄ in dño vt iam non ambuletis sicut olim ambulastis: et gētes adhuc ambulāt. Ubi ait. iam / significat eos pri⁹ ambulasse. Nō ambuletis sicut gentes ambulāt in vanitate. i. in secularitate sui sensus. Sensus eni mūdi vanitas est. Gētes dico habētes intellectū. i. naturalē rationē obscuratam tenebris. i. adeo vt per totū tenebre & nihil sit luminis. Gentes dico alienati a vita dei. i. ab eternitate in qua de⁹ viuit. Alienati cognitione et participatione sicut idem ait. Alienati per ignorātiam / q̄ ignorāt vitā dei: que ignorātia est in illis ꝑpter cecitatē cordis. i. ꝑpter excecatū cor eorum. Cū eni pri⁹ ꝑdicatū est illis verbū dei / facultatem habuerūt intelligēdi: et nō intelligēdi: s; q̄ elegerūt ignorare: iō excecati sunt a deo q; iā impotēs sunt / q̄d bonū est aīaduertere. Hec nō ideo loquitur illis q; ephesij in aliquo male errauerint: sed q̄ verebaſ ne faciles essent ad ritus gentiliū retrahi: in quibus ante fidem fuerant cōuersati. Q; nō errauerīt colligiſ ex eo: q; paulo inferi⁹ vocabit eos sanctos: qui excecati desperātes. Cū eni audiunt homo resurget in gloria / cōregnabit christo: & cetera: friuolū hoc putantes desperant: et ideo tradiderunt semetipsos / & nō tātum ꝯsensu & volūtate eūtes in operationem oīs imūdicie: q̄ q̄d male voluerūt: deterius operati sunt. In operationem imundicie dico: in auaricia. Quāto eni imūdius operabanſ: tanto auidiores facti sunt immūdiciarū. Uel aliter. Tradiderūt se i immūdiciā & i auariciā: vt vnū vitiū per se dicam⁹ auariciā. Gentes sic impudice et imūde ambulant: vos autē non ita didicistis christū ambulasse quē sequi debetis. Hac tamē conditione dico: si audistis. i. itellexistis illū christū. et si edocti estis i ipso. i. in informatione ipsi⁹: q̄d vtiq; verū est: q̄ audistis eū / & in ipso edocti estis: non de falsitate: sed sicut est veritas in iesu. His enim que docui vos de christo nihil falsitatis admiscui: vt nicolaite / qui predicāt christum nō iprobasse ꝯmunē vsū mulierū: & ceteris falsitatibus veritatē christi confundunt. Et q̄ ſm veritatem edocti estis in christo: igiſ deponite vos veterē hominem. Uel ita. Edocti vtiq; estis in iesu deponere vos veterē hoiem: nō q; carnē ab eo diriuatam deponatis / q̄ semel deponiſ per mortē: sed deponite eū ſm pristinam cōuersationē. i. ſm vetustatē operationis peccati. Deponite etiam eū ſm desideria erroris. i. vel de errore venientia: vel in errorem precipitantia: qui vetus homo i ipso suo ope corrūpiſ. Quāto eni frequēti⁹ peccat: tāto ipa caro magis debilitatur et deformatur. Uel in ca

Marginal notes: Dilectio ē clau⁹ ligans. — Sensus mundi vanitas est. — Nicolaitarum error.

dem sententia recte sequamur litteram.
Deponite veterē hominē q̄ corrumpit:
non solū s̄m opus: sed etiā deponite s̄m
desideria erroris. Veterē deponite: no-
uum autē hominē induite. Et ideo reno
uamini: iam enim per baptismū semel no
ui facti sunt: ait. Iterum renouamini in
spiritu sancto illuminatore mētis vestre
Vel intransitiue renouamini spū mētis
vestre. i. sequendo spiritualem mentem ve
stram: et sic renouati induite nouū homi
nem. Nouū ideo q2 noua facit oīa: q̄ no-
uus homo creatus est. Nō s̄m legē car-
nis: sed s̄m deum: de spū sancto cōcept9
et nat9. Induite dico christū in iusticia
seruata ad proximū: ⁊ in sāctitate. i. pos
sidentes vos ipsos in sanctificationem
deo. Sanctitate dico et iusticia nō simu
lationis / sed veritatis: ne simulem9 nos eē
iustos cū mali sim9. Propt̄ q̄. i. q2 vet9
homo deponēdus est: nouus induēdus
Ideo assumamus mēbra noui / deponē
tes mēbra veteris: sc3 deponētes mēda
ciū qd̄ mēbrum veteris est. Loquimini
vnusq̄sq3 veritatē cū proximo suo. Veri
Veritas mēbrū est christi. tas eni mēbrū ē xp̄i. Veritatē loq̄ debe-
mus cum proximo: quoniā sum9 mēbra
inuicē. i. alter alteri9. Sic qui defraudat
p̄ximū: in corpore suo fraudē facit. Ite
rū induendo nouū. Irascimini ɔtra pec
cata fratrū: ⁊ i irascēdo nolite peccare:
vt de cōtēptu peccati improuide irruatis ī
cōtemptū p̄ximi. Sic eni pctm̄ odiēdum
ē vt nihil min9 diligat creatura dei. In
irascēdo autē non peccabitis: si sol. i. di-
uinitas illuminās vos. Vel sol. i. illumi-
nata rō vestra nō occidat. i. non destruat
super. i. p̄pter iracūdiā vrām: q2 ira ī vo
bis nō superet rōnē. Sol occidat sup ira
cundiā a similitudine eorū dictū est: qui
b9 in valle positis mōs magn9 supesset:
sup quē eis occideret sol: dum altitudo
mōtis a valle solē auerteret. Vel aliter
q̄si diceret. Video vos nō posse penitus
cōtinere ab ira. Patior vos. Irascimini
et ita q2 nolite peccare. i. irā actu cōsūma
re. Et ad hoc cauēdū vtile erit si sol nō
occidat sup iracundiā vestrā. i. si priusq3
veniat vespera deponat ira. Diceret̄ illi
Precipis: nolite peccare: s3 quō potest
hoc ne peccemus fieri? Ad hoc ait. Ut
peccatū euadere possitis: nolite locū. i.
oportunitatē peccādi dare diabolo ī vo
bis: sed fugite eū. Nolite locū dare dia-
bolo: sed ille qui prius furabat: iam am-
modo non furet. Ad litterā. Sed magis
laboret. i. laborare eligat operādo mani
b9 suis. Nō homicidia vel huiusmodi:
s3 qd̄ bonū et vtile est. Et adeo laboret
vt habeat sibi: et vnde tribuat proximo
necessitatē patienti. Iterū aliud. Omis
sermo malus nō procedat. i. null9 sermo
malus p̄cedat ex ore vestro. Sed si q̄s
sermo est bonus et vtilis ad edificationē
fidei. i. vt p̄ximū edificet in fide: ille pro
cedat. Ita tamē vt det gratiā audiētib9
vt gratus sit hijs qui audiūt / ⁊ loco / ⁊ tē
pore. Vos prelati (sicut dictū est) doce-
te. Et vos auditores nolite contristare:
nō dico solum eos q̄ vos instruunt: sed q̄
in eis loquit spm̄ sanctū. Spiritum dico
dei. Videte q̄ grauis culpa: q2 si predi-
catorē et spiritū in eo loquentē: et si spm̄
offenditis et deū: ita q̄ predicatorē offē
dit / deum offendit. Nolite cōtristare spi
ritū / in quo spiritu signati estis: vos eni
cera: spūs sigillū impressum vobis. Si-
gnati dico in die redēptiōis. i. baptismi.
in quo ab oī peccato redēpti estis. Nolu
te contristare spm̄: sed tollat a vobis ois
amaritudo animi / ⁊ ira. i. subita ɔmotio
animi et indignatio. Si eni ignobilis su-
perabūdat vobis nobilibus ne indigne
mini. Et clamor. Ne inordinate ɔclame
tis lingādo. et blasphemia facta in deū
vel p̄ximū. Qui eni sic ait: Quare h̄ de9
fecit. Videt dixisse q̄ deus nō bene fece
rit. Et breuiter oīa remouēā: hec cū om
ni malicia. i. et omnis malicia: tollātur a
vobis. Nesitis amari vel blasphemi: s3
estote benigni. i. largi inuicem alter dan
do alteri. Et si non habetis / quid detis:
estote saltē misericordes animo: donan
tes inuicē. i. indulgēdo alter alteri sicut
deus donauit vobis peccata in christo /
id est per christum.

¶ Capitulum. v

Estote ergo imita-
tores dei sicut filij
charissimi: ⁊ ambu
late in dilectiōe sic̄
et xp̄s dilexit nos:
et tradidit semetip
sum p̄ nobis oblationē et hostiā
deo† i odorē suauitatis. Fornica- † Ar. nō habz deo

xlvi. di. clericū. xxxij. q. iiij. in eodem.

tio aūt et oīs imūdicia/ aut auaricia/nec nominet in vobis: sicut decet sanctos: aut turpitudo: aut stultiloquiū: aut scurrilitas q̄ ad rē nō pertinet/sed magis gratiarū actio

i. q. i. eū qui. ꝛ c. sicut videri. i. si. et q. iij. saluator

Hoc enī scitote: intelligētes q̄ oīs fornicator/aut imūd⁹/ aut auar⁹/ (qd̄ est idolorꝫ seruit⁹) nō habet hereditatē in regno christi et dei. Nemo vos seducat inanib⁹ verbis: ꝓpter hec enī venit ira dei in filios diffidētie. Nolite ergo effici participes eorū. Eratis enī aliqn̄ tenebre: nunc autē lux in dn̄o: vt filij lucis ambulate. Fruct⁹ enī lucis est ī oī bonitate: et iusticia: et veritate.

Coloss. iij. a. De excess. pla. vt clerici. De pe. di. iiij. § hāc societatem.

Probantes q̄d sit beneplacitum deo. Et nolite cōicare opib⁹ infructuosis tenebrarū: magis autē redarguite. Que enī i occulto fiūt ab ipsis: turpe est et dicere. Oia aūt q̄ arguūt/ a lumie manifestant. Oē enī qd̄ manifestat: lumen est. Propter qd̄ dicit. Surge q̄ dormis/et exurge a mortuis: ꝛ illuminabit te christus.

Colo iij. a.

Uidete itaqꝫ fratres q̄mo caute ambuletis: nō q̄si insipiētes sꝫ vt sapiētes: redimētes tp̄us qm̄ dies mali sunt.

ro. xij. a. i. Thes. iiij. a. xxxv. di. vinolentum. De cōse. di. ij. in calice. De iure iur. et si christ⁹. De cōse. di. i. de hymnis xxxij. q. vi. ca. fi. De sac vnct. c. vnico. i. Cor. xi. a.

Propterea nolite fieri iprudētes: sꝫ intelligētes que sit volūtas dei. Et nolite inebriari vino i quo est luxuria: sꝫ ipleamini spū sctō/loquētes vobismetipsis i psalmis/ꝛ hymnis/ꝛ cāticis spiritalib⁹/cātantes et psallētes in cordib⁹ vr̄is: dn̄o grās agētes sp̄ ꝓ oib⁹ ī noīe dn̄i nr̄i iesu xp̄i deo ꝛ pr̄i. Subiecti iuicē: ī timore xp̄i. Mulieres viris suis subdite sint sicut dn̄o: qm̄ vir caput ē mulieris sic xp̄s caput est ecclē: ipe saluator corpis ei⁹. Sꝫ sic ecclā subiecta ē xp̄o: ita ꝛ mulieres viris suis in oib⁹.

Coloss. iij. a. i. Pet. iij. a.

Uiri diligite vxores vr̄as/sicut ꝛ xp̄s dilexit ecclesiā: et seipsum tradidit ꝓ ea vt illam sanctificaret: mūdās eā lauachro aq̄ in ṽbo vite: vt exhiberet ipse sibi gloriosā ecclīam nō habētem maculā/aut rugā/aut aliq̄d hmōi: sed vt sit sctā ꝛ imaculata

xlvij. di. sicuti. § necesse.

Ita et viri debent diligere vxores suas vt corpa sua. Qui suā vxorem diligit: seipm̄ diligit. Nēo enī vnq̄ carnē suā odio habuit: sed nutrit ꝛ fouet eā sicut et xp̄s ecclesiā: q: mēbra sum⁹ corpis de carne ei⁹: et de ossibus ei⁹.

Genes. ij. d. Matth. xix. a.

Propt̄ h̄ relinquet hō patrē et matrē: et adherebit vxori sue: et erunt duo in carne vna. Sacramētū hoc magnū est. Ego autē dico: in xp̄o et in ecclīa. Uerūtamē et vos singuli vnusq̄sqꝫ vxorē suā sicut seipsum diligat: vxor autē timeat virum suum

¶ Expositio Cap. v.

Et q: de⁹ donauit vobis peccata: ergo estote imitatores dei sicut filij charissimi dimittēdo alter alteri. Nec solū donādo imitamini/sed etiā ambulate i dilectione vt alter alterū diligat sicut ꝛ christus dilexit nos. Dilexit vti q̄: etenī tradidit semetipsum ꝓ nobis oblationē ꝛ hostiā deo in odorem suauitatis: in veteri lege oblatio dicebant panes propositionis: lumiaria: ꝛ huiusmodi. Hostia vero qd̄ mactabat in altari: in christo vero oblatio fuit oīa illa bona q̄ gessit vsqꝫ ad diē mortis. Hostia autē dictus est qn̄ seipm̄ obtulit in ara crucis: ꝛ illa vetus hostia dicebatur esse suauissimus odor deo fm̄ sacrificium christi qd̄ prefigurabat: fm̄ se ei fetidū erat. Estote imitatores dei: nō autē fornicatores. Et sic ait. Fornicatio ꝛ oīs imūdicia (sicut sepe exposuimus) aut auaricia: nō solū dico nō sit: sꝫ nec etiā nominet in vobis. i. ne vos tales improuide exhibueritis: vnde qs male saltē possit opinari. Dico nō noietur i vobis sicut decet sanctos qd̄ estis vos: nō tantū corā deo: sed etiā ꝓuidere bo-

Oblationes panes propositionis ducebatur.

na coram hominib⁹. Vocās eos sanctos
innuit se nō scribere hec / q̄ peccauerit:
sed propter hoc solū vt sibi de cetero ꝓ-
uideant. Fornicatio non nomineť in vo-
bis: aut turpitudo: aut stultiloquiū: aut
Turpitudinē q̄d vocat apl̄us. scurrilitas. Turpitudinem vocat attre-
ctationes: ⁊ illas mulierū deosculatio-
nes. Stultiloquiū in illis q̄ laborāt ap-
posite loqui mulieribus ad persuaden-
Scurrilitas q̄d est. dū. Scurrilitas est pectere ⁊ ornare se
vt placeant illis q̄d iudicāt curialitatē.
que scurrilitas nō ptinet ad rē. i. nō spe-
ctat ad aliquā vtilitatē: ⁊ ideo non noieť
in vobis: sed magis actio gratiarū. i. sic
honeste vos habete: vt in vobis agāt gra
tias deo q̄ bona vestra viderit. Ideo hec
nō nomineť in vobis: q̄ qui huiusmodi
est: non habet hereditatem in regno dei.
Vel ita. Nō solū ideo nō noieť i vobis:
q̄ nō ptinent ad rem: sed etiā ideo q̄ au
ferūt regnū dei. Vn̄ sic ait. Scitote hoc
intelligētes. i. subtili intelligētia hoc di-
scutientes: ꝙ omnis fornicator: aut imū
dus: aut auar⁹: q̄d sc; auarū esse est ser-
Auar⁹ pecuniā deū fac. uitus idolorū. Dū eni auarus magis di
ligit pecuniā q̄ deū: eam sibi facit deum
Fornicator inq̄ cū ill': nō habet heredi-
tatē in regno christi ⁊ dei: ⁊ ne ab heredi
tate regni alieni sitis videte. Nemo sedu
cat vos verbis inanibus. i. falsis ⁊ men-
dacibus. Hoc ait propter illos nicolai
tas / q̄ suadebant deo nō displicere que-
cūq̄ carnalia. Videte nē q̄ seducat vos.
Nā ꝑpter hec q̄ supius ꝓhibita sunt ve-
nit ira. i. vīdicta dei in filios diffidētie.
i. de quorū salute diffidimus: vel qui de
salute dei diffidūt. Et quia propter hec
venit ira dei / ergo nolite effici partici-
pes eorū. i. fornicatiōis: immūdicie: aut
auaricie. Ideo non debetis participare
hijs: q̄ modo difficilius esset vobis pec-
care q̄ olim: tūc eni per ignorantiā: sed
nunc prudētes manū mitteretis in ignē
Vn̄ sic ait. Eratis aliquādo. i. ante fidē
tenebre. i. ignorantes: nūc aūt lux in do-
mino. i. illuminati p dn̄m. Et ideo ambu
late vt filij lucis debēt ambulare. Ambu
late dico in oi bonitate habita in vobis:
⁊ iusticia ꝯuata ad ꝓximū: et in veritate
vt vba vba dicatꝫ. Ideo in hijs: q̄ sic am
bulare est nō simpliciter op⁹ / sed fruct⁹
lucis. i. fructiferū opus illuminatorum.
Ambulate vt filij lucꝫ: ꝓbātes. i. ꝓbabi
liter cōsiderātes q̄d est bn̄placitū deo.

Et vt q̄d bn̄placitū est ei faciatis: noli-
te cōmunicare operib⁹ tenebrarū. i. tene
brosorū. Operib⁹ dico infructuosis ⁊ in
utilib⁹: nolite cōicare: sed magis redar-
guite opa tenebrarū. Nō debetis cōica
re: q̄ turpe ē etiā dicere: nedū facere ea
q̄ fiūt ab ipsis i occlto. Qui ei male agit Jo. iij. c.
lucē odit. Opa tenebrarum redarguite:
modo assumit. Oia autē q̄ arguunť a lu-
mine. i. reprehēdunť ab illuminatis: ma-
nifestanť p cōfessionē: ⁊ dū arguunť pe-
nitēt se male egisse. Et vtile est si manife
stanť: Oē eni q̄d sic p cōfessionē mani-
festať lumē est. i. iā incipit esse in lumine
iusticie cū penitet se male egisse. Vel ali
ter. Oia q̄ arguunť a lumie (sicut dictū
est) manifestanť ipsis qui reprehēdunť:
pri⁹ eni ignorabāt pōdus peccati sui: q̄d
per reprehēsionē agnoscunt. Oē aūt q̄d
sic manifestať lumē est: q̄ in eo ꝙ iam co
gnoscit peccatū suū q̄dāmodo illumiať
⁊ appropinq̄t iusticie. ꝑpter q̄d cōprobā
dū sc; ꝙ tenebre fiunt lumē p manifesta-
tionē dicit / spūs sctūs in me. Hec eni au
ctoritas alibi non inueniť in scripturis.
Dormiens in petō q̄liter surgere d;. Dicit inq̄ ita. Tu q̄ dormis p ignorātiā
in pctō: surge per cognitionē pcti / seu p
cōfessionē: ⁊ cognito pctō exurge a mor
tuis. i. a pctis q̄ generāt mortem. Vel a
mortuis. i. a nūero mortuoꝝ. i. pctōrū: fa
ciēdo fruct⁹ dignos pnie: et sic tibi exur
gēti illumiabit xp̄s ifūdēdo grāȝ. ¶ Di
xit supius redarguite opa tenebrarū: q̄
eni arguūtur p manifestationē / de tene
bris fiūt lumē. Et q̄ de redargutiōe tā-
ta seq̄tur vtilitas: vt q̄d tenebrosū ē / fiat
lumē. Itaq̄ fratres redarguite opa te-
nebrarū: ⁊ vt libere redarguatis: videte
q̄uo ambuletis caute. i. ne forte iueniať
in vobis q̄d in alijs redarguitis. Caute
ambuletis nō q̄si insipiētes: q̄ eni q̄d i se
est / in alio reprehēdit: insipiēter agit: dū
q̄d sibi in alio displicet: in se sibi placet.
Nō q̄si insipiētes: s; vt sapiētes. i. prius
purgātes ꝯsciētiā: ⁊ tunc libere mala ꝓ-
ximi redarguētes. Caute inq̄ ambulate
Tēpus redimere q̄d est. Vos dico redimētes tp̄s. Scd̄z btm̄ gre
goriū tp̄s redimere ē anteacta mala fle
tib⁹ diluere. Cū ei male agim⁹: tp̄s pdi-
mus: cū vero mala q̄ gessim⁹ p penitēn-
tiā emēdam⁹ / ⁊ deinceps bn̄ agimus: tē
pus pditū redimim⁹. Vel redimētes. i.
preparātes vobis tp̄us. Tūc eni tēpus
redimim⁹ cū nos ad agēdū q̄d bonū est

Tēpus perdit q̄ male agit

idoneos preparam⁹. Sicut enī q̄ male agit tp̄us perdit: sic q̄ bene agit tempus quidē habet / s3 nō redimit: sed prepara̅do se vt sit idoneus ad bn̄ agendū: hijs ꝑparatiōib⁹ tp̄us redimere dicit. Uidete vt caute ambuletis: et tp̄us redimat〈is〉 q̄m dies mali. i. hoīes in dieb⁹ istis mali sunt. Et ꝓpterea q̄m dies mali sunt: nolite fieri īprudētes. i. īprouide arguētes s3 intelligētes. i. ex intelligētia ꝛ calliditate mala ꝓximi corripiētes. Intelligētes dico q̄ sit volūtas dn̄i. Uolūtas enī dei est magis humiliter cōdescēdere ꝓximo q̄3 nimia asperitate eū deterrere. Nolite fieri īprudētes: et nolite inebriari vino in quo vino est cū ebrietate luxuria: sed inebriamini sp̄ū sc̄tō. Et sic ait. Impleamini sp̄ū sc̄to loquentes vobismetipsis. i. cū intellectu coꝛ q̄ ꝓfertis.

Psalmus qd dicitur

Loquētes dico i psalmis. Psalmus dr̄ cātus ille q̄ motu manuū fit in instrumēto illo qd̄ dicit psalteriū. Uñ sic ait. Loquētes in psalmis. i. in his q̄ ptinēt ad instructionē moralitat〈is〉. Loquētes i hymnis.

Hymn⁹ qd dr̄

Hymnus dicitur laus dei cū cātico Hymnos etiā hic vocat: vel laudes dei vel gesta sanctoꝝ similiter ad gloriā dei

Cantică qd dr̄

Loquētes etiā i cāticis spiritalib⁹. Cāticū dicit exultatio de celesti bono: et iō ait spiritalibus: qbus canticis maxime vtunt monachi agētes ibi in desiderio future beatitudinis. Nō solū cū intellectu loquētes Psalmos. Hymnos. Cātica: s3 etiā operātes qd̄ loquūtur. Et sic ait. Cātātes i hymnis ꝛ cāticis: ꝛ psallētes. i. bene operātes in psalmis. Cātare in hymnis et canticis ꝓ mō suo operari est. Cātātes dico / et psallētes dn̄o in cordib⁹ vestris. i. ex dilectione nō q̄si coacti. Agētes etiā gr̄as semp deo ꝛ patri q̄ et creauit et diligit. Gratias dico ꝓ oībus seu aduersis / seu ꝓsperis. Agētes dico in noīe. i. ad glorificādū nomē dn̄i nr̄i iesu xp̄i. Uos dico subiecti inuicem alter alteri in timoꝛe. i. i dilectione xp̄i. Postq̄3 hec ꝓcepta in publico dedit: admonet separatim sexus et cōditiōes q̄uo cohere re debēt alter alteri. Lr̄a sic iungit. Dico subiecti estote inuicē: s3 mulieres alio genere subiectiōis subdite sint viris suis: ita subdite sicut dn̄o. Jō viri

Uir est caput mulier〈is〉

subijciant vt dn̄o: q̄m vir caput. i. rectoꝛ est et principiū mulieris: sicut et christ⁹ caput est ecc̄lie gubernādo eā quā formauit de latere suo. Sicut enī de costa viri mulier: sic de latere xp̄i eccl'a. Ipse etiā xp̄s saluatoꝛ est coꝛporis eius. i. ecc̄lie. eā enī saluat: sed vir regere q̄dē pōt mulierem: sed saluare neq̄t. Et l3 in h̄ differāt q2 xp̄s saluat eccl'iā: vir nō saluat mulierē: tn̄ nō ꝓpterea minoꝛ sit subiectio. S3 sicut eccl'ia subiecta est xp̄o: ita et mulieres subiecte sint viris suis in oīb⁹ que opoꝛtet. Mulieres subdant viris. Uos āt viri nō dico estote subditi mulierib⁹: s3 diligite vxoꝛes vr̄as: nec parū: sed sic xp̄s dilexit eccl'am. Dilexit vti q̄: etenim tradidit seip̄3 i moꝛtē ꝓ ea: vt sctificaret illā a pctīs: mūdās eā lauacro aq̄. Hic aquā ōn̄dit necessariā ablutiōi. Mūdās

Uerbū dicit apostolus platione trinitatis.

dico in verbo. Uerbū dicit ꝓlationē trinitatis. Uerbo dico vite. i. in q̄ v̄bo accipit vita iusticie. Uel v̄bo vite. i. xp̄o q̄ in baptismo vitam nobis iusticie restituit. Sctificaret iō vt in die nuptiarū ip̄e sibi exhiberet ecclesiā decoꝛe virtutū gloriosā: nō habētē maculā. i. aliqd̄ crimīale aut rugā. i. dolositatē: aut aliquid eius modi: qd̄ vl macula videat ēe vel dolus: s3 vt sit sc̄tā positiōe virtutū: et vt sit īmaculata remotiōe vitioꝝ. Sicut christus eccl'iam: ita diligāt viri vxoꝛes: ita etiā debēt diligere vt coꝛpa sua. Uere ita vt

Uxor q̄re a viro diligenda est.

coꝛpoꝛa. Qui enī diligit suam vxoꝛem diligit seipsum. Uxoꝛ enim caro viri est: ꝛ iō debet eā diligere. Nemo enī vnq̄3 habuit odio carnē suā: sed nutrit cibis: ꝛ fouet eā vestimētis. Martyres etiā q̄ carnes suas tradiderūt ad ignē: dicunt dilexisse carnē: dū eā voluerūt pati ad boꝛā vt sic redesceret in eternū. Sicut ifirm⁹ q̄ carnē suā medico tradit ad vrēdū ꝛ secādū: vt ꝑ aspitatē vnius diei habeat lōgo tp̄e q̄etā sanitatē coꝛpis. Nutrit dico ꝛ fouet. Sicut xp̄s nutrit et fouet eccl'iā sc3 nos q̄ eccl'ia ei⁹ sumus: iō nutrit nos ecclesiā suā: q2 sum⁹ mēbra coꝛpis eius xp̄i. i. ecc̄lie. Nos dico existētes q̄dā de carne ei⁹. Hij sūt ifirmi min⁹ foꝛtes i ecclesia. Quidā vero existētes de ossib⁹ ei⁹ . i. de robustioꝛib⁹ in eccl'ia. Xp̄s carnem habuit: s̄m infirmitatem cui⁹ tedebat ꝛ pauebat. Habuit ossa: i. rōnē s3 quā dicebat. sp̄us prōpt⁹ est. Sic hodie in eccl'ia q̄dā caro: q̄dā ossa dicunt. In h̄ et v̄bo mittit nos ad p̄mā creationē: q̄n adam vidēs euā creatā ait. Hoc nūc os de ossib⁹ meis: ꝛ caro de carne mea. Propt

hoc qz vxor caro viri ē: relinquet hō pa-
trē z matrē suā / z adherebit vxori sue: et
erūt duo vir z vxor in carne vna. Cū hō
caro sit pris z mris i carne q̄rū originē
habuit: magis dr vir caro mulieris: z sm
naturā creationis q̄ de viro mulier for-
mata est. Et sm vim illi⁹ cōiūctiōis in q̄
mirabiliter trāscunt in vnitatē carnis:
adeo vt dicāt physici: q si sāguis viri et
mulieris q̄ carnalit̄ ꝯmixti sint: in codē
vase ponat̄: indiuisibiliter cōmiscet̄. Si
vero sāguis eoꝝ q̄ rē simul nō habuerit /
silr ponat̄ / nō sic admiscet̄: sz sāguis viri
p se z mulieris sicut ante vel postpositū
ē remanet. Propterea qz vna caro sunt.
vir dz vxorē diligere. Preterea iō qz h
.i. relinquet hō patrē z cetera: ē magnū .i.
magne rei sacramētū. Sic eni ait. Relin
quet hō patrē significat filiū dei reliquis
se patrē: dū ipe p naturā deitatis inuisi-
bil / sic pr sub forma sui ꝓbuit se visibilē
Reliqt iteꝝ matrē .i. synagogā i q̄ nutri-
tus erat: z adhesit vxori sue .i. ecclie quā
sibi anulo fidei desponsauit. Hoc in ꝙ ē
sacramētū. Ego āt dico rē hui⁹ sacramē-
ti existere i xpo / et i ecclia sicut dictū est
Si ois alia cā i ꝯiugio cessaret: celebrā-
dū tñ eēt ꝓ sola dignitate rei cui⁹ figu-
ra est. Sed licet res huius sacramēti in
christo tantū sit z in ecclesia / non in viro
et muliere: verūtamen z vos singuli: nō
ille vxorē ꝓximi: sz vnusq̄sqz diligat suā
sicut seipsum. Uxor aūt nō solū diligat:
sz etiā timeat virū suum. Sic viri ad vxo-
res: z vxores se habeant ad viros.

¶ Capitulum. vj.

Lu.xi.ca.j. Filij obedite parēti
b⁹ vris i dño. Hoc
Coloss. iij.d. eni iustū est. Hono
Exodi. xx.c. ra patrē tuū / z ma-
Eccle. iij.b. trē tuā: qd ē māda-
tū ꝓmū i ꝓmissiōe:
Matth. xix.c. vt bñ sit tibi: et sis lōgeuus sup ter
xxxvij. rā. Et p̄rēs vos nolite ad iracūdiā
di. legūt ꝓuocare filios vros: sz educate il-
xlvij. di. los i disciplina z correctiōe dñi.
sicut hi. Serui obedite dñis carnalib⁹ cū ti
¶. necesse. more z tremore. In simplicitate
cordis vri sic̄ xpo: nō ad oculū ser-
uiētes q̄si hoib⁹ placētes: sz vt sui

xpi faciētes volūtatē dei ex aīo: cū
bona volūtate fuiētes sic̄ dño z nō
hoib⁹: sciētes qm̄ vnusq̄sqz qdcūqz
fecerit bonū h percipiet a dño: siue
fu⁹: siue liber. Et vos dñi eadē faci
te illis: remittētes minas: scientes qz
z illoꝝ z vester dñs ē i celis: z psonaꝝ
acceptio nō ē apud deū. De cetero Roma. ij.b
fres ꝯfortamini i dño: z in potētia Coloss.
Ⱦtutis ei⁹. Induite vos armaturā iij.d.
dei: vt possitis stare aduersus isidias Actuū x.f.
diaboli: qm̄ nō est nobis colluca- Jacobi.
tio aduersus carnē z sāguinē: sz ad- ij.b
uersus pncipes z ptātes: aduersus j.pe.j.c.
mūdi rectores tenebrarū haꝝ: ꝯtra
spiritualia neq̄tie i celestib⁹. Pro
pterea accipite armaturā dei vt pos
sitis resistere i die malo: z i oib⁹ pfe-
cti stare State ergo succincti lūbos
vros i veritate: et induti lorica iusti-
cie: et calciati pedes in ꝓparationē
euangelij pacis. In oib⁹ sumētes
scutū fidei: i quo possitis oia tela ne-
quissimi ignea extiguere. Et galeā
salutis assumite: ac gladiū spūs qd
est vbū dei: p oēm orōnē z obsecra
tionē orātes oi tpe i spū: z in ipo vi
gilātes i oi instātia z obsecratione
p oib⁹ sctis z p me: vt det mihi ser
mo in aptiōe oris mei: cū fiducia
notū facere mysteriū euāgelij: pro
quo legatiōe fūgor in cathena ista:
ita vt in ipo audeā put oportet me
loq. Ut aūt z vos sciatis q̄ circa me
sūt q̄d agā: oia vobis nota faciet ti
chicus charissim⁹ frater et fidelis
minister in dño: quē misi ad vos in
hoc ipm vt cognoscatis q̄ circa nos
sunt: z cōsolet̄ corda vra. Pax fra
trib⁹ z charitas cū fide a deo patre
nostro z dño iesu christo. Gra cum
omnibus qui diligūt dominū no-
strum iesum christū in icorruptio-

ne. Amen. ¶ Expositio cap. vj.

Vos etiã filij obedite parentib⁹ vestris: ita tñ q̄ i dño: in his ei q̄ cõtra fidẽ sunt: parentes audiẽdi nõ sunt. Obedite dico: h̃ eni iustũ est: hoc sc3. Honora patrẽ tuũ ⁊ matrẽ qḋ mãdatũ p̃mũ est in scda tabula. Due tabule date sunt moysi. In p̃ma posita sũt tria mãdata p̃tinẽtia ad deũ. s. Diliges deũ tuũ: et dñm deũ tuũ adorabis: et illi soli suies. Et nõ assumes nomẽ dei tui inuanũ. In scda tabula: septẽ mãdata posita sunt ad hoĩes p̃tinẽtia. h̃ aũt. Honora patrẽ: p̃positũ est illis sex. Hoc etiã mãdatũ fuit datũ in p̃missiõe: q: statim post mãdatũ subiũcta est mãdati p̃missio. Hec sc3 vt bñ sit tibi honorãti patrẽ: et vt sis lõgeuus sup terrã hãc. et in vera terra repromissiõis longeuus: q: p̃manes. Filij obediãt parentib⁹. Et vos patres nolite filios vestros p̃uocare ad iracũdiã: s3 educate illos in disciplina: docẽtes eos q̄ eis addiscẽda sunt ⁊ in correptione: vt si peccauerit q̃ũo decet corripiatis. Disciplina / ⁊ correptione dico dñi. i. s3 dominũ facta. Filij obedite parẽtib⁹: vos etiã serui obedite dominis etiã carnalib⁹. Obedite dico cum timore animi et tremore corporis. Et in simplicitate cordis vr̃i. i. sine oĩ dolositate: obedite illis sicut xp̃o obediretis. Uos dico nõ suiẽtes illis ad oculũ. i. vt in facie dñi deuoti sitis: retro aũt supbi Dico nõ seruiẽtes ad oculũ: q̃si per hoc placeatis hoĩb⁹: s3 sic̃ sui xp̃i ex animo nõ coacti faciẽtes volũtatẽ dei. i. sicut bonũ esset vobis facere volũtatẽ dei: ita sitis seruiẽtes illis cũ bona volũtate sicut dño: et nõ sicut hoĩb⁹. Jdõ ait sicut dño: cũ enim pro pctõ suo vel parẽtũ serui facti sint: si hanc penã peccati patienter tulerint deo magis obedire videnẽ q̄ homini: qui eos sub hac conditiõe p̃ peccato redegit. Seruite illis sicut dño: sciẽtes quoniã vnusquisq; siue seruus siue liber percipiet in dño remunerãte sibi qḋcũq; bonũ fecerit. Serui obedite dñis: ⁊ vos dñi facite illis eadẽ: nõ q: illis suiatis / sed vt labores eorũ pie remuneretis Eadẽ facite ill'. remittẽtes minas. i. nolite eos vexare minis: scientes q: idẽ dominus illorũ et vester est in celis. Et sciẽtes quoniã acceptio p̃sonarũ nõ est apḋ deum: nõ eni minus diligit seruũ q̄ liberũ: solũmõ bonus sit. ¶ Post q̄ singulares admonitiones ad sexus et conditiones fecit: reuertitur ad cõmunem ecclesie admonitionẽ: timens defectũ eorũ: et sciens eos nõ ampli⁹ visuros faciẽ suã. Sic filij ad parẽtes: serui ad dños se habeant: et ecõuerso. Uos autẽ fratres in cõmuni de cetero. i. in futuro. Confortamini. i. fortes estote in dño: ⁊ vt cõfortemini state in potẽtia virtutis eius. i. potentes estote p̃ virtutẽ eius. Uirtutẽ hic vocat arma que sequũtur: quib⁹ potẽtes sunt cõtra hostes: vt autẽ fortes ⁊ potentes sitis. Induite vos armaturã dei: vt armis dei induti possitis more pugnantiũ stare aduersus isidias diaboli. i. diabolum insidiantem vobis: ⁊ ne in hac pugna negligẽtes sitis: q: nõ est nobis colluctatio aduersus carnẽ et sanguinẽ. i. cõtra visibilem hostẽ. Ubi ait colluctatio / innuit pugnã eẽ de proxio. Sed est nobis colluctatio aduersus p̃ricipes. i. malignos spiritus: qui etiã alijs spiritibus principanẽ: et etiam aduersus potestates. i. eos spirit⁹ qui sup principes potentiã habẽt. Et aduersus rectores mũdi: non q: seculũ hoc regãt: sed rectores tenebrarũ harũ. i. horũ in peccatis tenebrosorum eos eni tantum non alios regunt. Et est nobis pugna cõtra spiritualia. i. cõtra inuisibiles hostes. Spiritualia dico nequitie: nequissime eni sunt hij spiritus. Hec autẽ pugna est in celestibus / id est nõ pro terrenis: sed vt celestia gaudia auferant a vobis. Uel s̃m augustinũ cõtra spiritualia habitantia in celestib⁹. i. in aere: et propterea quia cõtra principes et spiritualia pugna ẽ: accipite ideo spiritualẽ armaturã dei. i. virtutes: vt p̃ hec arma possitis resistere in die malo. i. in tẽpore hoc qui dies malus dicit̃: q: sancti in hoc tẽptationibus affligũtur. Nec solũ resistere: sed etiã possitis stare perfecti p̃summata iusticia. Stare dico in oĩbus tã aduersis q̄ prosperis. Et q: i hac pugna armatura dei necessaria ẽ: ergo accipite Cingulũ. Loricã: scutũ ⁊c. Q: sic ait. State in pugna succincti lũbos vestros. i. habentes cingulum in lũbis quo reprimatur luxuria. Succincti dico in veritate: ne forte extra simulẽtis castitatem; intus lasciuiam habeatis. Uel succincti lumbos i charitate: q:

Uirtutẽ arma vocat apostolus

Tẽpus hoc dies mal⁹ ẽ

dilectio dei cigulũ sit lũbor mortificãs i nob luxuriã. State etiã iduti loricã iu sticie.i.iusticia sit vob lorica sine lesiõe ꝗslibet ict⁹ excipiẽs. Non iõ dicit ỽitatẽ cigulũ lũbor: et iusticiã eẽ loricã: ꝗn eeõ uerso idẽ dicere bonũ eẽt. State etiã cal ciati pedes.i.affectiões vr̃as bñ hñtes munitas. Nõ dico i euãgelio: s3 ẽt i ꝑpa tiõe euãgelij. Ut primum in vobis osten dã quod alijs euangelizabitis. Hec eni ꝑꝑatio bona ẽ. Euangelij dico paci.i. ꝑ qð int deũ ⁊ hoiem pax reformat. Cal ciati pedes vos dico: sumẽtes i oib⁹ ipu gnatiõib⁹ scutũ fidei.i. fidẽ scutũ ⁊ ꝓte ctionẽ vob. In ꝗ scuto fidei possitꝭ extin guere oĩa ignea tela illi⁹ neqssimi aduer sarij. Assumite etiã galeã salutꝭ.i. spes ⁊ desideriũ etnẽ salutꝭ sit vob galea ꝗ ca put ꝰ voluatis. Sicut ei caput digni⁹ mẽ brũ ẽ / sic futura sal⁹ digni⁹ respect⁹ est Assumite etiã gladiũ spsscti: qð.i.ꝗ gla di⁹ ỽbũ dei ẽ. Et ꝰ gladio.s. ỽbo dei feri unt hostes ⁊ cadũt. Uos dico orantes ꝑ oẽm.i.ꝑ ois modi orõnẽ ⁊ ꝑ omnẽ obse crationẽ. Oro ðr vt simplr de⁹ adiuua me. Obsecratio cũ adiuramẽto: vt ꝑ pas siõnẽ tuã libera nos dñe. Orantes dico oĩ tpe nõ ligua tm̃: s3 i spũ.i.ex corde. Et i ĩpo.i.i orãdo sitis vigilãtes i oĩ istãtia ⁊ i oĩ obsecratiõe facta ꝓ oib⁹ sctis. Fa cta etiã ꝓ me ad ꝰ vt detᷣ mihi ſmo i ap tione oris mei.i. vt apto ori accõmodetᷣ grã ſmõis. Et vt detᷣ mihi cũ fiducia no tũ facere mysteriũ.i.secretum euangelij mei. Pro ꝗ mysterio reuelãdo fũgor le gatiõe posit⁹ i cathena. Ita detᷣ cũ fidu cia vt audeã i ĩpo euãgelio loꝗ / ꝓut me op3: nõ ampli⁹ vẽtur⁹ ad vos. De his ꝗ vobis agẽda sunt / sic vos docui. Ut aũt ⁊ vos sciatꝭ tribulatiões ꝗ circa me sũt: ⁊ ꝗd ego agã i illis. Tichic⁹ charissim⁹ frater ⁊ fidelis mĩster in dño / nota faciet vobis oĩa: quẽ Tichicũ misi ad vos in ꝰ ipm vt cognoscatꝭ ꝑ eũ ꝗ circa nos sunt: ⁊ vt cõsoletᷣ corda vr̃a cũ audieritis me pati ꝓ noĩe xp̃i / ꝑ ꝗ oẽ on⁹ leue ẽ / oẽ iu gũ ferre suaue ẽ. Hic ẽt hic⁹ fuit ꝑ quem hãc eplã misit: itẽdẽs ꝑ vtrũq3 eos cõ solari. Uobis frĩb⁹ sit pax ⁊ charitas cũ fide.i.⁊ fides a deo pr̃e et dño iesu xp̃o. Grã sit cũ oib⁹ ꝗ diligũt dñm nr̃m iesu3 xp̃m. Diligũt dico in icorruptiõe.i. i ite gritate dilectiõis. Dictũ ẽ a siĩtudĩe spõ se ꝗ se maritũ diligere ꝓbat / dũ ei itegri tatem suam reseruat. Uel ita. Gratia sit

Oratio et obsecratio ꝗ uersa sunt.

illis in icorruptiõe.i.in spe incorruptio nis.i.vite eterne. Amen.

¶ Incipit argumentum in episto lam ad philippẽses.

Philippẽses sũt ma cedones. Hi acce pto verbo veritatis perstiterũt in fide: nec recepert falsos aplos. Hos collau dat apls: scribẽs eis a roma de car cere per epafroditum.

¶ Incipit prologus Brunonis in epistolam ad Philippenses.

Philippis ciuitas est i macedonia: in de philippenses. Hij ãt de nũero eo rũ fuert: quos i se cũda eplã ad corin thios adeo magnificauit paul⁹ di cẽs: seipõs ꝑmũ dedert: deide sua. Apd hos philippenses aliquãdiu ꝯuersat⁹ fuerat paul⁹ ꝑdicãs eis ỽ bũ dei: ⁊ ꝑ eũ susceperũt fidẽ xp̃i. ꝗ b⁹ ꝯfortatꝭ i mãdatꝭ dei: discessit ab eis. S3 cũ rome eẽt i vĩclis: ꝑp absẽ tiã ⁊ tribulationẽ pastoris extitia uert persecutores iusticie ⁊ pseudo apli: depꝛauatores ỽitatꝭ: sibi da tã eẽ opportũitatẽ aggrediẽdi quos paulus instruxerat philippenses: vt ⁊ facili⁹ cederẽt ꝑsecutiõi ꝑp af flictionẽ ⁊ cõtẽptũ mgr̃i: ⁊ vt pseu do opportuni⁹ ꝯuerterẽt fidẽ eorũ: absẽte paulo qui confirmaret eos. Quã vtrãq3 pugnã (sc3 ꝑsecutor ⁊ pseudo doctor) paul⁹ itelligẽs scri psit eis hãc eplãm: i ꝗ agit de illa duplici pugna ꝑsecutor ⁊ pseudo doctorũ. Eomõ vt approbet eos ꝑ secutionẽ libentᷣ debere pati ꝓ fide xp̃i: cũ apl̃m suũ gaudẽtẽ audiãt in vĩclis: qꝛ digni⁹ habit⁹ sit ꝓ noĩe ie

Philippenses ꝗño dicti sunt.

su ꝯtumeliā pati. Cū etiā sciāt iesū p̄ salute eoꝝ passum. His ꝛ alijs
causis patiētiā cū hūilitate cōmendat eis. Iteꝝ doctrinā eorū pseudo
illī adeo depmit: vt vocet eā stercora: ꝛ multas dat rōnes quare nō sint
audiēdi. Et i hūc modū agens de hac vtraq pugna: intēdit eos armare
i hoc bello p hāc eplam. ne vl' cedāt persecutioni: vel cōsētiāt errori.



Capitulum Primum.

Aul⁹ ꝛ timothe⁹ serui iesu xp̄i oib⁹ sā- xcix. di. legim⁹.
ctis i xp̄o iesu q̄ sunt philippis cum
episcopis ꝛ dyaconib⁹. Gra vobis ꝛ
pax a deo p̄re nr̄o: ꝛ dn̄o iesu christo.
Gras ago deo meo in oī memoria vr̄i
semp i cūctis orōnib⁹ meis p oibus
vobis cū gaudio depcationē faciēs
sup cōmunicatiōe vr̄a i euāgelio xp̄i
a pma die vsq nūc: ꝯfidēs hoc ipm: q2
q̄ cepit i vobis op⁹ bonū pficiet vsq
in diē xp̄i iesu: sicᷓ ē mihi iustū hoc sēti-
re p oib⁹ vobis eo q habeā vos i cor
de ꝛ in vīculis meis ꝛ in defēsione ꝛ
ꝯfirmatiōe euāgelij: socios gaudij mei oēs vos eē. Testis ei mihi ē de⁹
quō cupiam vos oēs i viscerib⁹ iesu xp̄i. Et hoc oro: vt charitas vr̄a ma- Debze. iiij. §.
gis ac magis abūdet i sciētia ꝛ i oī sēsu: vt pbetis potiora: vt sitis sinceres
ꝛ sī offēsa i diē xp̄i: repleti fructu iusticie p iesū xp̄m i laudē ꝛ gl'am dei.
Scire aūt volo vos fr̄es: q2 q̄ circa me sūt magis ad pfectū venerūt euāge
lij: ita vt vīcla mea māifesta fierēt i xp̄o i oī ptorio i cēteris oib⁹: vt pl'es
e frīb⁹ i dn̄o ꝯfidētes i vīclis meis abūdātius auderēt sī tiore verbū dei lo
qui. Quidā q̄dē ppt' inuidiā ꝛ ꝯtētionē: q̄dā aūt et ppt' bonā volūtatē xxiij. q. iiij. §.
xp̄m pdicāt: q̄dā ex charitate. sciētes qm̄ i defēsiōe euāgelij posit⁹ sum. magnū.
Quidā aūt ex ꝯtētiōe xp̄m annūciāt nō sincere: existimātes pssurā se su in fi.
scitare vīclis meis. Quid ei? Dū oī mō siue p occasionē siue p vitatem
xp̄s ānūciet: ꝛ i hoc gaudeo: s3 ꝛ gaudebo. Scio ei q2 hoc mihi pueniet ad sa
lutē p vr̄am orōnē ꝛ subministrationē sp̄us iesu xp̄i sm̄ expectationē et
spē meā: q2 i nullo ꝯfundar: s3 i oī fiducia sicᷓ sp ꝛ nūc magnificabit xp̄s i vij. q. i. ca. fi.
corpe meo: siue p vitā siue p mortē. Mihi ei viuere xp̄s ē ꝛ mori lucrū. De pe.
Q2 si viuere in carne. hic mihi fruct⁹ opis ē ꝛ q̄d eligā ignoro. Coartor di. ij. qui
aūt e duob⁹: desideriū hn̄s dissolui ꝛ cū xp̄o eē mlto magis meli⁹: pma- vult i fi.
nere aūt i carne necessariū est pter vos. Et hoc ꝯfidēs scio q2 manebo ꝛ ij. regū. xxiij. c.
pmanebo oib⁹ vobis ad pfectū vr̄m ꝛ gaudiū fidei: vt gratulatio vestra vij. q. i. ca. fi.
abūdet i xp̄o iesu i me p meū aduentū iteꝝ ad vos. Tm̄ digne euāgelio de renū.
xp̄i ꝯuersamini: vt siue cū venero ꝛ videro vos. siue absēs audiā de vo mi fi. §. porro.
bis: q2 statis i vno sp̄u vnanimes ꝛ collaborātes fidei euāgelij: ꝛ i nullo ter
reami ab aduersarijs q̄ ē illis cā pditiōis: vobis aūt salutis. Et hoc a deo.
Q2 vobis donatū est p xp̄o/ nō solū vt i eū credatis: s3 vt etiā p illo patia
mini: idē certamē habētes quale ꝛ vidistis in me: ꝛ nunc audistis de me.

Expositio capituli primi.

Paulus &c. Nomina dignitatis hic non apposuit: sciēs philippenses nō dubitare de apostolatu pauli: quem magistrum et apostolum suū confitebant̄ dum sicut illis tradiderat paulus in fide operabant̄: sed intendēs cōmēdare eis humilitatem cū patientia humilitatis nomen (se suū dicēs) inseruit. Unū sic ait Paulus et timotheus. Non ideo timotheū apposuit q̄ cū paulo epistolā scripserit: sed quia i eadem voluntate paulo cōcessit: ideo etiā q̄ sicut in sequentib⁹ innuit: missur⁹ erat eis in primo timotheū: cui vt in oībus obedirent / dignū fuit p̄scribere cōmēdatione pauli. Paulus & timothe⁹ serui iesu christi: sic & vos fuiturē christi in omni hūilitate patiētes custodite. Paulus inq̄ & timothe⁹ scribūt oīb⁹ sanctis qui sunt philippis. Sanctis dico in xp̄o iesu.i.in fide xp̄i iesu sanctis & cōfirmat̄. Ubi ait omnibus sanctis cōmunitatem ecclesie itelligit.i.subditos: quib⁹ in eadem salutatione prelatos adiūgit dicēs Scribunt oībus sanctis.i.subditis cum ep̄is.i.et ep̄is & diaconib⁹ i eadem ecclesia. Hic p̄ episcopos accipim⁹ p̄sbiteros cum in eadem ciuitate non sit putādum plēs esse episcopos. Ul' si etiā philippis regio eēt diuersas habēs ciuitates / ab surde trāsiret ab episcopis ad diacones intermissis presbiteris. Nec absurdū est si sacerdotes dicantur episcopi: cum s̄m augustinū quilibet paterfamilias: quia superintendit domui episcopus possit dici. Paulus inq̄ & timotheus sic scribūt. Gratia vobis et pax a deo nostro patre & domino iesu christo. Sicut sepe expositū est. Hic mō in primis mixtim de vtraq̄ pugna commendans eis humilitatē cū patientia agit vsq̄ ibi iferi⁹ vbi ait. Scire autem &c. Quasi diceret. Audiens fidem et patiētiam vestram. Gratias ago deo meo.i.mihi bene in vobis fauēti. Nostrum dicimus deum: quando pie concedit quod p̄camur. Gratias inq̄ ago deo meo in omni memoria vestri: quia q̄tiens audio aliq̄d de vobis: q̄ digna fide xp̄i sunt. Gratias ago deo / non in quadā: sed in omni memoria vestri. In omnib⁹ bonum audiēs de vobis. Gratias inq̄ ago deo in omni memoria vestri faciens deprecationem pro vobis omnibus: q̄ nemo se indignum mea intercessione facit: Et hoc cū gaudio. Si peccarent illi p̄carетur quidem p̄ eis: sed in tristicia. Q̄ vero perfecti sunt restat vt oret pro eis cum gaudio. Faciens inquit deprecationem in cunctis orationibus meis. Nō quam enī oro q̄ pretermittam vos. Orationibus dico non raro / sed semper.i. cōtinue celebratis. Ago inq̄ gratias semper.i. de communitate vestra ostēsa i euāgelio christi. Cōmunicastis enim euangelio christi credendo q̄cito audistı̄. Faciendo etiam opera fidei: et predicando alijs mecum fidem christi. Uel ita. Gratias ago super communicatione vestra: id est de hoc q̄ res vestras cōmunes exhibuistis omnibus sanctis. Communicatione dico facta in euangelio.i.s̄m euangelium christi: q̄ vos primū deo: debitē vestra sanctis tradidistis / et in euāgelio per hec et omnia precepta adimplendo. Communicatione dico incepta a prima die p̄uersionis vestre vsq̄ nunc.i. ad presentem diem. Ago gratias: faciens p̄ vobis deprecationem: et hoc ipsum.i. sicut postulo integrum confidens me impetraturum. Non tamen ex virtute vestra: sed ideo confidens: quia deus qui cepit i vobis bonum op⁹: ipse idem p̄ficiet. Ideo ait cepit: et perficiet: et vt superius gratias ago: vt ostendat principium & finem iusticie sue totum ex gratia dei esse. Jō etiam ait confidēs: quia si pietas dei bona cepit in illis qui mali erant: multo magis credendum est vt in hijs qui iam iusti sunt p̄ficiat consummationem. Perficiet dico vsq̄ in diem christi iesu: i morte cuiusq̄ q̄tum ad deū qui moritur: incipit dies christi. Ex hoc enim iam nihil facit preter voluntatem christi: q̄ dum viueret diem suum habuit / faciēs bonū vel malum q̄d voluit. Uel si dicimus diē christi diem iudicij: tunc erit ad p̄bationem. Ita perficiet i vobis opus bonum vsq̄.i. assidue faciens hoc in iustis vsq̄ in diem christi iesu.i.q̄diu mundus durabit. Confidēs & faciens deprecationē tantam sicut est iustum.i. nō minus p̄cor p̄ vobis q̄ iusticia vestra et benignitas qua me honorifice suscepistis exigit. Justum inq̄ est mihi qui nullius beneficio ingratus sum: sed benigne recōpēso. Si

Nota. Paterfamilias ep̄s pōt dici s̄m augustinum.

cut inquam iustum est mihi non solum depre cari/sed etiam sentire hoc pro vobis. sentio enim tribulationem vestram ex vi compassionis / ac si eam in carne mea sustinerem. Pro vobis dico omnibus:quia omnes perfecti estis. Sentire me dico et sentio/eo quod habeam vos non in labijs tantum/sed in ipso corde. Tribulor enim interius pro vestris tribulationibus. Habeo vos in corde / et dum sum in vinculis/et dum sum in defensione:et positus in confirmatione euangelij. In viculis meis habeo vos i corde/ memorans vos pati persecutionem sicut et me. Et in defensione euangelij.i. in qua defendo fidem contra pseudo qui nitun tur peruertere eam. Habeo vos in corde/ memor quod vos cum pseudo pro tuenda fide vestra decertatis. Per vincula et defensionem vtriusque pugne eorum faciens mentionem confortat eos in vtraque. Habeo etiam vos in corde in confirmatione euangelij.i.quando simplicibus christianis confirmo fidem suam per scripturas etc. Memor sum vos similiter fidem simplicium cõfirmare. Et sicut memor sum tribulationum vestrarũ:sic et vos estote participes hũilitatis mee. Inutilis enim est patiẽtia quã nõ comitatur humilitas. Quales habeo vos in corde:tales.s.omnes vos esse socios gaudij mei remunerationis mee in eterno gaudio:sicut enim tribulationis mee/sic participes eritis gaudij. Vere habeo vos in corde. Testis enim mihi est deus:quomodo.i.quam ifinito desiderio ego cupiam omnes vos esse. Non in pedibus christi:sed in visceribus christi iesu.i.non in inferioribus:sed inter magis dilectos dei qui dicuntur viscera eius. Et quia sic cupio de vobis:ideo oro hoc vt charitas vestra magis pficiẽdo habũdet temporata in omni scientia.i.in omnimoda discretione. Nõ sciẽtia necessaria est charitati:quia si sine discretione fuerit:plerumque sic abhorrebit aliquid veniale in proximo/ vt intemperate rephẽdẽdo suscitet litem: vel aliquod maius crimen. Cũ si discrete ageret/melius per lenitatem proximum corrigeret: ideo ait charitas habundet in omni scientia. Et quia quidam hñtes sciẽtiã plerũque actũ eius obliuiscunt. Addit/et in omni sensu.i. in omni aiaduersione/vt semp memoriter aiaduertamus et in prõptu habeamus sciẽtiã. Habũdet ita vt nõ tantum bona a malis:

Patientia est inutilis si nõ comitatur hũilitas.

sed etiam probetis.i. pbabiliter eligatis potiora.i. de bonis meliora. Probetis ita vt sitis sinceres.i.puri in vobis: et sine offensione ad proximum:sic eundo i diẽ xpi quod nihil in die iudicij mundandũ iueniatur in vobis. Vos dico repleti tũc in die christi fructu.i.remuneratione iusticie vestre quã hic habuistis. Repleti dico per iesũ xpm distributorẽ illius fructus Iusticie dico habite i gloriam et laudem dei.i.ita vt dicatur in vobis gloriosus et laudabilis deus in sanctis suis. Vel ita. Tales sitis i diem christi. Vos dico interim dum viuitis repleti non iusticia (que facultatem non habeat operãdi)sed fructu.i.operibus iusticie/vt et iusticia et opera iusticie in vsu vobis sint. Repleti dico per iesum xpm: ex quo oĩs iusticia Et hoc i gloriam et laudem dei.i.vt deo totum et vobis nihil ascribatis. Gloria dei dicitur claritas deitatis. Laudem dei accipimus in hijs que videmus corporalibus oculis. Sinceres si componitur ex sine et cera producitur media sillaba/nominatiuus singularis sincerus: habens duo pluralia sinceri et sinceres: vt diaconus diaconi et diacones. Si sm isidorum ex sine et carie componitur:media sillaba corripitur:et singulari caret. ¶ Hucusque mixti de vtraque pugna tractauit:hic separati de pugna pseudorum incipit dicens. Audiens bona de vobis gratias ago. Deprecor cum gaudio confidens de vobis. Ego sic ago. Vos autẽ volo scire fratres ea quae circa me sũt. Hec ideo eis notificat vt exemplo suo ad patientiam et humilitatem eos inducat. Scire inquam vos volo: quia ea que circa me sunt. Circa ideo:quia vndique circumuallant me mala. Vel circa quia extra i corpore affligor: sed intus in anima vires congrego. Ea inquam que circa me sunt: venerunt ad profectum euangelij: magis quam ad detrimentum:sicut ipsi putauerũt quod ligato paulo/alligatum esset verbum dei. Venerunt ad profectum/ita vt vincula mea.i. vtilitas vinculorum meorũ manifesta fieret in christo.id est i magnificatione nominis christi. Manifesta dico in omni pretorio:et in ceteris omnibus id est apud principes/et apud iferiores. Et si enim vbique nõ sciat paulus esse in vinculis:tamen vtilitas vinculorum suorũ vbique diffunditur:dum fides xpi p eũ di

Claritas dei tantis dr gĺia dei.

latata vbiq predicat. Uel ita. Uenerũt ad ꝓfectũ: ita vt ipsa eadẽ vincula mea fierẽt manifesta in christo. i. que pro xpo patiebar. Manifesta dico in oĩ ꝓtorio / et in ceteris oĩbus locis. vbiq enĩ dicebãt videte cõstantiã pauli: qui etiã in vinculis nõ cessat ꝑdicare fidem xpi. Ita fierent manifesta vt plures ex fratribus cõfidẽtes in dño: vinculis meis. i. propter vincula mea in quib⁹ positus audacter predicabã: exẽplo meo confisi auderent abundãtius loqui gentibus sine timore verbũ dei: qui prius propter timorẽ nõ audebant. Hy sunt boni fratres: sed quidam quidẽ. i. discreti a bonis: qꝛ peruerse predicãt christũ et ꝓpter inuidiã: qꝛ volunt diminuere nomen pauli in quo non est alligatũ verbũ dei. Et si non putent se posse vsurpare sibi laudẽ pauli: predicãt etiã ꝓpter contẽtionẽ certãtes se parificare paulo in laude ꝑdicatiõis. Quidã autẽ qui boni sunt predicãt xpm: et si non patiant tribulationẽ ꝓpter bonã voluntatẽ habitam ad oẽs: qꝛ vellẽt venire oẽs hoĩes ad agnitionẽ veritatis. Quidam etiã simuliter boni ex charitate. i. ex priuata dilectione quã habent erga me predicãt christũ: sciẽtes qm̃ ego positus sum in vinculis in defensione. i. propter defensionẽ euangelij. Uel ita. Scientes qm̃ ego sum positus. i. ordinatus a deo i defensione. i. ad hoc vt defendã euangeliũ / hij predicabãt ex priuata charitate dicẽtes. Dilect⁹ noster paulus qꝛ ligat⁹ est nõ põt modo instruere eccl'ias suas: suppleam⁹ vicẽ eius: ne forte qđ edificauit: euertant illi pseudo. Et sic carnalis dilectio erat ad ꝓfectũ euãgelij. Quidã autẽ peruersi sicut illi ex priuata charitate: sic isti ex ꝯtentione. i. ex ꝑuato odio annũciant xpm: non sincere. i. nõ in puritate existẽtes se hoc modo suscitare ꝑssuram. i. aggrauationem vinculis meis. i. mihi posito in vinculis. Hij enim peruersi disputauerant cũ paulo / et paulus superauerat eos: nunc autẽ qđ audierãt ab eo predicabant: ideo vt cũ diceretur eis quare verba eius dãnati pauli ꝑdicatis: dicerẽt hoc non a nobis / sed sic ab illo accepimus: portet ille penam istoꝝ. et hijs verbis infideles concitati vehementius desęuiebant in paulum. Obijceret aliquis ad hoc qđ superius ait. Uincula mea venerũt ad profectũ euãgelij: in bonis quidẽ qui exemplo tuo animati predicauerunt profuerunt quidẽ: sed in hijs qui ex inuidia et cõtentione ꝑdicabant: vincula tua nil ꝓfuerũt. Ad hoc paulus. Profuerũt vtiq etiam in hijs: quid enĩ nocet dum. i. solũmodo annũcietur xps oĩ modo scʒ siue ꝑ occasionẽ suscitandi mihi pressurã vt faciũt pseudo: siue per veritatẽ vt annũciãt boni. Ego nõ curo quicũq sit annũciãs: solũmodo auditores in fide ꝓficiãt. Gaudeo in hoc q xps annunciat per occasionẽ: et in hoc gaudeo q suscitãt mihi pressurã: nec modo solum: sed semꝑ gaudebo i eodẽ. In deo gaudeo et gaudebo: scio enim qꝛ hoc. i. q ꝑssura mihi suscitat: ꝓueniet mihi in salutẽ per vestrã orationẽ intercedẽtẽ pro me: et ꝑ subministrationẽ. i. ꝑ fulcimẽtũ et sustẽtaculũ spũs Sicut ei colũna in medio posita sustẽtat domũ ne cadat: sic spũs fulsit me. Spũs dico iesu xpi. i. quẽ christus dat ꝑ quo patior: prouenIet dico in salutẽ ꝯm expectationẽ et spem meã. i. nõ minus salutis cõferens q̃ expecto et spero. Expectatio dicit lõganimitas in sustinẽdo sine certitudie tamẽ. Spes vero certa prestolatio: ideo ꝯm spem qꝛ non cõfundar. i. nõ erubescam in aliquo: vt ego deficiã in euãgelio xpi propter instantẽ tribulationẽ. Nõ cõfundar: sed sicut semper. i. de preterito magnificatus est: ita et nũc. i. in futuro magnificabitur christus: nõ solũ in anima: sed etiã in fragiliori parte. i. i corpore meo. Magnificabitur vtiq siue per vitã siue per mortem. i. et in vita corporis et in morte. Debeo magnificare xpm per vitã: nam xps est viuere mihi. i. ego ad aliud non viuo nisi vt magnificẽ xpm. Debeo magnificare per mortẽ: nam xps est mihi lucrũ mori. i. ad moriendũ: xpm enĩ xpm accipiẽs lucror si ꝑ christo morior. Uel ita. Per mortẽ debeo magnificare xpm. nã mori est mihi lucrũ. i. nã i morte lucror ego accipiẽs in celis retributionẽ laboꝝ meoꝝ Et cũ mori sit mihi lucrũ: restat vt eligã mortẽ. Aduersa sentẽtia: sʒ tñ lʒ mori sit lucrũ: viuere i carne ẽ mihi fruct⁹ opis: hic scʒ q ꝑ vitã magnificabi xps. Et qꝛ mori mihi est lucrum tãte beatitudinis: et viuere in carne est mihi fruct⁹ magnificandi christum: en. i. ecce: quid horum eligam ignoro: vitam vel mortem: ideo ignoro quia coartor. Uel nõ solũ ignoro

Pauli cõstãtia magna fuit.

Expectatio et spes differũt.

sed etiã coartor: habens desideriũ e duobus. i. de dissolui / & de pmanere in carne Sed dissolui & cũ christo esse multo melius quãtũ ad me. Permanere aũt in carne necessariũ est pper vos: vt xps p me magnificet in vobis. Et hoc. i. q necessarius & vtilis ero confidẽs. Scio qm manebo & etiã diu pmanebo oib vobis ad pfectũ vestrũ / et ad gaudiũ fidei vestre. i. vt de merito fidei vre gaudeatis. Tũc habet iustus gaudiũ de fide cũ iam nõ timet aduersa: & secur est de pmio. Permanebo vobis ad pfectũ: ita vt gratulatio. i. exultatio vra. vel actio gratiarum Utrũq3 ei significat gratulor: & gaudeo et gras ago. Gratulatio inq vra abundet in xpo. i. in laudẽ xpi iesu: in me. i. in consideratione mei. Abũdet dico p meũ aduẽtum iterũ factũ ad vos. Abũdabit vtiq3 tñmodo videte vt vos cõuersemini digne euãgelio xpi. i. sicut decet & docet euãgeliũ qd accepistis. Ita digne vt siue cũ venero & videro vos / siue absens quocũq3 modo fuero: vel absens vel presens audiã de vobis hoc: q2 statis in vno spũ sancto iustificãte vos. Et q2 in eodẽ spũ stare possent: hic in humilitate / hic i castitate: tñ nõ habẽtes inter se dilectionẽ: ideo addit vnanimes in dilectione: & collaborantes p patientiã tribulationũ fidei euangelij. i. quã fidẽ in euãgelio didicistis. Audiam etiã q vos in nullo terreamini ab aduersarijs: q causa sc3 q volunt terrere vos / est illis causa perditionis: vobis aũt qui interriti statis est causa salutis. Et hoc vobis est a deo q nõ terremini: ideo q2 vobis donatũ est p xpo. i. p merito xpi: nõ solum vt credatis in eũ: s3 etiã vt patiamini pillo. Uos dico habẽtes idem certamen quale & vidistis in me cũ apud vos essem: & quale nũc audistis de me qd patior rome. Uos autẽ imitamini q me in humilitate pati videtis: sectantes patientiã & humilitatem.

Iustus gaudiũ h3 de fide cũ nõ timet aduersa.

Capitulum. ij.

Si qua ergo cõsolatio in christo: si qd solatiũ charitatis / si qua societas spiritus / si qua viscera miseratiõis: implete gaudiũ meum / vt idem sapiatis: eandẽ charitatẽ habẽtes: vnanimes idipsum sentiẽtes. Nihil p cõtẽtionẽ / neq3 per inanẽ gloriam: sed in humilitate superiores: sibi inuicem arbitrãtes: non que sua sunt singuli cõsiderãtes: sed et ea q alio rum. Hoc eni sentite in vobis: qd et in christo iesu. Qui cũ in forma dei esset / non rapinã arbitratus est esse se equalẽ deo: sed semetipsũ exinaniuit formam serui accipiẽs: in similitudinẽ hominũ factus: & habitu inuẽt vt homo. Humiliauit semetipsum / factus obediens vsq3 ad mortẽ: mortẽ autẽ crucis. Propter qd & deus exaltauit illũ: et donauit illi nomen qd est super omne nomẽ: vt in noie iesu oẽ genu flectat: celestiũ / terrestriũ / & infernorum. Et oĩs lingua cõfiteatur q2 dñs iesus christus in gloria est dei patris. Itaq3 charissimi mei sicut semper obedistis: non in presentia mea tantũ: sed multo magis nũc in absentia mea cũ metu & tremore vestram salutẽ operamini. Deus est enim qui operatur in vobis / & velle / & pficere p bona volũtate. Omnia autẽ facite sine murmurationibus & hesitationib: vt sitis sine q rela: et simplices filij dei. sine rephensione in medio nationis praue & peruerse: inter quos lucetis sicut luminaria in mũdo: verbũ vite cõtinẽtes ad gloriã meam in die christi: q2 non in vacuũ cucurri: neq3 in vacuũ laboraui. Sed et si imolor sup sacrificium & obsequiũ fidei vestre: gaudeo & cõgratulor oĩbus vobis. Idipsũ autẽ & vos gaudete et cõgratulamini mihi. Spero aũt in dño iesu timotheũ me cito mittere ad vos: vt & ego bono animo sim

Roma. xiiij.b. De immu. ecclie. decet. libro vi.

j. Pe. iiij.b.

De elec. officij.

j. q. vij. ca. ij. §. scio quosdã.

i. Cor. xiij. b. xiv. di. licet non-nūq̄. lxiij. di. nosce. viij. q. i. sunt iec clesia. de renū. quidā.

cognitis que circa vos sunt. Nemi
nē eni habeo tam vnanimē: q̄ since
ra affectiōe ꝓ vobis sollicitus sit.
Oīes eni que sua sūt querūt: non
que iesu christi. Experimentū aūt
eiꝰ cognoscite: qm̄ sicut patri filiꝰ
mecū seruiuit in euāgelio. Hūc igi
tur spero me mittere ad vos: mox
vt videro que circa me sunt. Cōfi-
do autē in dn̄o qm̄ et ipse veniā ad
vos cito. Necessariū aūt existima-
ui epafroditū fratrē ⁊ cooperatorē
et cōmilitonē meū: vestrū autē apo
stolum ⁊ ministrū necessitatis mee
mittere ad vos: qm̄ quidē oēs vos
desiderabat: ⁊ mestus erat ꝓpterea
q̄ audieratis illū infirmatū. Nam
et infirmatus est vsq̄ ad mortē: sed
deus misertus est eiꝰ. Non solū au
tē eius: verūetiā et mei: ne tristiciā
super tristiciā haberē. Festinantiꝰ
ergo misi illū vt viso illo iterū gau
deatis: ⁊ ego sine tristicia sim. Exci
pite itaq̄ illū cum omni gaudio in
dn̄o: ⁊ eiusmodi cū honore habeto
te: qm̄ ꝓpter opus xp̄i vsq̄ ad mor
tem accessit tradēs animā suam: vt
impleret id quod ex vobis deerat
erga meum obsequium.

Expositio capituli. ij.

Si quis ergo. Spiritsuperiꝰ. Uincula que cir
ca me sunt venerunt ad ꝑfectū
euāgelij q̄d etiam vos patimi-
ni / vobis est causa salutis: et ita
vobis pati donatū est ꝑ merito xp̄i. Ex
istis nūc infert dicens. Quia ⁊ me pati ꝑ
fectꝰ est euāgelij: ⁊ q̄ ꝓ christo similiter
patimini vobis est causa salutis: ergo fra
tres implete gaudiū meū / q̄d gaudiū iā
incepistis / ex quo ꝓ xp̄o cōtumeliā passi
estis. Implere gaudiū intelligit si ita ꝓ
xp̄o patiant̄ vt habeāt humilitatē patiē
tie semp associatā. Hic eni apertius hor
tabit̄ eos vt cū patientia habeāt humili
tatē: ne si patiūtur pro xp̄o: ideo se quasi
digniores ceteris preferant. Patientia
eni sine humilitate inutilis est. Implete
gaudiū meū si qua ꝯsolatio vobis est in
christo. i. si ex xp̄o cōsolationē queritis
in aliquo. Uel (vt de xp̄o sileā) si q̄d sola
tiū charitatis. i. fraterne dilectionis ha
bere vultis: tunc implete gaudiū meum
Uel ita. Si qua cōsolatio mihi dat̄ apud
vos in christo. i. ꝓpter amorē christi: ⁊ si
q̄d solatiū charitatis. i. fraterne dilectio
nis mihi est apud vos q̄ me pro fraterna
charitate cōsolari velitis: tunc implete
gaudiū meum. Et si est vobis qua. i. ali-
qua societas sp̄ūs. i. si in spiritu sancto so
cietatē habetis cū alijs eccl̄ijs. Et si sūt
in vobis aliqua viscera. i. aliqui pij affe
ctus miserationis. i. exhibitionis miseri
cordie: implete gaudiū meum. Uiscera
hic ponūtur quasi misericordia: pius au
tē affectꝰ (etiā si nihil operet̄) misericor
dia dicit̄. Effectꝰ autē misericordie mi-
seratio vocat̄: ideo tam obnixe obtestat̄
eos: q2 vult eos tenere humilitatem sine
qua patiētiam eorū intelligit irritā. Im
plete dico gaudiū: ita vt sapiatis idem. i.
vt prosperitates ꝓximi tā bene sapiāt in
vobis ac si vestre sint. Sapiatis dico ha
bentes eādem charitatē. i. ad omnē pro-
ximū equam dilectionē. Licet eni q̄nq̄
oporteat habere maiorē familiaritatem
ad quosdā: sicut christꝰ habuit ad iohā-
nem: hec tamen non est dicēda charitas
sed maior familiaritas que habetur ṡm
q̄ quidā oportuniores ad quedā: alij mi
nus. Sitis etiā sentientes idipsum in ad
uersis ꝓximi: vt angustiā eius nō solum
in animo sentiatis: sed sic pungat vos vt
ꝓpria. Uos dico vnanimes. i. equū ani-
mū cōpassionis ad omnē ꝓximū haben-
tes. Uos iterum nihil facientes per con
tentionē: vt alter qui magis patit̄ contē
dat se preferre alteri minꝰ patienti. Uel
nihil disponētes de rebꝰ ecclesiasticis ꝑ
contētionē Neq̄ faciētes aliq̄d ꝑ inanē
id est ꝓpter mundanā gloriam: sed esto-
te arbitrātes alios superiores vobis in-
uicē: q̄ alter reputet alterū se superiorē:
Nec hoc ficta superbia: s3 in humilitate
vt sicut alter preponit sibi alterū: sic eā-
dē humilitatē habeat i corde: putās eū
quē preponit supiorē se. Et quō alter al-
terū sibi superiorē arbitret̄ cōsiliū ponit
dicēs. Ut arbitremini alter alterū supe-
riorē sibi: nō sitis ꝯsiderātes singuli bo

Piꝰ affectꝰ misericordia d̄r.

na q̃ sua sunt: sed ea tm̃ bona cõsiderate
que sũt alioꝝ. Si eni (postpositis vr̃is)
virtutes alioꝝ attenditis: sic eos vobis
supiores arbitrabimi. Et vtrũq; cõme=
det eis: hũilitatẽ ꝛ patiẽtiã exponit quã
ta fuerit humilitas ꝛ patiẽtia xp̃i dicẽs
Bene dico in humilitate: nam hoc debe
tis habere in vobis qđ nõ solũ in me / sed
etiã in xp̃o iesu p̄cipue videtis. Nec so=
lũ habete hoc: sed etiã sentite. i. per expe
riẽtiã rei pbate. Ideo ait sentite. Multi
eni sunt qui estimãt se oĩa posse pati pro
xp̃o: q̃ si forte venirent ad experimẽtum
deficerẽt. Sentite inq; in vobis humili=
tatẽ / patiẽtiã: qđ in me ꝛ in xp̃o iesu p̄c=
cipue videtis: qui xp̄us iesus cũ esset in
forma. i. in equalitate dei pr̃is: ita inuisi
bilis / coetern⁹ / ꝛ cõsubstantialis illi: sci
uit se esse equalẽ deo. Et in hoc q; sciuit
maior hũilitas. Si eni ignorata altitu=
dine sua: ita se humiliaret: humilitas ei⁹
ꝑpter ignorãtiã non adeo cõmẽdabilis
esset. Sciens vtiq; se esse equalẽ deo: nõ
arbitrat⁹ est rapinã: vt sibi vsurparet rẽ
alienã. Uel sic in eadẽ sentẽtia. Arbitra
tus se esse equalẽ deo nõ faciẽdo rapinã
Esaie. xiiij. d. sicut malignus angelus qui dicẽs. Po
nam sedẽ meã ad aquilonẽ: ꝛ ero sil'is al
Genes. iij. b. tissimo. et homo cui serpẽs dixit. Eritis
sicut dij. Hic vter q; rapinã fecit: dũ qđ
dei ꝓpriũ erat: male sibi vsurpare voluit
Xp̃s autẽ non rapinã: q: arbitrat⁹ est rẽ
ꝓpriã. Et licet xp̃s esset in forma dei: tñ
exinaniuit. i. euacuauit claritatẽ deitat̃
dum eã sub forma serui posuit. Exinani
uit dico semet. i. ipsam deitatẽ. ipsũ. i. in
eodẽ: tñ cũ patre permanẽtẽ: sic eni assũ=
psit qđ nõ erat: vt maneret quod erat: et
in hoc multa humilitas. Si eni quilibet
rex amisso iure regni humilis sit nõ mul
tũ est: sed si habẽs ius regni ab eo se i hu
militate manens alienat: cõmendabilis
est ei⁹ humilitas. Exinaniuit dico acci=
piẽs formã serui Incõparabilis est hũi
litas: vbi dñs elegit esse seru⁹. Iterum
formã sui posset accipere sine corruptio
ne: vt nõ sentiret miserias carnis. Ideo
addit fact⁹. i. facturã nouã accipiens in
sil'itudinẽ hoim. Sic eni passibilis fuit
et mortalis vt alij hoies. Itẽ ꝑ i sil'itudi
ne hoim ẽẽ posset / man⁹ habẽs ꝛ pedes:
et nõ haberet se vt homo. Ideo subdit ꝛ
habitu. i. in habẽdo se inuẽt⁹ est vt homo
a tẽtatore dyabolo. Dyabolus eni inue=
stigabat eum an esset deus: an homo: s;
cum inuenit eũ esurientẽ / putauit eũ so
lũmodo hominẽ. Nec solũ fact⁹ est in si=
militudinẽ hoim: sed etiã humiliauit se=
met (qui tãtus erat) ip̃m. s. in gl'ia tñ dei
tatis pdurantẽ. Humiliauit dico factus
obediẽs patri in oĩbus vsq; ad mortem:
nec mortẽ persone q̃ digna esset: sed mor
tẽ crucis: qđ genus mortis ab omni alio
ignominiosius erat. Ubi ait mortẽ: con=
mẽdat in eo patiẽtiã. Ubi ait crucis hu
militatẽ. Propter qđ. i. q: in tãta humi=
litate ꝛ patiẽtia deo obediuit: ipse se me=
rito suo ꝛ de⁹ secũ exaltauit. i. in magna
altitudine posuit illũ sc; ad dexterã suã.
Et illi exaltato donauit nomẽ. i. honori
ficentiã: qđ nomen est sup oĩe nomen. i.
superi⁹ oĩ nominabili: ita sup: vt in no
mine. i. ad honorẽ iesu oĩe genu flectat̃
. i. oĩa sibi plene subijciant̃: sicut ille q̃ ge
nu flectit subijcit̃. Oĩe genu dico: q: ce=
lestiũ. i. angeloꝝ: ꝛ terrestriũ. i. hoim: ꝛ in
fernoꝝ. i. demonũ ꝛ aĩaꝝ q̃ ibi sũt: flecta=
tur genu / ꝛ ois lingua cõfiteãt. Hoc erit
in die iudicij: qñ velint nolint xp̃m ꝯfite
bunt̃ impij. Cõfiteãt dico q: a. i. q; dñs ie=
sus xp̃s est in gl'ia. i. in equalitate dei pa=
tris ꝫm deitatẽ: ꝛ post patrẽ primus quã
tum ad humanitatẽ sup omnẽ creaturã
Ergo xp̃s adeo patiẽs ꝛ humilis fuit: ꝛ p
vtrũq; sic exaltat⁹: itaq; charissimi mei
operamini vestrã salutẽ. i. vestrã exalta=
tionẽ: cõiungentes in vobis patiẽtie hu
militatẽ. Uos inq; sicut semp obedistis
mihi q̃diu apud vos eram: ita modo cũ
metu animi ꝛ tremore corpis: timẽdum
eni sẽp est stãti ne cadat. Opamini vr̃am
salutẽ: vt nõ in p̄sentia mei tm̃ dicamini
obedisse: sed multo magis nunc in absen
tia mea ꝓbet̃ vr̃a obediẽtia. Ideo nunq;
securi: s; semp cũ metu ꝛ tremore: q: de⁹
est q̃ opãt in vobis: vt nihil vobis relin=
quã etiam velle: ꝛ postq; per gratiã dede
rit velle: similiter in vobis operãt perfi=
cere. Nec hoc pro vestro precedẽti meri
to: sed solũmodo ꝓ bona voluntate sua.
Deus oĩa operatur in vobis: vos autẽ
cooperãtes deo facite oĩa sine murmu=
rõib⁹: ne si diu vos pati necesse sit: con=
tra deum impatiẽter murmuret̃ / quasi
vos iniuste ꝑmittat affligi. Oĩa etiam
facite sine hesitatiõib⁹. i. ne dicat̃ cras
vigilabo / ieiunabo cras. Pro xp̃o pati
incipiã sic. Ideo facite vt sitis sine que=

rela.i.vt non sit i vobis de quo erga vos bō iuste possit cōqueri. Et vt sitis simplices filij dei.i. vt simplex filiatio dei p innocentiam fit in vobis/vt etiam sit sine reprehensione: q nec aliqua occasio appareat in vobis vñ reprehensibiles videamini: licet culpa nō sit in vobis. Diceret illi. Graue est sine reprehensione viuere inter tot inuidentes iusticie. Ad qd ille. Uerum quidem est: quia vos habitatis i medio nationis praue z peruerse in se. i. peruertentis alios/inter quos tamē per fidem et bona opera lucetis sicut luminaria in mundo. Sicut eni sol z luna mūdum illuminant: sic iusticia vestra tenebras eorum illuminat. Uos dico continentes verbum vite.i.euangeliū xpi: i fide cuius vita eterna habetur. Continentes dico ad modum vasis qd liquorē infusum sibi bene ptinet et propinat alijs: sic et vos: in vobis verbum dei custoditis/et alijs ministratis. Continentes dico ad gloriam meam. Q si ego gloriam habiturus sum de hoc: quia verbum vite continetis: multomagis vos qui promeremini. Gloriam dico mihi habendam in die xpi: qn christus suos remūerabit. Ha bebo vtiq gloriam meā: quia ego nō cucurri in vacuū: neq laboraui in vacuum

Paulus cucurrit et laborauit.

Cucurrit fm illos quos facile cōuertit: Laborauit fm difficiliores in accessu fidei. Cucurri quidē z laboraui in vobis: nec me penitet: sed etiam si oporteat me immolari pro vobis: in hoc congratulor vobis. Q sic ait. Etiam si ego immolor supra sacrificium fidei vestre: z supra obsequium fidei vestre.i. ego fidem vestrā obtuli deo/quasi sacrificium in odorem suauitatis. Et obsequium.i. bona opera vestra in quibus post fidem deo obsecutiestis. Sed si adhuc post hos labores oporteat me immolari pro vobis. Gaudeo inde z congratulor.i. gratias refero Uel congaudeo cum omnibus vob qui gaudere debetis/si voluntas dei fuerit vt ego immoler pro vobis. Uos autē id ipsum recompensando mihi vt p me sitr immolemini: gaudete et congratulamini mihi qui vos ad rem tam dignam armaui: sicut est pro xpo immolari. Itex. Sic vos ad patientiam et humilitatem per epistolam edifico. Spero autem i domino iesu cito me mittere timotheum ad vos. Ideo vt ego cognitis que circa vos sunt/sim bono animo z securo de vobis: quos propter instātem vtrimq pugnam vereor perturbari. Ideo timotheum magis mittam ad vos: neminem eni habeo tam vnanimē vobis: et qui tā sincera affectione sollicitus sit pro vobis. Uere neminem: omnes enim qui modo mecū sūt: querunt que sua sunt: non ea que sūt iesu christi. Illum pro vobis sollicitum mittam ad vos. Uos autem honorifice cum suscipiendo cognoscite. Nō dicit eū simpliciter: sed experimentum eius.i. eū mihi bene expertum. In multis enim experimentum habui. Experimentum bñ dico: quoniam ita seruiuit mecum in euangelio/sicut filius obediens patri. Et qz sincera affectione vos diligit: z sicut pri mihi seruiuit. Igitur spero hunc me mittere ad vos/mox vt videro finem eorum que circa me sunt. Ideo sic ait. Nero enim disposuerat se in proximo daturum de eo sententiam an eum occideret/an reseruaret. Sperabat autem se euasurum: quia plures de domo cesaris instruxerat ad fidem: qui de sua liberatione laborabant. Propterea subdidit. Cōfido aūt i dño/qm ipse ego cito veniā ad vos. Et lz me venturū dicam: et timotheum missurus sim: tamen interim necessarium existimaui mittere ad vos epafroditum fratrem meum et cooperatorem in predicatione et commilitonem in tribulatione. Uestrum autem apostolū.i. vel legatum: quia hunc legauerant ad paulum: vel apostolum.i. predicatorem cox vl episcopum eorum: z ministrum necessitatis mee.i. qui que misistis mihi ministrauit in tēpore necessitatis. Ideo existimaui hunc mittendum ad vos: z si necessarius esset mihi: quoniam quidē desiderabat omnes vos. Et erat mestus nō pro se verberato: sed propterea q audierat illum infirmatum: z nolebat vos contristari pro eo. Hic epafroditus dum paulo ministraret: interceptus a custodibus vehementer afflixerūt eum verberibus. Infirmatū dico iō: nā vtiq īfirmatus est vsq ad mortem: sed deus misertus eius: non solum autem eius: verum etiam in eo misertus ē mei. Et quia vos dolebatis de eo: ergo festinantius q facerē (necessarius enim mihi erat) misi illū: ideo vt viso eo gaudeatis iterum. Olim enim cum apud vos erat gaudebatis. Et

ideo misi vt ego sim sine tristicia: q2 de vobis cõtristatis pro eo tristiciã habeo. Et q2 adeo diligit vos: et vos eũ: mittimus ad vos: itaq3 excipite eũ cum omni gaudio: nõ in citharis & tibijs: sed gaudio habito in dño: & hominẽ eiusmodi q tanta passus est p vobis: & adeo vos diligit habetote cum omni honore: & iustum est: qm ipse accessit vsq3 ad mortẽ pp̃ter opus xp̃i qd operabatur in me / tradens animã suam: & vt impleret erga meũ obsequiũ id qd deerat ex vobis: vos quidẽ pecuniã mittebatis: sed preter eũ nemo erat q auderet mistrare mihi. Per hunc epafrodiũ paulus hãc illis ep̃lam misit.

Capitulum. iij.

De cetero fratres mei gaudete in dño. Eadem vobis scribere mihi quidẽ non pigrum: vobis aũt necessariũ. Uidete canes / videte malos operarios: videte cõcisionẽ. Nos enim sumus circũcisio / qui spiritu seruim⁹ deo: et gloriamur in xp̃o iesu: & non in carne fiduciã habẽtes: quãq3 & ego habeã confidentiã in carne. Si quis alius videt confidere in carne: ego magis circũcisus octauo die ex genere isrl' de tribu beniamin: hebre⁹ ex hebreis: sm legẽ phariseus: sm emulationẽ psequens ecclesiã dei: sm iusticiã que in lege est conuersatus sine querela. Sz que mihi fuerunt lucra: hec arbitratus sum propter xp̃m detrimẽta. Uerũtamen existimo oĩa detrimentũ esse pp̃ter eminentẽ scientiã iesu xp̃i dñi mei: propter quẽ oĩa detrimẽtũ feci et arbitror vt stercora / vt christum lucri faciam: & inueniar in illo nõ habẽs meã iusticiam que ex lege est: sed illã que ex fide est christi iesu: q ex deo est iusticia in fide ad cognoscendũ illum: & virtutẽ resurrectionis eius / & societatem passionis illius: configuratus morti eius si quomodo occurram ad resurrectionem que est ex mortuis: non q iam acceperim / aut iam perfectus sim. Sequor autem: si quomodo comprehendã in quo & comprehensus sum a christo iesu. Fratres ego me non arbitror cõprehẽdisse. Unum autem: que quidẽ retro sunt obliuiscens: ad ea vero que sunt priora extendẽs meipsum: ad destinatũ persequor ad brauiũ superne vocationis dei in christo iesu. Quicũq3 ergo perfecti sumus hoc sentiamus: & si quid aliter sapitis: & hoc vobis deus reuelauit†. Uerũtamẽ ad qd peruenimus vt idem sapiamus: et in eadẽ pmaneamus regula. Imitatores mei estote fratres: & obseruate eos qui ita ambulãt sicut habetis formã nostrã. Multi enĩ ambulant quos sepe dicebam vobis: nũc autẽ & flens dico inimicos crucis christi: quoꝝ finis interit⁹: quorum deus venter est / & glĩa in cõfusione ipsoꝝ qui terrena sapiũt. Nostra autẽ ꝯuersatio in celis est. Unde etiã saluatorẽ expectamus dominũ nostrũ iesum christum: qui reformabit corpus hũilitatis nostre configuratũ corpori claritatis sue: sm operationem virtutis sue qua possit etiam subijcere sibi omnia.

Actuũ xxiij. b. — xvj. q. j. sĩaliter §. h idẽ. — † al. reuelabit. — Roma. xvj. c.

Expositio capituli. iij.

De cetero fratres mei. Postq3 eos sufficiẽter instruxit in pugna persecutoꝝ: cõmẽdãdo semp cum patiẽtia humilitatem: instruit eos in alia pugna quã inferebant illis pseudo doctores: deprimẽdo eis legem & extollẽdo fidẽ. Quasi diceret. Sicut vos docui / patientes & humiles estote ad psecutores de cetero. i. de alia pugna quã vobis inferunt pseudo: ita vos instruo fr̃es mei

gaudete in dño.i.ne queratis gaudiũ ali
bi: sicut illi male docẽt in carnalib⁹. Sz
omne gaudiũ vestrũ ponite in dño. Ipse
eni solus iustificat: ⁊ nihil coꝝ ad hoc p=
dest que predicãt pseudo: propterea non
in carnalibus: sed gaudete in dño. Et vt
gaudere sciatis in dño: mihi quidem qui
prõptus sum ⁊ diligens ad instructionẽ
filioꝝ non est pigrũ: qḋ fortassis repete=
re pigeret alios non loqui. Uerba eni ci
to a memoria elaberent: sed scribere vo
bis vt mauẽte scriptura perduret in vo=
bis traditionũ mearũ memoria mihi nõ
pigrum. Uobis autẽ erat necessariũ me
nõ pigere: sed scribere. Ut autẽ gaudea
tis in dño/ videte canes.i.prouidete vo=
bis ab illis pseudo qui cõgrue canes di=
cũtur. Quia sicut canis ei quẽ videre cõ=
sueuit applaudit: etiã si ille veniat ad de
structionẽ domus: vel ad interfectionẽ
sui. Illis autẽ quos non consueuit obla
trat: etiã si illi veniant vt pascant eũ: vel
ad vtilitatẽ dom⁹. Sic isti pseudo carna
libus quos cõsueuerunt applaudũt. Li
cet sit in hoc ⁊ mors coꝝ ⁊ destructio do=
mus.i.ecclesie: predicatorib⁹ autẽ veri=
tatis oblatrant solũmodo: qꝛ non cõsue=
uerũt in istis qui tamen veniũt ad viuifi
cãdum eos: ⁊ ad edificationẽ dom⁹ dei.
Et de huiusmodi pseudo ait. Uidete ca
nes applaudentes consuete carnalitati:
oblatrantes insolite spiritualitati: qui=
bus non sufficit cõtradicere veritati: sed
etiã sunt mali operarij supseminãtes zi=
zania: ⁊ hos malos operarios videte ne
falsa doctrina seducãt vos. Uidete etiã
vos eosdem concisionem: qui sicut con=
cisa pellicula cesũ habẽt corpus: sic om=
nem intellectũ cesum ⁊ separatũ habent
a bono: qui non solũ concisi sunt: sed etiã
sunt concisio alioꝝ quos seducunt. Ue
re illi carnales sunt cõcisio: nam nos spi=
rituales soli sumus circumcisio.i.purifi
catio.i.non solum purificati: sed etiã do=
ctrina ⁊ exemplo sumus alioꝝ purifica
tio. Abscisio enim illius superflue pelli=
cule signum erat omnia supflua circun=
cidẽda esse a corde. Illi vero cõcisa pel=
licula cor habent incircũcisum: nos ve=
ro rem tenẽtes.i.circũcisionẽ cordis vm
brã coꝝ negligimus. Nos inq̃ sum⁹ cir
cũcisio qui seruimus deo: non in carne q̃
vile quid est: sed in digniori parte scz in
spiritu: quãto eni spiritalitas preminet

Pseu= do canes dicunt.

carnalitati: tãto seruitus nostra coꝝ ser=
uituti. Seruimus deo in spũ: ⁊ gl'amur i
christo iesu.i.xp̃s iesus est glia nostra et
gaudiũ nostrũ: ⁊ nulla glia nobis i alio.
Ita gloriamur in xp̃o iesu: nõ dicã vt nõ
gloriemur in carne: sed etiã nõ habẽtes
vel minimã fiduciam in carne.i.in carna
libus que suadẽt. Dicerẽt illi. Fortassis
nec tibi esset vnde ↄfideres i carne: Nã.
Ad hec ille. Non erubesco vel cõfido in
carne: quãq̃ ego habeã.i.habere possem
cõfidẽtiã si qua esset in carne. Ego vtiq̃
haberẽ confidentiã si qua esset in carne:
Nã si quis videt ↄfidere in carne. (Hic
dico alius.i.longe diuersus a me/ qui in
xp̃o tñ ↄfido) ego vtiq̃ magis illo i car=
ne possem cõfidere. Magis ideo/ qꝛ ego
circũcisus octaua die ſm legem: ille for
tassis iam adultus transiens ad iudais=
mum fuit circũcisus. Circũcisio que fie
bat octaua die: significabat ꝙ ꝑ iusticiã
cui⁹ forma erat circũcisio: reuersuri era
mus ad illam octauã quã per culpã ade
perdidimus. In signũ cui⁹ octaue diem
dominicã celebram⁹. Hic eni mũdus ꝑ
septẽ dies voluit: finito autẽ mũdo inci
piet hec octaua nõ habitura finẽ in eter
nũ. Quia circũcidebant octaua die qui
non erãt de israel vt filij proselitoꝝ: ideo
addit. Ego etiã suz de genere israel. Qꝛ
iterũ quidã ſm alterũ parentẽ de israel:
ſm alterũ de gentibus vt dauid: qui ſm
alterã partem fuit de gñe ruth. Gẽtilis
ideo addit nat⁹ de tribu beniamin: qꝛ ite
rũ quidã de beniamin ad idola lapsi sũt:
apposuit hebreus natus sum ex hebreis
Fui etiã phariseus.i.egregius ſm legẽ:
et ꝑ intellectũ/ ⁊ per completionẽ legis.
Phares diuisio: inde pharise⁹ diuisus:
qꝛ separati erãt a populo egregij in lege
intellectu/ ⁊ contẽplatione. Fui etiã pse
quens ecclesiã dei ſm emulationẽ.i.pro
pter zelũ ⁊ dilectionẽ defendẽde legis.
Ut oib⁹ illis in lege ꝓlatus esse videar:
cõuersat⁹ sũ in lege sine q̃rela: sic eni me
ſuaui ꝙ nemo de me potuit cõqueri. Si
ne q̃rela dico ſm iusticiã/ non q̃ vera est:
sed eã que est i lege: quã homo satis põt
opari ꝑ se. Abscindere eni pelliculã illã
Mactare hircũ: ⁊ huiusmodi facile q̃li=
bet põt opari. Et qꝛ tãtus i lege fui/ si q̃
in carne gloria eẽt/ nulli maior q̃ mihi.
tam preeminẽs in lege fui: sed tñ ea q̃ an
te gratiã fuerunt mihi lucra. Lucrũ eni

Pharise⁹ vñ dicitur.

erat operari figuras: dū adhuc expectaretur veritas. Hec vti[q]; prius lucra modo arbitratus sum detrimēta. i. verū bonum destructiā ꝓpter christū amplexandū. Sediu enī in vmbra essem: corpus. i. christū non cōprehenderē. Sed licet dicam ꝓpter christū hec vetera me dimisisse: verūtamen vt hanc causam. i. xp̄m sitcam: existimo ego oīa esse decentia verū bonū solūmodo ꝓpter eminentē scientiam quā modo in scripturis assecutus sum. Prius enī dum erā in lege videbar habere scientiā legis quā in veritate nō habebam: sed veniens ad christū tūc primū habui verā scientiā scripturarū longe eminentē illi quā prius habere putabar. Scientiam dico iesu xp̄i dn̄i mei. i. quā iesus xp̄s venientib⁹ ad se distribuit Scd̄m ambrosiū amore motus dn̄m suū dixit. Propter quē xp̄m comprehēdendum non solū arbitratus sum: sed etiā feci videri alijs. Hec oīa carnalia detrimentū. Nec solum ea arbitror detrimentum / sed etiā vt stercora. Omnē enim adherentē sibi coinquinant: hec ideo arbitror stercora: vt sic christū faciā lucrum meū / q2 deserēs illa: lucror mihi christū in futuro plenius habendū: ideo etiā sic arbitror vt interim dum nondū plene accipio christū: inueniar membrū in illo. i. in corpore ei⁹. Ego dico iam nō habēs meā iusticiā: meā vti[q]; q2 que iusticia est ex lege. Opera aūt legis quilibet potest operari. s. habēs illā iusticiā que est ex fide iesu christi. i. quā habemus per hoc [q] in christum iesum credimus. Diceret ille iusticiā legis dicis esse tuam: illā autem que est ex fide christi opponis quasi tua nō sit. Ita ait paulus. Mea non est: sed [q] iusticia est ex deo. Justicia dico sicut habetur per fidē: ita perdurās in fide. Q2 opinaretur aliquis. Uerum quidē est q2 ex deo fides: ꝛ nisi per fidē non potest haberi iusticia: sed iam habita iusticia / non est vltra necessaria fides / ideo ait. quia sicut per fidē ortū habet iusticia: sic ꝑdurare habet in fide et nō sine illa. ¶ Dixit superius quia per christū habebat̄ eminēs scientia (etiā in hoc mūdo.) Nūc autem subdit [q] per eum habeat̄ longe maior cognitio: sed hec in futuro quādo dominū visuri sumus sicut est. Que iusticia est in fide. Justicia dico valēs ad agnoscendū illum in gloria sicut est: non sicut modo per speculū: ꝛ ad virtutem resurrectionis eius. i. ad resurgendū in immortalitate: que nostra resurrectio virt⁹ est sue resurrectionis. Resurrectio enī eius hoc efficit vt nos similiter resurgamus. Justicia iterū valens ad habēdam societatem passionū illius: vt quēadmodū ille ꝑ nobis: sic nos ꝑ eo patiamur. Passiones christi vocat que ante crucem toto tempore † tolerauit. Ualēs etiam ad habēdam cōfigurationē mortis eius: vt nos omnimodo ꝯfiguremur morti eius. Ut sicut ille ex sola dilectiōe mortu⁹ est pro nobis: sic ꝛ nos in dilectione ei⁹ mori gaudeam⁹. Id qd̄ diximus significāt verba: eius que tamen sic cōstruunt̄. Inueniar in illo ego dico cōfiguratus morti ei⁹. Diceret aliquis. Quare ita vis cōfigurari morti eius: cum iusticia tua sine morte ad habēdam gloriā sufficiat? Ad hec paulus. Ideo configurari volo morti eius: si quomodo ego non curarē quocun[q]; genere passionis vel mortis hec haberem. Si quomodo in[q]; occurram. Seruus ꝛ dn̄s sibi inuicē occurrunt: hic bene seruiendo: hic bene remunerando. Sic paulus occurrit christo dum morit̄ pro eo: sicut xp̄s mortuus est pro paulo. Occurrā dico tendēs ad resurrectionē Uel ita. Si quō occurrā ad resurrectionem: vt ī occurrere desiderium sanctorū notem⁹: que resurrectio est ex mortuis. Nos enī extra societatē mortuoꝝ resurgemus: sed impij non resurgent ex mortuis: q2 de die in diē moriunt̄. Ideo dico si quō: q2 non intelligo [q] iam acceperim aliqd de glīa illa ad quā tendo: aut [q] iā perfectus sim in cognitione xp̄i: ad cui⁹ cognitionem sic modo vtimur fide: sicut aliqs vtit̄ speculo ad cognitionē cuiusli bet rei. Nōdū accepi: s3 sequor sicut rem non habitā: ꝛ quā desidero. Sequor in[q]; si quō (sicut supra dictū ē) ꝯprehēdā cū Ex habundātia affectiōis ait cōprehēdam. Ac si diceret. Si cū cōsequi possem in amplexus meos includerē. Cōprehēdā dico in eo modo in quo cōprehensus sum a christo iesu: quādo vt sicut xp̄s me perfecte cognoscit sicut sum: ita ego cognoscā cū sicut est. Uel ita. Cōprehēdā christū in eo modo claritatis in quo ego cōprehēsus sum a christo iesu / qn̄ me vocauit ī via: vt in quāta claritate tūc erat possem eum amplexari. Ideo dico com

† Al. corpore.

prebēdam/quia ego fratres et si raptus
sum ad tertiū celum: tamē non arbitror
me cōprehendisse christū: nisi per specu-
lum fidei. Non arbitror me cōprehēdis-
se: sed ꝓsequor vnū.i. rem vnā: de q̄ vno
Ps.xxvi ille clamabat: Unam petij a dño: hāc re
quirā. Unum sequit̃ qui in eadem opera
Unū se- tione boni semꝑ est. Duo sequit̃ qui mo-
quēdū ē do bonū/modo malū operatur. Perse-
et non quor vnum ego quidē obliuiscēs ea que
duo. retro sunt.i. temporalia ꝛ quecūq; carna
lia. Uel ita Obliuiscēs q̄ retro sunt.i. pre
terita merita. Ad ea vero que sunt prio-
ra.i. potiora: q2 eterna. Uel ad ea merita
que sunt priora vtilitate: et si posteriora
precedētibus tēpore. Ideo vltima prio
ra: q2 precedentia irrita essent: nisi seque
rētur ista que faciūt vim illa habere. Ad
illa que sunt priora omni desiderio extē-
dens meipsum et carne/ꝛ spiritu: eundo
sic ad destinatū.i. ad rem mihi destinatā
sc3 ad brauiū.i. ad premiū laboris. Bra-
Brauiū uium dico vocationis dei: ad qđ accipi-
est labo- endū vocat me de⁹. Uocationis dico su
ris pre- perne.i. in suꝑnis celorū habēde in xp̄o
mium. iesu distributore hui⁹ brauij suis certa-
toribus. In hijs verbis ꝛ certitudinē et
cōmendationē rei quā expectat/infert.
Per destinatū et vocationis certitudi-
nem/per superne ꝛ dei/et in christo iesu
dignitatem ei⁹ rei significat. Quia ego
Paul⁹ nōdū accepi aliquid/nec adhuc
perfect⁹ sum: sed sequor vt cōprehendā:
extendēs me ad destinatū brauiū super-
ne vocationis: ergo vos quicūq; perfe-
cti estis hoc idem sentite: sc3 vos nondū
christū eo modo accepisse/aut in cogni-
tiōe eius adhuc perfectos esse. Nec hoc
per scđam personam dicit: sed more suo
vt eos melius inducat sese interserit di-
cēs. Quicūq; perfecti sumus: hoc sentia
mus. Qz supra ait. Nō q2 iam perfectus
sim: videt̃ oppositū ad h̄ qđ hic ait. per-
fecti sumus: sed non impedit. Ibi enim
ait de ꝑfectiōe cognitiōis dei: in qua ne-
mo in hoc mūdo ꝑfectus est. Hic ait de
perfectione virtutum quā habere possu
mus in hoc mūdo: in qua ꝑfectione mul
Perfe- ti gradus sūt. Paulus eni ꝑfectior alio:
ctus q̄s et quilibet sine criminali vitā ducēs per
dicatur. fectus dicit̃. Et q2 dixi sentiam⁹ nos sic
imperfectos: ne ideo desolemini: q2 si qđ
aliter.i. minus ꝑfecte sapitis: deus q̄ qđ
iam sapitis vobis reuelauit: hoc etiā qđ
sapiendū restat vobis reuelabit. Uel ita
Si quid aliter sapit̄.i. q2 iam ad aliquē
gradū cognitionis pertingitis/de⁹ hoc
reuelauit vob̄: ꝛ sic faciet illud qđ restat
Uel ita. Sentiamus nos imꝑfectos: ꝛ si
vos aliquid aliter sapitis q̄ꝫ sapiēdū sit
a carnalibus decepti: de⁹ reuelabit vo-
bis hoc quđ sentire debeat̄ q̄ iam aliqđ
fecit in vobis. Dicerēt illi. Et q2 sicut di
cis sumus imꝑfecti: ideo stare nō possu-
mus/nec mirandum si labimur. Ad hoc
paulus. Licet nondū perfecti simus: ve
rūtamen oportet vt sapiam⁹.i. intelliga
mus idem oēs. Nec in carnalib⁹ idē: sed
illud idē ad qđ intelligendū fide perue-
nimus: ꝛ oportet vt permaneamus in ea
dē regula.i. in eadē rectitudine viuendi.
Ut autē in eodē ꝑmaneatis. O vos fra-
tres estote mei imitatores. Qz si oppo-
nitis me quē nō videtis nō posse imitari.
Ad hoc respōdeo. Obseruate.i. diligen-
ter cōsiderate eos qui ita ꝰm fidē ambu
lāt: sicut adhuc habetis credo in memo-
ria formā nostri quēadmodū docebam⁹
et viuebam⁹ dum apud vos essem⁹. Si-
cut eni faciem hoīs olim visi quis recol-
ligit: sic ꝛ vos formam nostre doctrine ꝛ
morū. Ideo dico qui ita ꝰm formam no-
strā ambulāt: multi eni ambulāt in gene
re mali: quos multos sepe cū apud vos
eram dicebā vobis esse inimicos crucis
xp̄i/dum eni aliūde q̄ꝫ per crucifixū chri
stū dicūt hoīem iustificari: ꝓ certo inimi
cantur cruci xp̄i. Tūc sic dicebā vobis:
nūc autē idē dico dolēs ꝛ flens: ꝛ de dā-
natione eorū: ꝛ de seductione vestra. Ut
ab huiusmodi cōsensu philippēses retra
hat/improbat illis pseudo: partem vero
suā approbat dicens. Finis quoꝝ inimi
coꝝ xp̄i est interitus.i. eterna dānatio: ꝛ
deus quoꝝ est venter: id qđ cōtinet pro Uēter ē
eo qđ cōtinetur.i. esca. Dum eni per escā de⁹ mul
se purificari credūt/qđ dei est esse attri torum.
buūt. Uel ita. Quoꝝ deus vēter est: non
eni amore dei ꝑdicant/sed vt ventrē im-
pleāt: ꝛ gl'ia ipsoꝝ q̄ terrena sapiūt.i. qui
carnalia sectant̃ ꝛ docēt/est in cōfusione
Dicunt̃ eni trūcati. Erubescere etiā pos
sunt/dum illi rationales credūt se iusti-
ficari per imolationē irrationalis hirci
Finis coꝝ est interitus/sed nostra/nō so
lū volūtas: sed etiā ꝯuersatio qui crucē
xp̄i diligim⁹ est ī celis: terrenis eni post
positis anhelam⁹ ad celestia. Unde.i. q2

cõuersatio nostra est ĩ celis: hac fiducia securi expectamus ad iudiciũ saluatorẽ dominũ nostrum iesuꝫ xp̃m: qui corpus humilitatis .i. abiectionis nostre. Nos eni per peccatũ nosmetipsos abiecimus a gloria in qua conditi eramus. Corpus inq̃ꝫ hoc reformabit: quãdo eni p̃mũ hominẽ creauit: in multa eum claritate formauit. In resurrectione autẽ maiori ad huc claritate reformabit corpus nr̃m cõfiguratũ corpori .i. in eadem figura positum in qua suum corpus erit: nec corpori mortalitatis q̃d prius habuit: sed corpori claritatis sue: quã claritatẽ immortalitatis accepit ĩ resurrectiõe: et in hac eadẽ claritate ĩmortalitatis corpus nostrũ reformabit. Et hoc notãdum qꝛ nostra humilitas sua fuit claritas. Qꝛ autem potens sit reformare subdit dicens. Reformabit agens ẜm operationem: in qua operatione non solum hoc facere: sed etiam possit sibi omnia subijcere.

Domo p̃mus in m̃ta claritate fuit formatus.

Capitulum .iiij.

Itaqꝫ frẽs mei charissimi ⁊ desiderantissimi: gaudiũ meũ ⁊ corona mea: sic state in dñõ charissimi Euchodiam rogo ⁊ sinthicẽ deprecor idipsum sapere ĩ dñõ. Etiã rogo ⁊ te germane compar: adiuua illas que mecũ laborauerunt in euãgelio cũ clemẽte ⁊ ceteris adiutorib⁹ meis: quoꝝ nõia sunt in libro vite. Gaudete in dñõ semꝑ: iterum dico gaudete. Modestia vestra nota sit oĩbus hoĩbus. Dñs eni prope est. Nihil solliciti sitis: sed in oĩni oratione ⁊ obsecratione cũ gratiarũ actione petitiões vestre innotescant apud deum. Et pax dei que exuperat omnẽ sensũ: custodiat corda vestra ⁊ intelligentias vestras in christo iesu. De cetero fratres quecũqꝫ sunt vera / quecunqꝫ pudica / quecunqꝫ iusta / quecũqꝫ sãcta / quecũqꝫ amabilia / quecũqꝫ bone fame: si qua virt⁹: si qua laus discipline. hec cogitate: que ⁊ didicistis ⁊ accepistis: et audistis ⁊ vidistis ĩ me. Hec cogitate ⁊ agite: ⁊ de⁹ pacis erit vobiscũ. Gauisus sũ autẽ in dñõ vehementer: q̃ñ tandẽ aliq̃ñ refloruistis ꝓ me sentire sicut ⁊ sentiebatis. Occupati autem eratis. Non quasi propter penuriã dico. Ego eni didici in quibus sufficiens sum. Scio ⁊ humiliari: scio et abundare. Ubiqꝫ et in oĩbus institutus sum: et satiari / et esurire / ⁊ abundare / ⁊ penuriã pati. Oĩa possum: in eo qui me cõfortat†. Uerũtamẽ bñ fecistis: cõmunicantes tribulationi mee. Scitis autẽ ⁊ vos philippẽses ꝙ in principio euãgelij q̃ñ ꝓfectus sum a macedonia: nulla mihi ecclĩa cõmunicauit in ratione dati et accepti: nisi vos soli: qꝛ et thessalonicã semel et bis in vsum mihi misistis. Non qꝛ quero datum: sed requiro fructum abundantẽ in ratione vr̃a. Habeo autẽ oĩa: ⁊ abundo. Replet⁹ sum acceptis ab epafrodito: q̃ misistis in odorẽ suauitatis hostiã acceptã placentẽ deo. Deus autẽ meus impleat omne desideriũ vestrũ ẜm diuitias suas in glĩa in christo iesu. Deo aũt ⁊ patri nostro gloria in secula seculoꝝ amẽ. Salutate omnẽ sanctũ in christo iesu. Salutãt vos qui mecũ sũt fratres. Salutãt vos omnes sancti: maxime autẽ qui de cesaris domo sunt. Gratia dñi nr̃i iesu xp̃i cum spiritu vestro Amen.

xl. di. q̃d dicit .i. ſi.

† Ar. cõfortauit.

Roma. xij. a.

Et qꝛ reformabit nos qui conuersamur in celis: itaqꝫ fratres mei sic nobiscum cõuersamini Frẽs dico charissimi pro iam bene gestis: ⁊ desiderãtissimi .i. q̃ me multum desideratis. Uel desiderãtissimi .i.

plurimũ a me desiderati. Uos dico gaudiũ meum in p̄senti: bonum enĩ mihi est gaudere de vestra perfectione: vos ⁊ corona mea in futuro/ ꝓ vobis enĩ coronari cõfido. Uos fratres state in dño sic .i. vel sicut vos docui: vel sicut vsq̃ modo stetistis: sicut charissimi de preterito: ita charissimi ꝓ futuro bono. Uos ita in cõmuni admoneo: sed euchodiã q̃si q̃ cito cõsentiat rogo/ ⁊ sinthicẽ q̃ minus videt̄ exorabilis deprecor sapere vtrasq̃ idipsum .i. vnitatẽ fidei. Idipsum dico nõ in lege/ sed in dño. Hec due matrone erãt que ministrauerãt apostolo ⁊ discipulis in p̄dicatione: sed ꝑ muliebrẽ leuitatem qđ fecerãt apostolo/ idem faciebãt illis pseudo: putantes tñ se bene agere: ⁊ sup hoc redarguunt̄ a paulo. Rogo etiã te o germane qui mihi cõpar es in p̄dicatione euãgelij: adiuua illas docẽdo/ ne sic errent vlterius (⁊ dignũ est) q2 que laborauerunt mecũ in euangelio/ de suis mihi ministrãdo: que etiã laborauerũt cũ clemẽte ⁊ ceteris adiutorib⁹ meis similiter ministrãdo. Nomina .i. merita quorũ per que corã deo nominabiles sũt: nomina inq̃ sunt in libro vite.

Liber vite mens diuia dr̄

Liber vite mens diuina dicitur: in qua boni ab eterno memoriter scripti sunt. Hic german⁹ erat coadiutor pauli in p̄dicatiõe. Has ꝑsonas ex noĩe sic admoneo: in cõmune autẽ hoc precipio: gaudete non in lege: nõ in carnalibus: sed in dño (sicut admonui in principio) Nec ad horã: sed semꝑ gaudete in dño: ⁊ iterũ idẽ dico gaudete in dño. Si semel diceret gaudete: nõ videret̄ hoc magis velle q̃ aliud: sed quia hoc magis suadere intẽdit: nunq̃ nimis dicit: q2 nunq̃ nimis fit. Ita autẽ gaudete i dño/ vt modestia vestra nota sit omĩbus hoĩbus ad exẽplũ boni. Modestiã dicit quasi mẽsurã: vt sic mẽsurati sint: ne vltra dñm gaudium querãt: nec infra gaudere presumant.

Gaudiũ q̄rit vltra dñm qui fidei adiũgit carnalia

Ultra dñm gaudiũ querit qui fidei adiũgit carnalia. Infra subsistit qui in ꝓprijs virib⁹ gaudiũ querit. Dicerẽt illi. Bonũ esset ad cultũ dei legẽ adiungere fidei. Ad hoc paul⁹. Sic estote modesti: q2 dñs prope est .i. parat⁹ semper est auxiliari modestis. Iterũ illi Si teneremus disciplinã legis ad corrigendũ inquietos esset vtilis. Ad hoc iterũ paulus. Nihil sitis solliciti .i. ne sitis dubij de auxilio dei qđ vobis accelerat dimissio legis. Uel laxius accipiamus hoc ita: vt ad vtrãq̃ pugnã respõdeant hec verba. Quasi diceret. Uos vtrinq̃ i pugnamini: sed gaudete in dño semper: quia digni estis a ꝑsecutoribus: ⁊ a pseudo pro noĩe ei⁹ pati. Iterũ dico gaudete. Duplex est pugna: duplex exhortatio Sic autẽ gaudete vt modestia .i. tẽperãtia patiẽtie vestre: nota sit oĩbus hoĩb⁹. Ut aũt modesti sitis: scitote q2 dñs prope est: qui nõ deserit sperãtes in se. Et q2 prope est: nihil ergo solliciti sitis .i. ne ꝑsecutores dubitetis. Ne sitis dubij: sed petite in omĩ oratiõe/ ⁊ obsecratiõe/ ⁊ cũ gratiarũ actione.

Oro q̄ñ dicitur. Obsecratio q̄ñ dr̄.

Oratio dicit̄ q̄ñ res impetrabilis petitur ⁊ deprecatiue. Obsecratio dicit̄ quãdo per adiuramẽta ⁊ qđ ad impetrandum difficile videt̄ postulamus. Redditio etiã grãrũ ad impetranda futura vtilis est: sicut ingratũ esse nocuũ est. Sic autẽ petite/ vt petitiones vestre innotescãt apud deũ .i. cognite ⁊ approbate sint apud deũ.

Petitio q̄ñ innotescit apđ deũ

Tunc apud deũ innotescit petitio: si qui petit iustus est: ⁊ si qđ petit idoneum est. Petitiões dicũtur de reb⁹ que modo oportune sũt/ modo trãseunt: vt pluuia in siccitate: estus in messe. Qđ ex vobis potestis facite: et in quo vos deficitis deus ex pietate suppleat. Et sic ait. Pax dei .i. deus pacis (et ꝯgrue q2 pugnã patiebant̄) nominat hic deũ pacis. Pax inq̃ dei que exuperat omnẽ sensum. Intellect⁹ enim hoĩs eam capere nõ sufficit. Pax inq̃ hec custodiat corda .i. voluntates vestras: ⁊ intelligẽtias vestras in christo iesu: qui tot⁹ boni custodia est. Quidã idem intelligunt: sed nõ idem volunt. Quidã idem volũt: qui tamen idem non intelligunt. De preteritis sic vos instruxi: de cetero .i. de futuro fratres cogitate quecũq̃ sũt vera/ quecunq̃ pudica. Hec duo vera ⁊ pudica circa fidẽ accipiunt̄: quoꝝ alterum sine altero licet nequeat esse in fide Si enĩ veritas est in fide ⁊ pudicitia/ q2 si falsa fides est: est etiã adultera/ tamen non sunt superflua: q2 verũ et pudicũ diuersas laudes signant in fide. Cogitate etiã quecũq̃ iusta ad proximũ. quecũq̃ sancta in nobis. quecũq̃ etiã sunt amabilia .i. ꝓ quibuscunq̃ amat̄ religio vestra. et quecũq̃ sunt bone fame .i. de q̃buscũq̃ bona loquũtur hoĩes. Ita tñ dico bone fame si qua virt⁹ est in eis. Uel si non est

tanta virtus sit ibi saltem aliqua laus disciplinę. Sufficit eni solūmodo disciplina xp̄iana vt appareat laudabilis. Cogitate inq̄ hec oīa que et didicistis a me: et etiā accepistis a me: et turpe est vt deseratis que bene incepistis: que etiā audistis esse in me: et cū apud vos essem vidistis in me. Hec non solū cogitate / sed etiā agite: et tunc deus pacis erit cooperādo vobiscum. Sic vos de futuris admoneo: de preteritis autē gauisus sum vehemēter in dn̄o: sc3 q̄ tandē multo tēpore preterito: et tunc aliquādo. i. semel nō amplius refloruistis. Cū enim apud vos erā / tūc circa me floruistis: nūc aūt refloruistis nō solū mīstrare: s3 etiā sentire p̄ me. Sic eni grauis fuit vobis mea egestas: ac si vos eisdē indigeretis. Sentire dico sicut olim cū apud vos eram p̄ me sentiebatis. Refloruistis cōueniēter ait. Sicut eni de flore ita fructus expectatur de hac administratione. Nunc tādem refloruistis: sed prius occupati eratis: et ideo excusabiles estis si aliūde impediti nō ministrastis. Gauisus sū vtiq̄: et non hoc dico quasi p̄pter penuriā que mihi grauis esset: ego eni didici esse sufficiens in quibuscūq̄ sum. Scio eni et humiliari. i. pauperari. Scio etiam abūdare. Ille scit humiliari qui nō frāgit̄ egestate. Scit abūdare si cū auctoritate nouit subditis imperare: non tñ sibi ad gloriam / sed ad vtilitatem ecclesie. Scio humiliari et abundare: ego eni sum institutus. i. assuet⁹ vbiq̄. i. in omni loco. Siue sint ibi pauci / seu plures / seu pauperes / seu diuites. Et in oībus reb⁹ sum ego institutus / et saturari / et esurire: et (vt laxi⁹ dicam) scio abūdare et penuriā pati. Et licet dicā scio pati etc̄. tamen hec omnia possum non in viribus meis: sed in eo adiuuāte qui me per gratiā suam confortauit. Et licet dixerim me non p̄pter penuriā gauisum esse: verūtamen non sum ingratus beneficijs: sed bene fecistis cōmunicātes tribulationi mee. i. mihi tribulato. Dico scio abundare et penuriam pati: vos autē o philippenses hec scitis: quia quādo profect⁹ sum a macedonia in p̄ncipio euāgelij: nulla ecclesia communicauit mihi in ratione. i. in cōsideratione dati et accepti: vt consideraret me dare sibi spiritualia: et me debere ab eis accipere carnalia. Uel econuerso q̄ acciperet a me sp̄ualia / et deberet dare tp̄alia. Nulla inq̄ cōmunicauit nisi vos soli q̄ misistis mihi thessalonicā et semel et bis. non tamen in cōgregandū thesaurū: sed in vsum. i. quod vsui meo sufficeret. Diceret illi. Ideo nos laudat: vt sic nos ad sibi dandū inducat. Ad hoc paulus. Nō ideo vos laudo: q2 quero datum. i. vt detis mihi: sed requiro abundātem fructū in ratione. i. in administratione vestra ex ratione facta. Quasi diceret. Nō amore accipiēdi quero a vobis: sed vt exhibeā me capacē materiā vestre benignitati vt sic fructificare possit. Ideo nō quero datum: quia ego habeo omīa que oportet: et abūdo in illis. Abundo vtiq̄ / quia repletus sum acceptis ab epafradito que misistis in odorem suauitatis deo. Per incēsum (qui dicitur odor suauis deo) significatur oratio. Hec autem elemosina non minus grata fuit deo / q̄ deuota oratio. Misistis et hāc eandem hostiam acceptam deo / nec quoquomodo acceptā: sed bene placentem deo. Hostia vocabatur q̄d pro deuictis vel deuincendis hostibus offerebatur. Hij autē si se vel verberibus / vel ieiunijs mactarent: vt inuisibilis hostis tētationes superarēt / non magis placerent deo q̄ hec administratio. Repletus sum a vobis / deus autem meus impleat omē desideriū vestrū. Nō s̄m hoc q̄d meruistis: sed s̄m diuitias suas. Impleat dico in gl̄ia et hoc in christo iesu distributore glorie. Quia me repleuistis sic oro pro vobis: deo aūt et patri nostro pro hijs et p̄ oībus que bene gerimus sit gl̄ia in secula borū seculorum cōsecutiua Amē. Salutate omnē sanctū in xp̄o iesu. Hoc ait de discipulis suis si forte p̄rāseūtes viderēt illos. Salutāt vos fratres qui mecū sunt. Hoc iterū de discipulis suis q̄ secū erant ait. Salutāt vos oēs scti: hec ait de cōuersis. Maxime autē salutāt vos hij qui sūt de domo cesaris. Uoluit significare eis de familia neronis quosdā per eū cōuersos esse: ope quoꝝ estimabat se euasurū vt visitaret eos. Signum epistole. Gratia dn̄i nostri iesu christi cum spiritu vestro sit: vt in spiritalib⁹ deo seruiatis: in quo et semper gaudetis Amen.

Humiliari do scit. | Oratio p̄ incēsū significatur. | Hostia q̄d dicebatur.

¶ Incipit argumētum in epistolā ad Colossenses.

Colossenses: et hij sicut et laodicenses sunt asyani: et ipsi preuenti erant a pseudo apostolis. Nec ad hos accessit apostolus: sed & hos per epistolam corrigit. Audierant enim verbum ab archippo: qui et ministerium in eos accepit. Ergo apostolus iam ligatus scribit eis ab ephesa p tychicum diaconem et onesimū acolitum.

¶ Prologus Brunonis in Epistolam Ad colossenses

Hij colossēses asiani erant affines laodicēsibus quibus in apocalipsi iohānes scribit cum ceteris ecclesijs: quibus similiter paulus epistolam scripsit: quia temptabātur similiter a pseudo prophetis: et precepit vt epistola colossensiū legeretur in ecclesia laodicēsium, et ecōuerso. His autem colossensibus non predicauerat paul⁹: nec ad eos venerat: sed archippus discipul⁹ pauli filius fortasse philemonis: cui paulus ꝑ onesimo recōciliando scribit: predicauerat illis: et ad fidem cōuerterat. quibus iam sic in fide ꝓmotis epaphras quidam ex eodē populo natus instruct⁹ etiam a paulo in fide superuenit: affirmās qd archipp⁹ predicauerat illis: quem libenter audierunt conciues sui: et per eum incrementum acceperūt fidei. Dū autem florerent in fide ambulātes ſm doctrinam archippi & epaphre superuenerunt pseudo predicātes illis legem. Populus autem adhuc rudis estimans eos esse audiēdos, nō minus ꝙ illos priores: fere incipiebat cōsentire eis. Sz epaphras audiēs apostolum prope esse ephesi: pertransijt ad illum: nūcians illi ordinem rei: et postulans ab eo vt predicationem suam: & archippi confirmaret per epistolam illis missam. Eorum vero partem qui contradicebant improbaret. Hac occasione paulus scribit eis hanc epistolam: in qua materiā habet christum et legem: hij enī christum: illi legē predicabāt. De his sic agit approbando fidem christi: multis et euidentib⁹ causis: & improbando legem non vltra iam esse tenēdā. Ea intentione de vtroqꝫ sic agit: vt confirmet eos in puritate fidei qui est christus.

¶ Capitulum primum.



Aulus apostolus iesu xpi per vo
lūtatē dei:τ timotheus frater: his q̄
sunt colossis sanctis τ fidelibus fra
tribus in christo iesu. Gratia vobis
et pax a deo patre nr̄o. Grās agim⁹
deo et patri dn̄i nr̄i iesu christi semp
ꝓvobis orātes: audiētes fidem ve
strā:in christo iesu:et dilectionē quā
habetis in sanctos oēs ꝓpter spem
que reposita est vobis in celis: quā
audistis in verbo veritatis euāgelij
qđ puenit ad vos:sicut τ in vniuerso
mūdo est:et fructificat et crescit sicut
in vobis ex ea die qua audistis et co
gnouistis gratiā dei i ꝟitate:sicut didicistis ab epaphra charissimo cō
seruo nr̄o:q̄ est fidelis ꝓ vobis minister xpi iesu:q̄ etiā manifestauit no
bis dilectionē vestrā in spiritu. Ideo et nos ex q̄ die audiuimus nō ces
samus pro vobis orantes et postulātes: vt impleamini agnitione volū
tatis ei⁹ in omni sapiētia τ intellectu spiritali: vt ambuletis digne deo
per oīa placētes:in oī ope bono fructificātes et crescētes in scientia dei
in omni ꝟtute cōfortati ƀm potētiā claritatis ei⁹ in oī patiētia et lōga
nimitate:cū gaudio grās agētes deo et patri: q̄ dignos nos fecit i par
tem sortis sctōꝝ in lumie. Qui eripuit nos de ptāte tenebrarū: et trāſ
tulit i regnū filij dilectiōis sue. In quo habem⁹ redēptionē et remissio
nem peccatoꝝ:q̄ est imago dei inuisibilis: primogenit⁹ oīs creature:
qm̄ in ipso condita sunt vniuersa in celis et in terra: visibilia et inuisibi
lia. Siue throni:siue dn̄ationes:siue principatus:siue ptātes: oīa p ip
sum et in ipso creata sunt. Et ipse est ante oēs: et oīa in ipso ꝯstāt. Et ip j.Corin.xv.c.
se est caput corpis eccl'e:q̄ est pricipiū primogenit⁹ ex mortuis:vt sit in
oīb⁹ ipse primatū tenēs:qꝛ in ipso ꝯplacuit oēm plenitudinē diuinitatis
inhabitare:et per eū recōciliari oīa in ipm̄ pacificās p sanguinē crucis
ei⁹:siue que in celis siue que in terris sunt. Et vos cū essetis aliqn̄ alie
nati et inimici sensu in opib⁹ malis:nūc aūt recōciliauit in corpore car
nis ei⁹ p mortē exhibere vos sctōs et imaculatos et irreprehensibiles
corā ipso:si tamen pmanetis in fide fūdati:τ stabiles:et imobiles a spe
euangelij qđ audistis:qđ predicatū est i vniuersa creatura q̄ sub celo ē:
cui⁹ fact⁹ sum ego paul⁹ minister:q̄ nūc gaudeo in passionib⁹ ꝓvobis:τ
adimpleo ea q̄ desūt passionū xpi in carne mea ꝓ corpe ei⁹ qđ ē eccl'a. Cu
ius fact⁹ sum ego minister ƀm dispensationē dei q̄ data est mihi i vobis
vt ipleā ꝟbū dei:mysteriū qđ abscōditū fuit a secul'τ gn̄atiōib⁹:nūc au
tē manifestatū est sctis ei⁹ q̄b⁹ voluit de⁹ notas facere diuitias glīe sa
cramēti hui⁹ i gētib⁹:qđ est xp̄s i vobis spes glīe: quē nos annūciam⁹
corripiētes omnē hominē et docētes in oī sapiētia:vt exhibeam⁹ oēm

hoiem pfectū in xpo iesu: in quo et laboro certando ƒm opatione eius quē operatur in me in virtute.

Expositio Cap. primi.

Paulus et cetera. Quia hic auctoritas necessaria erat: dignitatis nomē non intermisit dicēs. Paulus apostolus: nō legis / sed christi iesu. Apostolus dico per volūtatē dei: scit ote qz q mihi ptradicit z volūtati dei. Qui aūt archippo et epaphre discipulis † meis / similiter et mihi z deo. Paulus inq̄ et timotheus frater scribūt hijs qui sunt colossis. His dico sanctis. i. qui sanciti sunt et confirmati in iusticia fidei. Sāctis inq̄ et fidelib⁹ fratribus. i. minus perfectis. Sāctis et fidelibus dico in christo iesu. Et si christus iesus vobis ad sanctificandum sufficit: frustra legem apprehendere vultis Timotheū ideo secū in salutatione posuit: qz not⁹ erat illis: z habebāt eum magne auctoritatis. Hic autē auctoritate sola op⁹ erat. Nō eni ȝdicebāt petro vel paulo / vel cuiq̄ xpm pdicāti: sed simpliciter opinabant illos pseudo sic esse ex paulo vt illos veros. Paulus inq̄ z timotheus sic scribūt. Gratia vobis z pax a deo patre nr̄o: sicut sepe expositum est. Nūc i pmis pmēdat fidē eorū quā tradiderāt illis archipp⁹ z epaphras dicens Audiētes fidē vestrā grās agim⁹ deo: p qua vtiq̄ non agerem grās si eēt īpfecta Sȝ agim⁹ grās deo: et patri dn̄i nr̄i iesu xpi: cuius fides tradita est vobis. Cui sicut ego cōsētio: sic xps et pater ei⁹ deus Videte ne vos negligētes discipl'os cōtēnatis me magistrum: qz si me z xpm z patrē ei⁹ deū contēnitis. Grās agimus nos orātes p vobis: vt in fide quā accepistis pficiatis: qđ vtiq̄ non orarē nisi fidē hāc approbarē. Orātes dico nō raro sȝ sēp. Videte ne laborē orōnis mee irritū faciatis. Vn̄ grās agat pxime subdit cōmēdādo fidē: sic tradiderāt ill' archipp⁹ z epaphras dicens. Grās agim⁹ audiētes fidē vestrā eē in xpo iesu: z audiētes bonū effectū vestre fidei scȝ dilectionē: quā habetis in oēs sctōs qb⁹ ex charitate vr̄a cōicatis. Dilectionē dico habitā pcpter spem. i. pcpter rē speratam: q̄ spes est posita. i. abscōdita vobis: z reseruata in tam digno loco sicut in celis. Per h q dicit rē speratā positā eē et abscōsam: cōmēdat meritū eoꝝ q sperant a deo qđ nec viderūt nec audierūt. Vbi ait in celis dignitatē sperate rei: ex loco in q futura ē ondit. Dicerēt illi. Spes ista ex lege habet. Ad hoc paul⁹. Quā rē speratā et audistis et intellexistis in verbo veritatis. Nec q̄ hec veritas i lege fuit: sed veritatj euāgelij. Lex eni falsitatis est verbū: sed euangeliū vbū est veritatis. Lex falsitatis ē verbū. Iterū illi. Malum⁹ non obedire tibi: q̄ rē inauditā suscipe. Ad h paul⁹. Qđ euāgeliū (ptrāsiēs iā multas eccl'ias) venit ad vos. Qđ aūt oīs eccl'ia tenet: vos ne repellere vultis? Iterum illi. Peruenit vtiq̄ ad nos: sȝ nō sic itegrū vt ad alios Ad h ait. Peruenit vtiq̄ ad vos / sicut pueuit i vniuersum mūdū. In hac enim eadē fide quā tradiderūt vobis tot⁹ mūdus post xpm abit. Peruenit dico et est i. sic pmanet in vniuerso mūdo: et fructificat bn̄ operādo: z crescit tā numero q̄ cognitiōe dei. Nō p alid q̄ traditū ē vobis: sed sicut isti posuerūt in vobis. Dicerent illi. Crescit qdem in nobis ex q cepimus audire hos q nouiter intrauerunt. Minime ait paul⁹: sȝ crescit ex ea die q̄ audistis fidē ab archippo: z cognouistis p testimonia scripturarū approbatā vobis grām dei q ē in fide. Grā eni legis in manu abscidētis pelliculā vetule cōsistit. Grām dei dico in veritate: credite mihi: qz hec est vera grā dei. Grā legis vmbra erat. Audistis dico / z sic vos didicistis: et vtiq̄ turpe ē didicisse qđ derelinqretj: et ecōuerso. Didicistis dico ab epaphra charissimo nr̄o: q ita fuit xpo i euāgelio vt petr⁹ vel ego. Ne q̄ min⁹ audiatj eū dicerēt illi. Vocas eū ɔseruū: sȝ alia ministrauit nobis q̄ a te nō didicit Minime ait paul⁹: qz q ē fidel' minister: nil addēs / nil diminuēs. Minister dico xpi iesu. i. vl' qz xpȝ ministrat: vl' qz xps instituit eū ministrū: vel minister ad honorē christi. Et q minister est h certe p vobis q pp'us ei⁹ estis: qz nisi p dilectionē vr̄a eēt credo nō ministraret. Qui etiā manifestauit nobis nō odiū vr̄m. nō dissētionē sȝ dilectionē vestrā eē i spū. i. ɔtēnere carnalia: diligere spūalia. Postē so vn̄ grās agat cū approbatiōe accepte fidei: subdit qd oret p eis: isferēdo iprobationē legis dicēs. Et qz manifestauit nobis dilectionē vestrā in spū. Ideo ora

† Ar. coadiutorib⁹.

mus ꝓ vobis ⁊ nõ ceſſamꝰ orãtes: ex ea
die q̃ audiuimꝰ fidẽ ⁊ dilectionẽ veſtrã.
Orãtes dico et poſtulãtes. i. q̃ſi rẽ iuſti-
cie vr̃e debitã cũ fiducia petẽtes: vt im-
pleamini agnitiõe volũtatꝭ eiꝰ. i. vt ple-
narie cognoſcatꝭ volũtatẽ dei. Implēami
ni dico ĩ oĩ ſapiẽtia. Sapiẽtiã h̄ ponit q̃ſi
ſciẽtiã: et ꝙ ait ĩ oĩ ſapiẽtia idẽ valet qđ
in oĩ cognitiõe actiue vite. Implēamini
etiã ĩ oĩ ſpiritali intellectu: vt ſicut ĩ cor
poralibꝰ ſic volũtatẽ dei intelligatꝭ ĩ ſpi
ritalibꝰ. Vt itelligẽtes volũtatẽ eiꝰ am
buletis ꝑ oĩa. i. bñ opemini. Ambuletꝭ di
co digne deo. i. vt ſitꝭ digni h̄re deũ. Vt
digne deo vt deꝰ dignũ iudicet habitare
ĩ vobis. Vos dico ſic ãbulãdo placẽtes
Vel ambuletꝭ placẽtes ꝑ oĩa qđ idẽ va-
let. Nec ĩ ambulãdo ſubſiſtere velitis: ſ
ĩ oĩ oꝑe bono fructificãtes. i. incremẽtũ
habẽtes. Vos dico ſic fructificãdo cre-
ſcentes in ſcientia dei. i. ĩ cognitione di-
uine eſſentie: quã nemo habere poteſt
niſi priꝰ operetur q̃ ſunt dei / nõ enim per
cognitionẽ ad opera: ſed per opera pre-
miſſa ad cognitionẽ aſcendit. Hec ſciẽ-
tia dei et agnitio volũtatis eius quã pre
miſit longe a ſe differunt / ibi enim ait
quid velit deꝰ / quid non velit: qđ facile
patet q̄buſlibet: hic autẽ de cognitione
diuine eſſentie quã aperit puritas vite.
Conueniẽter aſcendit: priꝰ eni intelligẽ
da eſt volũtas dei: qua intellecta ambu-
lãdum eſt in ea / nec ibi ſubſiſtendũ: ſ in
melius fructificandũ: tum demũ patet
introitus ad cognitionẽ diuine eſſentie.
Quo poſtq̃ venit: reſtat ſolũmõ ꝑſeuera
re. Vñ ait. Poſtq̃ fructificaueritꝭ ⁊ cre
ueritis in ſcientia dei: eſtote cõfortati. i.
roborati: et ꝑſeuerãtes in oĩ v̄tute. i. hũi
litate tẽperãtia ⁊ q̄cũq̃ ſũt. Cõfortati di
co ſc̄m potẽtiã eiꝰ. i. ita cõfortati ſic̄ ipſe
potẽs ẽ vos ꝯfortare. Potẽtiã dico cla
ritatis eiꝰ. i. q̄ vos clarificauit. Qui eni
cũ eſſetis ĩ tenebris pctõrũ vos clarifi-
cauit iuſtificatoſ: faciliꝰ poterit ⁊ dꝫ ꝯſũ
mare iã iuſtos. In oĩ v̄tute dico / ſcꝫ ĩ oĩ
patiẽtia ⁊ lõganimitate ꝯfortati cũ gau
dio. Q2 has duas v̄tutes vidit magis ne
ceſſarias ad ꝑſeuerãdũ: iõ ſubiũgit ĩ oĩ
patiẽtia. i. vt ſic̄ acerbitatẽ malorũ: ſic et
opprobria patiamur. Qui eĩ pati nõ vult
cõtẽdit: repeutit: ⁊ ſic dilectio perit. Ad
didit etiã ĩ lõganimitate. Qui eĩ lõgani-
mis ĩ ſuſtinẽdo nõ ẽ / ſi differt remunera

tio / ꝓijcit onus dei: et ſic oĩs virtus in il
lo perit. Iterũ patiẽtes ⁊ lõganimes eſ-
ſe malum eſt: niſi ex volũtate: et ideo ad-
dit cum gaudio / vt non triſtent: ſed gau-
deant pati et diu expectare. Vult illis
modo improbare legẽ: dicẽs ſe ⁊ alios
apoſtolos q̄ in lege nati fuerunt: q2 in te
nebris tũc erant: legem deſeruiſſe: ⁊ gra
tias agere deo / ex eo q2 ad fidẽ vocauit
eos: ⁊ ſi naturales legꝭ: illa nec lecta ad
herẽt fidei: ſtultũ eſt eos qui nũq̃ ĩ lege
fuerunt / et fidem acceperũt cõfundere
puritatem fidei admixtione legis. Vn-
de ſic ait. Nõ ceſſamꝰ orãtes pro vobis:
et gratias agẽtes deo patri: qui vos fe-
cit dignos in partẽ ſortis. i. in participa
tionẽ hereditatis ſanctorũ. i. quã habitu
ri ſunt ſancti. Nos dico poſitos in lumi-
ne. i. ĩ vera cognitiõe. Vel ĩ lumĩe. i. ĩ xp̄o
illuminãte nos. Partẽ ait ſc̄m diuerſos
poſſeſſores: nõ q2 ibi ſint ſegregate ꝑtes:
q2 omnibus vna beatitudo. Hereditatẽ
ſanctorũ vocat ſortem: q2 nõ per meritũ
hominis dat̄ ſed ſorte. i. diuina electiõe
Quomodo dignos hac ſorte fecerit ſub-
dit dicẽs. Poſuit inq̃ in lumĩe: qui pri
mum eripuit nos de poteſtate tenebrarũ
. i. vel demonũ vel peccatorũ: vel ignomi
nie. Poteſtatẽ ideo dicit: q2 vis huma-
na ꝑ ſe nõ poterat euadere. Et nos ere-
ptos trãſtulit. i. transformauit in regnũ
filij. i. vt filiꝰ ſuꝰ regnaret in nobis. Filij di
co dilectiõis ſue. Oẽs enim preter iſtũ fi
lij fuerũt ire. Oẽs eni ĩ peccato nati: ſed
hic ſolus filiꝰ dilectiõis: q2 a peccato im
munis. De quo pater ait. Hic ẽ filiꝰ meꝰ
dilectus et cetera. Modũ ereptiõis ſub
dit. In quo filio habemꝰ redẽptionem:
precium eni ſanguinis in cruce datũ eſt
omnibꝰ ſufficiẽs. Per quẽ etiã habemꝰ
remiſſionẽ peccatorum in baptiſmo: qui
filius ſc̄m diuinã naturã eſt imago dei in
uiſibilis. i. plena repſentatio patris: q2
quicq̄d in patre totũ eſt in filio: nõ tamẽ
imago ꝙ aliđ ſit: niſi q̄tum ad diſtinctio
nẽ ꝑſonarũ: ſ plena idẽptitas in ſubſtã
tia. Poſſumꝰ cõſtruere ĩuiſibilis imago
dei: vel imago dei inuiſibilis. Et ex his
verbis habemꝰ filiũ cõſubſtãtialẽ patri.
Q2 ſi oĩa de ſubſtãtia filij q̄ de ſubſtãtia
patris dicũtur: ꝑfecto cõſubſtantialis
eſt ei. Filius dico primogenitus omnis
creature. i. ante omnẽ creaturã genitꝰ ex
p̄re: q2 ĩpe ſolus genitꝰ cetera creata nõ mõ

suo genita: nec ipse creatus: et in his verbis habemus eum coeternū patri. Vere genitus est ante omnem creaturam: quia vniuersa sunt condita in ipso. i. per ipsū iuxta
Ps. ciij illud. Omnia in sapientia fecisti / hoc est in filio. Uniuersa dico: quia visibilia et inuisibilia in celis / vt angeli: sol et luna: et visibilia et inuisibilia in terra / vt spiritus animaliū: et omnia terre corpora. In celis bene dico: quia siue throni / siue domina tiones / siue principatus: siue potestates: omnia creata sunt per ipsum: et ita per ipm que creata contineantur in ipso. i. infra amplitudinem eius: ipse enim in omnibus et iā extra. Et ipse est ante omnes dignitate secundum vtrāque naturā: et oīa creata cōstātin ipso. i. existere habēt per ipsum. Sicut enim esse non poterant / nisi per ipsum / sic nec creata consistere / nisi per ipm: et ipse xps est caput. i. principium et regimen ecclesie. Et
Caput ecclesie christus. ita ait. Caput corporis ecclesie: quia sicut corpus hominis omnes sensus habet in capite: sic ecclesia omnes vires suas habet in christo capite principio suo et rectore. Opponeret ille. Quare dicis xpm caput ecclesie: cum abel et multi iusti fuerint prius isto tpe? Hoc ita remouet. Vere caput ecclesie: quia qui est principium ecclesie. Licet enim multi sancti carnem xpi precessissent tempore: nunquam tamen saluarentur nisi per fidem membra essent capitis xpi. Potuit itaque caput esse ecclesie: quia primogenitus est ex mortuis. Primus enim omniū surrexit ex mortuis. Et primogenitus: quia ipse habet omnem hereditatem patris. Et quicunque inde aliquid habet: oportet vt ab illo habeat. Sicut primogenitus filius habet omnem hereditatem patris: et nemo quicque nisi ab eo. Nec primogenitus repudiādus vt esau: Sed ita primogenitus vt ipse sit tenēs primatum in omnibus creaturis. Princeps enim constitutus est oīm. Ideo primatum tenēs: quia complacuit deo patri habitare in ipso filio plenitudinē omniū bonorū: sicut
Joh. j. b iohānes ait. De plenitudine eius / omnes accepimus. Et placuit deo per eū filium reconciliare sibi omnia: tam gentiles quam iudeos. Omnia tamen dico manentia in ipso. Qui enim in ipso non manserit: expers erit reconciliatiōis. Placuit recōciliare pacificans mūdū sibi: vel iudeos et gentiles inter se per sanguinem non fusū aliquo genere honeste mortis: sed per sanguinem crucis eius: quod genus mortis contemptibilius erat. Pacificans dico deo Siue que in celis sunt. i. sanctos quorū anime iam regnant in celis: siue que in terris sūt. i. eos qui adhuc pegrinātur in terra. Vel ita. Siue que in celis sunt. i. āgelos: siue que in terris sunt. i. homines ante xpm Inter angelos et homines discidiū erat: sed iustificatus hō: mox pacem habuit cū angelo. ¶ Nūc tandem descendit ad illud quod intēdebat ex premissis dicēs Nos iudeos pacificauit et vos gentiles similiter reconciliauit. Vos dico cum. i. quamuis essetis aliquādo. i. tempore infidelitatis alienati a deo per ignorantiam: et essetis inimici. i. inimicaremini deo sensu: . i. ex voluntate. Inimici etiam in operibus malis. Vel quamuis essetis inimici sensu: tamen reconciliauit vos: nunc autem reconciliauit in corpore / nondum īmortali: sed corpore carnis eius. i. adhuc mortalis. Et si in corpore mortali hoc fecit: quid faciet in immortali? Lōge amplius. Recōciliauit in corpore per mortē: vt enim vos recōciliaret: pati voluit mortem. i. vt exhibeat vos sanctos positiōe virtutum: et immaculatos remotione malorum: et irreprehensibiles corā ipso deo. Et nec subtilitas eius (cuius oculis omnia nuda sunt) inueniat in eis quid reprehendat. Ita tamen dico exhibeat si vos permanetis fundati et firmi in fide. Et si permanetis stabiles quantum ex vobis est. Et immobiles si immineat persecutor a spe: id est a sperata re. Spe dico euangelij. i. quam speratam beatitudinē promittit euangelium: quod euangelium audistis a discipulis nostris. Nec debetis illud refellere: quia sic accipiunt omnes iusti. Et hoc ita ait. Quod euangelium predicatum est vniuerse creature: et permanet sic in vniuersa creatura. Creaturā vocat iustos per excellentiam: quia licet omnes sint creature dei: iusti tamen priuilegio quodam dicuntur in quibus prior generatio que fuit in delicto carnis per baptismum deleta est: et nouitas fidei generauit eos nouos filios in christo. Unde sic ait. In vniuersa creatura. i. in oibus iustis in fide christi noua creatura factis. Uniuersa dico non vnius regionis sed quecunque sub celo est. Vel ita Creatura que sub celo est. i. que adhuc peregrinatur in mundo Euāgeliū beatitudinē pmittit

patiebantur ab infidelibus. Sustinentie dico spei.i.sperate rei. Res eni quã speratis: tantam patiẽtiam operatur in vobis. Spei dico dñi nostri iesu christi. Ad christũ enim pertinet impletio hui⁹ spei habite: ante deum ꝛ patrẽ nostrum. Sic enim confidẽter sperabant: ac si iam deũ pre oculis haberent. Cõmendata fide et charitate eorum: dicit magis miras gratias deum contulisse illis in initio fidei ꝙ alijs ecclesijs. Et hec dicit ad incitationẽ eorum / faciẽtes memoriã vestri in orationibus nostris / scientes fratres dilecti a deo electionẽ vestram: id est quos quia dilexit elegit. Et iterũ post electionem amplius dilexit: ideo dilecti prepofuit electioni: vt ostenderet bona eorum esse ex dilectione dei. Scientes dico electionẽ vestram: hanc scʒ ꝙ euangelium nostrum non fuit ad vos tantũmodo in sermone vt scilicet sola verba fierent in vestra conuersione: sed fuit in virtute miraculorum / et in spiritu sancto. In ipsa enim acceptiõe fidei multas gratias habuistis: ꝛ ita in virtute et in spiritu: vt in multa plenitudine ꝛ miraculorum ꝛ gratiarum spiritualiũ. Sic ista scilicet et virtute miraculorũ: et gratias spiritus sancti fuisse in vobis scim⁹: sicut vos scitis hoc visibile de nobis q̃les.i.ꝙ vehementer tribulati fuerimus in vobis: ꝛ hoc ꝓpter vosipsos lucrãdos non ꝓpter aliud cõmodum. Sic fuit ad vos euãgeliũ nostrũ / ꝛ vos statim facti estis nostri imitatores: ꝛ quia nostri: ideo imitatores deũ quem gloriosum est imitari. Imitatores dico in multa tribulatione tolerata: excipiẽtes.i.in excipiendo verbũ: ꝙcito eni accepistis verbum fidei: statim cum fide incepistis pati. Tribulatione dico acceptá non inuita: sed cum gaudio spũs sancti: quia affluẽtia gratiarum que erat in vobis / faciebat vos gaudere in tribulationib⁹. Fuistis nostri imitatores: ita vt facti sitis forma patientie oĩbus credentibus in macedonia ꝛ in achaia: qui prius vobis crediderũt. Videntes eni vos precedere illos ad coronã: laudabant fidei vestre velocitatẽ: accusando suã tarditatẽ. Illis vtiqꝫ facti estis forma: sermo eni dñi diffamat⁹ est a vobis.i.notificat⁹ exẽplo vr̃o / nõ solũ in macedonia ꝛ achaia: sꝫ etiã in oñi loco adiacẽte illis Nec solũ sermo dñi: sed etiã fides vestra plurimũ ꝑfecta est / que fides est ad deũ.i.gloria mundi sp̃reta deum solũ desiderat. Ita est ꝑfecta vt non sit nobis necesse loqui quicq̃ de itroitu nostro ad vos: vel de cõuersione vr̃a: ideo nõ est necesse quicq̃ loqui: qꝛ ipsi eidem annũciant de vobis.i. ad gloriã vestre fidei: qualẽ.i.ꝙ difficilem introitum habuerim⁹ ad vos. Multa eni passi sumus inueniendo et apud vos: ꝓpter que tñ non sp̃reuistis verbum ex me. Annunciãt etiã de vobis.i.ꝙ perfecte conuersi estis ad deum a simulacris. In quib⁹ simulatio tãtũ / nulla veritas. Cõuersi dico nõ tantũ credere: sed etiã seruire deo viuo.i.eterno qui vitã eternitatis daturus est vobis. Deo viuo ꝛ vero.i.in quo veritas: sicut in idolo simulatio. Nec quoquomodo seruire: sed etiã conuersi estis expectare filiũ ei⁹ venturũ de celis ad iudicium. Adeo eni bene agendo securi sunt vt gaudeãt occurrere iudici non formidantes penam: sed de premio securi. Quẽ filiũ deus suscitauit ex mortuis / factum nobis iesum.i.saluatorem: cuius suscitatio nostram operatur resurrectionem: qui filius eripuit nos ab ira.i.ab vltiõe vẽtura ĩpijs. Eripuit vtiqꝫ ĩ baptismo dimittẽs pctã.

Capitulum.ij.

Nam ipsi scitis fratres introitum nostrũ ad vos: qꝛ non inanis fuit: sed ante passi multa: ꝛ cõtumelijs affecti sicut scitis in philippis: fiduciã habuimus ĩ deo nostro loqui ad vos euãgelium dei in multa sollicitudine. Exhortatio eni nostra nõ de errore / neqꝫ de imundicia / neqꝫ in dolo: sed sicut ꝓbati sum⁹ a deo vt crederet nobis euãgeliũ ita loq̃mur. Nõ quasi hoib⁹ placentes: sed deo qui ꝓbat corda nostra. Neqꝫ enim aliq̃n fuimus in sermone adulationis sicut scit. Neqꝫ ĩ occasiõe auaricie: de⁹ testis est. Nec q̃rentes ab hoibus gloriã. Neqꝫ a vobis: neqꝫ

ab alijs cū possem⁹ vobis oneri es-
se vt xp̄i apl̄i. Sed facti sum⁹ par-
uuli in medio vr̃m/tanq̄ si nutrix fo
ueat filios suos. Ita desiderantes
vos cupide: volebam⁹ tradere vo-
bis:non solū euāgeliū dei/ sed etiā
animas nostras:qm̄ charissimi no-
xci.dist. bis facti estis. Memores eni estis
ca.j. fratres laboris nostri et fatigatio-
nis:nocte ⁊ die operātes/ne quem
vestrū grauaremus: predicauim⁹
vobis euāgelium dei. Uos testes
estis ⁊ deus:q̄ sancte ⁊ iuste et sine
querela vobis q̇ credidistis affui-
mus sicut scit̄: qualiter vnūquēq̄
vestrū tanq̄ pater filios suos depre
cantes vos ⁊ cōsolantes:testificati
sum⁹ vt ambularet̄ digne deo qui
vocauit vos in suū regnū ⁊ gloriā.
Ideo ⁊ nos gr̃as agimus deo sine
intermissione:qm̄ cū accepissetis a
nobis verbū audit⁹ dei:accepistis
illud nō vt verbum hoīm:sed sicut
est vere verbū dei qui operat̄ in vo
† Ar.h3 in ipm. bis qui credidistis†. Uos eni imi
tatores facti estis fratres eccl'iarū
dei que sūt in iudea in xp̄o iesu: q2
eadē passi estis ⁊ vos a cōtribulib⁹
vestris/sicut ⁊ ipsi a iudeis: qui et
dn̄m occiderūt iesum/⁊ pphetas ⁊
nos psecuti sunt:et deo non placēt:
et oībus hoībus aduersant̄: phibē
tes nos gentib⁹ loqui vt salui fiāt:
vt impleāt pctā sua semp. Peruc-
nit eni ira dei sup illos vsq̄ in finē
Nos autē fratres desolati a vobis
ad tēpus ore:aspectu nō corde:abū
dantius festinauimus faciē vestrā
videre cū multo desiderio/quoniā
voluim⁹ venire ad vos. Ego qui-
dem paulus ⁊ semel ⁊ iterū:sed im
pediuit nos sathanas. Que est eni
nr̃a spes aut gaudium: aut corona
glie? Nonne vos ante dn̄m nostrū
iesū xp̄m estis in aduētu ei⁹. Uos
eni estis gloria nostra ⁊ gaudium.

Expositio capituli.ij.

Dicēdo superius qualē introi-
tū ⁊ quales fr̃es bis significa-
uerat vobis difficultatem in-
troitus sui:quā q2 expsecut⁹ nō
fuerat modo satis callide inserit dicens
Nō oportet me dicere qualē introitū ha
buim⁹ ad vos:nā vosipsi fr̃es satis scit̄
introitū nostrū ad vos:quia.i.q2 nō fuit
inanis.i.inutilis. Inanis esset si pro re-
bus mundi pateret̄: vl' si pati refugeret.
Uel si ī eis fructum fidei nō faceret. Nō
fuit inanis: sed ante.i.in veniēdo passi su
mus in philippis acerbitatē tribulatio-
nis:⁊ etiā affecti cōtumelijs.i.afflicti op
probriosis verbis. Passi et affecti dico
sicut vos ipsi scitis. Nos inq̄ ita passi et
affecti fuimus apud vos in multa solli-
citudine.i.curiosi de domesticis rebus.
In multa eni penuria eramus: ⁊ curiosi
ne vos videntes contēptū nostrum con-
tēneretis in nobis verbū dei. Et licet in
tanta sollicitudine essem⁹:tn̄ habuim⁹ fi
duciā loqui ad vos euāgeliū dei. Habui
mus dico in dn̄o nr̃o:pre nimia eni diffi-
cultate vis hūana in nob deficiēs cōpel
lebat nos deū ꝯsulere Iō fiduciā habui
mus: q2 exhortatio nr̃a facta ad vos nō
erat de errore.i.de suasiōe erroris vt do
cerē vos errare in fide:neq̄ de imūdicia
sicut illi nicolaite : qui suadēt mulieres
oībus esse cōmunes. Neq̄ exhortatio
nostra est in dolo.i.in deceptiōe. Posset
eni esse neq̄ de errore:neq̄ de imūdicia:
et tn̄ in dolo: si intēderet accipere ab eis
Nō fuit ī dolo:sed sicut pbati.i.pbabili
ter sum⁹ inspecti a deo: vt ab illo crede-
ret̄ nob euāgeliū. Sicut pbati sum⁹:ita
loq̄mur.i.nōmin⁹ in vobis de⁹ iuenit q̄
se inuēturū puidit. Loq̄mur dico non so
lū nō placētes: s3 nec etiā facti q̄si placē-
tes hoīb⁹/sed q̄rētes placere deo qui p
bat corda nr̃a.i.cui etiā aperta ē nr̃a vo-
lūtas. Uere nō q̄si placētes hoīb⁹: neq̄
eni aliq̄n fuim⁹ in sermone adulationis
sicut vos scitis:et vos in testes appello:
Neq̄ fuim⁹ ī s̄mone auaricie. Nec etiā
in occasione vt saltem suspicari posset de
nobis:et deus inde testis est. Et nō fui-
mus querentes gloriā ab hoībus: quia

neqꝫ a vobis/neqꝫ ab alijs. Nō fuim⁹ in occasione auaricie cū .i. q̄uis possimus vobis esse oneri/ accipiēdo temporalia a vobis vt apostoli christi. Non querentes gloriam:sed facti sumus paruuli in medio.i. humiles in cōmunitate vestrū. Nullus eni fuit cui nō cōdescenderim. Paruuli dico tāq̄ nutrix cōdescēdens paruulo:et multa sustinēs ab illo. Nec nutrix conducta precio:sed si foueat proprios filios quib⁹ ex dilectione sola paruula sit:nil ibi querēs p̄ter filios. Tāq̄ nutrix filios ita desiderantes vos nō res vestras cupide:volebamus tradere vobis nō solū euāgeliū dei/sed etiā si oporteret animas vestras. Ideo quoniam facti estis nobis charissimi. Facti sumus vtiqꝫ paruuli tanq̄ nutrix. Uos eni fratres memores estis laboris nostri et fatigationis:posset enim laborare non vsqꝫ ad fatigationem/sed plerūqꝫ adeo laborabat vt magis defessus desisteret q̄ voluntarius. Bene dico laboris et fatigationis. Nos eni predicauimus in vobis euāgeliū dei:operātes nocte ac die q̄tū dies residuū erat a predicatione et oratione. Ideo sic operantes ne quē vestrū grauaremus:et q̄ ita fecerim vos estis testes/et deus. q̄ sancte in me:et q̄ iuste ad proximū. Et sine querela.i.innocenter sine omni malo fuimus vobis qui credidistis. Qz sancte ꝛ iuste fuimus vobis sic notum habetis sicut scitis hoc qualiter testificati sumus:vnūquēqꝫ vestrum deprecantes vos et consolantes tribulatos tāq̄ pater consolaretur filios suos. Testificati sum⁹ vt ambularetis digne deo/id est vt essetis digni habere deum. Uel vt dignū sit deū habitare in vobis: qui deus vocauit vos in suum regnū/id est ad hoc vt modo regnaret i vobis/qui prius eratis regnum diaboli:et i habendam gloriam in futuro. Et quia i regnū dei vocati estis:ideo nos gratias agim⁹ deo sine intermissione: quoniam cum a nobis accepissetis verbū auditus .i. ex solo auditu exciperetis verbū dei: accepistis illud nō vt verbum hominum: sed sicut verbum dei q̄d verum est: qui deus operat in vobis q̄tidie qui credidistis. Et vere operat i vobis. Nā vos fratres facti estis imitatores ecclesiarū dei que sunt in iudea:q̄ sunt dico i xp̄o iesu. Imitatores in hoc:quia passi estis eadem et vos a cōtribulibus vestris/sicut et ipsi passi sunt a iudeis: qui iudei non mirum si persequūtur eos:q2 occiderūt dn̄m iesum et prophetas. Nos etiam persecuti sunt/in quo vtiqꝫ nō placēt deo:licet persequēdo nos/arbitrentur obsequium se prestare deo. Qui etiā iudei aduersant omnibus hominib⁹.i.vtilitati omniū hominum. Prohibētes nos loqui gentib⁹ vt salue fiant. Prohibentes ideo vt sem per impleant peccata sua donec iusti et sufficienter probati sint: et impij ad cumulum damnationis veniūt. Ideo sic prohibent:q2 ira.i.excecatio dei venit super illos vsqꝫ in finē/q̄n de⁹ auferet velamē de cordib⁹ eorū:et tūc reliquie salue fiēt. Uel vsqꝫ ad finem.i.ad mortem quādo tradent perpetuo igni. Et quia vos eadem passi estis:ideo fratres nos desolati a vobis: causa enim desolationis nostre veniebat a vobis: non quia plāgeremus casum/sed q2 timebamus. Desolati dico ad tempus.i.ex quo timotheum ad vos misimus:donec per eūdē constantiam vestram audiuimus. Ubi ait ad tp̄s:innuit eos non peccasse. Desolati dico remoto ore.i. s̄mōe nr̄o a vobis: ꝛ aspectu remoto:nō tn̄ remoto corde abundāti⁹ q̄ pri⁹ festinauim⁹ videre faciē vestrā cū multo desiderio. Bn̄ dico cū desiderio/quoniam voluimus venire ad vos:et in ipso itinere iam eram⁹. Ego quidem paulus quicquid alij formidarent:et semel/et iterum venire volui: sed sathanas īpediuit nos. Sathanas ideo/vt remota consolatione magistri:facilius vos peruertere posset. De⁹ ideo hoc cōsensit/vt vos de temptatione superata gloriosiores haberet: ideo sathanas īpediuit: q2 vos estis spes nostra et cetera. Uel ita. Ideo venire voluimus:quia que est nostra spes habenda in futuro: aut q̄d est gaudium tūc iterū mihi paratū:aut corona glorie.i. gaudiū illud nō erit mediocre:sꝫ corona glorie.i.corona gl'iosa. Dico q̄ est gaudiū ꝛ corona mea. Sꝫ nōne vos estis p̄ puritatē vite positi: nūc an̄ dn̄m nostrū iesum? Estis dico corona p̄parata mihi i aduētu ei⁹. Uere tūc eritis gaudiū mihi ꝛ corona:q2 etiā iā vbi carne pressus minus intelligo:estis vos gloria nr̄a ꝛ gaudiū.

¶ Capitulum .iij

Propter qd nō susti-
nētes amplius pla-
cuit nobis remane-
re athenis sol † : et
misimus timotheū
fratrē nostrū ⁊ mini
strū dei in euāgeliū christi: ad cōfir
mādos vos: et exhortādos ꝓ fide
vestra: vt nēo moueat᷑ i tribulatio-
nibus istis. Ipsi eni scitis ꝙ in hoc
positi sumꝰ. Nā ⁊ cū apd vos esse-
mus: ꝑdicebamꝰ vobis passuros
nos tribulatiōes: sicut et factū est:
et scitis. Propterea ⁊ ego ampliꝰ
nō sustinēs misi ad cognoscēdā fi-
dē vestrā: ne forte tētauerit vos is q̄
tentat: ⁊ inanis fiat labor noster.
Nūc aūt veniēte timotheo ad nos
a vobis: ⁊ annūciāte nobis fidē et
charitatē vestrā: et qꝛ memoriā nr̄i
habetis bonam: semꝑ desiderātes
nos videre sicut nos quoq; vos:
ideo cōsolati sumꝰ frēs in vobis in
oī necessitate et tribulatione nr̄a ꝑ
fidē vestrā: qm̄ nūc viuimus si vos
statis in dn̄o. Quā eni grāꝝ actio
nē possumꝰ deo retribuere ꝓ vobis/
i oī gaudio quo gaudemꝰ ꝓpt̄ vos
ante dn̄m deū nostrū: nocte ac die
abūdantiꝰ orantes: vt videamꝰ fa
ciē vestrā: ⁊ cōpleamꝰ ea q̄ desunt fi
dei vestre? Ipse autem deus et pa-
ter noster: et dominꝰ iesus christꝰ †
dirigat viam nostrā ad vos. Vos
autē dn̄s multiplicet: et abundare
faciat charitatem vestram in inui-
cem et i omnes: quēadmodū ⁊ nos
in vobis ad confirmanda corda ve
stra sine querela in sanctitate ante
deum et patrem nostrum in aduen
tu domini nostri iesu christi cū om
nibus sanctis eius. Amen.

† Ars. solos.

† Ar. s. ds xp̄s.

¶ Expositio Cap. iij.

Propter qd qꝛ eadē passi estis: ⁊ qꝛ nos desolati sumꝰ a vobis: et qꝛ vos estis gaudium: et corona nostra: ꝓpter hoc nō sustinentes amplius: sustinentes ideo ait: qꝛ donec per timotheū consolatus eos est: et per eundē quomodo in fide starēt accepit quasi graue pondus timēs casum eorum sustinuit. Non sustinentes ampliꝰ placuit nobis: mihi ⁊ siluano/remanere athenis solis. i. ita vt soli essemus a solatio timothei qui necessarius erat nobis Hic significat ab athenis hanc se direxisse epistolam. Remansimus athenis ⁊ misimꝰ timotheū fratrem nostrū ⁊ ministrum dei in euangelium christi. Commē do cū vobis: ipsum audite. Misimꝰ inq̄ȝ ad confirmandos vos vt in melius proficeret. Cōfirmādos et exhortādos dico pro fide vestra custodienda: ne erret vel deficiat. Confirmandos dico vt nemo vestrum moueatur in tribulationibꝰ istis quas ⁊ vos patimini ⁊ nos patimur Vbi ait. Nemo moueat᷑: innuit eos nondum motos: et se nolle saltem vnum a fide moueri. Nec debetis moueri: ipsi enī bene scitis ꝙ nos ⁊ vos positi sumus in hoc vt aduersa patiamur. Scitis vtiq;. Nā cum apud vos essemus: predicabamus vobis nos esse passuros tribulationes: sicut vtiq; ꝓ dicto meo factum est: et vos bene scitis esse factum. Propterea. i. quia passus sum tribulationes /ne tribulatio magistri causa esset defectus vestri: ego nō amplius sustinens misi ad cognoscendum fidem vestram: vt per legatū fidē vestrā cognoscerē. Misi ideo ne forte temptauerit vos is qui temptat. i. cuius officium est tēptare: et ne sic labor noster fiat inanis vobis succūbentibus tēptatiōi. Olim misi / nūc autem timotheo a vobis veniēte ad nos: ⁊ eo annūciāte nobis fidē quā firmiter tenetis: ⁊ charitatem vestrā qua oēs nos diligere ꝓbatis. annūciāte etiā: qꝛ. i. ꝙ habet[is] memoriā nr̄i bonā /sicut debet[is]: desiderantes semꝑ videre nos: sicut nos quoq; desideramus videre vos. Illo hoc annūciante consolati sumus fratres in vobis. Ideo. i. pro eo ꝙ sic annūciāte de vobis ⁊ nō ꝓpter aliud. Posset enī hoc sibi annūciari /et pro alio consolari. Consolati sumus in vobis per fidem. i. propter fidē vestram firmiter stantem. Vel per fidem.

Paulꝰ ab athenis misit epistolā ad thessalonicēses.

vestram viro me consolatum esse quã diligẽs nõ periurarẽ. Cõsolati dico in omni necessitate.i.penuria: et in omni tribulatione nostra quã a psecutoribꝰ patior. qz nec etiã afflictio mea potest gaudium pturbare qd habeo de vestra firmitate. Ideo dico nos cõsolatos: qm̄ nunc etiã in tribulatione ⁊ penuria viuimus.i. in gaudio nos viuere credimꝰ: si vos statis in dño/ qd vtiqz verũ est qz statis. Illd si approbatiuũ est. Merito ideo viuimꝰ: qz quã actionẽ gratiarũ possumꝰ retribuere deo pro vobis: in fide et charitate manentibꝰ. Possumus dico nos positi i omni gaudio quo gaudemꝰ ppter vos/ existentes ante deũ nostrũ. Vel gaudemus ante deũ nostrũ propter vos: placet eni in cõspectu dei: ꝙ oblitꝰ mee tribulationis/ cõgaudeo bonis vestris. Retribuere ideo dicit/ qz bona que deꝰ tribuit ecclesijs pauli: paulꝰ annumerat collata esse sibi. Gaudemꝰ nõ solũ grãs agẽtes: sz etiã orãtes nocte et die abũdãtiꝰ ꝙ priꝰ nõdũ audita pfectiõe vrã: orantes hoc vt videamus faciẽ vestrã: et presentes ea cõpleamꝰ in vobis q̄ adhuc desunt fidei vestre. Paulus cũ primũ tradidit illis fidem/ qz adhuc simplices erant nõ sufficiẽtes capere mysteria dei: sm ea q̄ fidei necessaria erant eos initiauit: sed qz modo pfecti sunt: si modo esset apd eos aperiret scripturas ⁊ mysteria dei: que sicut priꝰ supfluaessent eorum simplicitati/ sic modo deerant eorũ pfectioni. Oramus videre faciẽ vestrã: ipse autẽ deꝰ et pater noster/ ⁊ dñs xp̄us dirigat viã nostrã.i. faciat directum iter nostrũ ad vos. Siue autẽ veniã siue non veniam dñs semp multiplicet vos sm augmẽtũ mẽbrorũ: et faciat abũdare charitatẽ vestrã i inuicem: ꝙ oẽs vicissim diligatis vos in ecclesia: et in oẽs.i. etiã ad infideles transeat charitas vrã. Faciat abundare quẽadmodũ ⁊ nos abundamꝰ charitate i vobis. Abũdare dico: ad cõfirmãda corda vestra: vt volũtas vestra in oĩ bono sit cõfirmata. Confirmanda dico sine querela/ vt nulla sit ibi iniusticia. Et cõfirmãda in sanctitate: vt i bonis sancti sitis et confirmati. Sanctitate dico habita ante deum et patrem nostrũ.i. in beneplacito dei patris. Corda dico sic confirmanda in aduentu.i. in consideratione aduẽtus dñi nostri iesu christi. Qui eni bene semp memor erit aduẽtꝰ xp̄i ad iudicium: timebit peccãdo prouocare eum. Vel ita Cõfirmãda in aduẽtu.i. vsqz in aduentũ dñi nostri iesu christi. Christi dico vẽturi cũ oĩbus sanctis eiꝰ: q̄ cũ eo iudicaturi sunt mũdũ. Vel cõfirmãda cũ oĩbꝰ sanctis eiꝰ: vt sic ꝯfirmet et vos quẽadmodũ cõfirmauit sctõs suos. Amẽ.i. ita fiat vt vos sic confirmemini.

Capitulum. iiij.

De cetero ergo frẽs
rogamus vos et ob
secramus in dño ie
su: vt quẽadmodũ
accepistis a nobis
quõ oporteat vos
ambulare et placere deo: sic et am
buletis: vt abundetis magis. Sci
tis eni q̄ precepta dederim vobis p
dñm iesum. Hec est enim volũtas Roma.
dei sãctificatio vrã: vt abstineatis xij.a.
vos a fornicatione: vt sciat vnus Ephes.
q̄sqz vrm vas suũ possidere in scti- v.d.
ficatione et honore: nõ in passione xxij.q.
desiderij sicut ⁊ gẽtes que ignorãt iiij. vnusquisqz.
deũ. Et ne q̄s supgrediat/ neqz cir
cũueniat in negocio fratrẽ suũ: qm̄
vindex est dñs de his oĩbus sicut
pdiximꝰ vobis et testificati sumꝰ.
Nõ eni vocauit nos deꝰ in imũdi-
tiã: sed i sctificationẽ. Itaqz q̄ hec
spernit nõ hoiem spernit sed deũ: q̄
ẽt dedit spm̄ suũ scm̄ i nobis. De
charitate aũt fraternitatis non ne-
cesse habuimꝰ scribere vobis. Ip- Io. xv. b
si eni vos a deo didicistis: vt diliga j. Io. iiij c
tis inuicẽ. Eteni illud facitis i oẽs
frẽs: i vniuersa macedonia. Roga-
mus aũt vos fratres vt abundetis
magis: et operã detis vt quieti si-
tis: ⁊ vestrũ negociũ agatis: ⁊ ope
remini manibꝰ vestris sicut prece-
pimus vobis: et vt honeste ambu-
letis ad eos qui foris sunt: ⁊ nulliꝰ
aliquid desideretis. Nolumus au

tē vos ignorare fratres de dormiē-
tibus: vt nō ɔtristemini sicut et ce
teri q̇ spem nō habēt. Si eni credi-
mus q̄ iesus mortu⁹ ē ⁊ resurrexit:
ita et de⁹ eos q̇ dormierūt per iesū
adducet cū eo. Hoc eni vobis dici-
mus in verbo dñi: q̄ nos q̇ viuim⁹
qui residui sum⁹: in aduētu dñi nō
preueniemus eos qui dormierunt
Qm̄ ipse dñs in iussu et in voce ar-
changeli: et in tuba dei descēdet de
celo: et mortui qui in christo sūt re-
surgent primi. Deinde nos qui vi-
uimus: q̇ relinquimur simul rapie
mur cū illis in nubib⁹ obuiā chri-
†Aro. domio. sto† i aera: et sic semp cum dño eri-
mus. Itaq̄ ɔsolamini inuicem in
verbis istis. ¶ Expositio Ca.iiij

Uel cuiusq̄ parte pfectorū collau-
dauit: et ad incremētū pfectio
nis adhortat⁹ est. Nunc incipit
instruere ptē illā q̇ videbat cor
rumpi fornicatione: curiositate: ocio: et
de resurrectione dubitādo dicens. Uos
pfectos sic laudo: ⁊ ad incremētū inuito
De cetero ergo fratres .i. ad alterā ptē
agens: rogam⁹ vos q̄si rem debitā: et ob
secramus miti⁹ agētes dū precamur q̄d
imperare licet. Obsecramus inq̄ in dño
iesu / si de illo gaudere vultis: vt quēad-
modum accepistis a nobis q̄uo oporteat
vos ambulare et placere deo. Ambula-
re dicit in his q̄ ex dilectione sine q̄bus
homo nequit saluari. Placere in his q̇
ex dilectione hō supaddit: vt seruare vir
ginitatē: nihil possidere in mūdo: que si
nō faceret posset tamē saluari. Oporteat
ambulare sicut credo q̄ ambulatis: licet
sic vos admoneā. Rogamus et obsecra-
mus vt abundetis magis ambulando et
placendo admoniti a me q̄ prius. Et de
betis abundare: scitis enim que .i. q̄ di-
gna precepta dederim vobis per domi-
num iesum sic instituentem mihi. Digna
vtiq̄ precepta dedi vobis. Nā hec est vo
luntas dei vestra sanctificatio .i. vt vos
sanctificati sitis remoto omni vitio a vo
bis. Hec est inq̄ vestra sanctificatio: vt
vos abstineatis a fornicatiōe: ne corrū

patis vxorem proximi. Et vt sciat vnus-
quisq̄ vestrū possidere suū vas .i. suū cor
pus. Sicut eni miles in tabernaculo: sic
spiritus in corpore militare debet deo
manibus ministrando pauperibus: pe-
dibus visitādo infirmos / et similia in ce
teris sensibus. Possidere ideo dicit: q̄
corpus ita debet domari a spiritu vt pos
sideatur quasi seruus rationis: portans
quodcūq̄ onus imponit sibi. Possidere
dico in sanctificatiōe: vt fiat sanctum in
habitatione virtutum: et possidere in ho
nore vt non inclinetur ad actum turpitu
dinis ⁊ nō in desiderio: vt saltem deside
ret turpem actum nedum operetur. Desi
derio dico q̄d est esse in passiōe. Grauis
enim passio est animi viuere in desiderio
carnis. Uiuere i passiōe desiderij sicut
falsi christiani: ⁊ gētes que ignorāt deū
faciūt. Abstinete a fornicatiōe: ⁊ ab adul
terio. Or sic ait. Ne q̄s supergrediat fra
trē suū in vllo priuato negocio cū vxore
eius habito: neq̄ circūueniat in eodem.
Supergredi esset si violenter raperet
alterius vxorē. Circūuenire si seductio
ne precij vel precis subuerteret vxorem
proximi consentire sibi. Hanc sententiā
non satis aperte innuūt verba libri: sed
priora ⁊ sequentia hanc velle videntur.
Uel illa priora mutant. Abstinete a for
nicatione cum meretricib⁹: vt sciat vnus
quisq̄ vestrū possidere suū vas .i. suā vxo
rem que corpus est viri in sanctificatiōe
.i. in mūdicia: et in honore. Nō in turpi
tudie: et non in passiōe desiderij .i. ne ni
mis carnalit afficiat circa vxorē: sicut
gentes faciunt q̇ deū ignorant. Illō q̄d
sequit nō mutat: ideo nemo circūueniat
fratrem et cetera: quoniā dñs vindex est
de his oibus: tam de fornicatione q̄ de
adulterio: sicut prediximus vobis cū es
semus apud vos: et testificati sumus te-
stimonijs scripturar. Uere dñs vindex
est de his: nā deus non vocauit nos i im
mundiciā operandā: sed in sanctificatio
nem habendam: et quia nō i immūdiciā
sed vocauit nos deus in sanctificationē:
itaq̄ qui spernit h cauere / sc3 a fornica-
tione et adulterio: nō spernit hominem /
sed deū qui vocat in sanctificationē: sper
nit etiam hospitē suū spiritū sctm̄. Or sic
ait. Qui deus dedit spiritum suum san-
ctū in vobis: quem si deum spernitis / cū
deo spiritum perditis. De fornicatiōe et.

adulterio sic vos instruimus:sed de cha
ritate fraternitatis non habem⁹ necesse
scribere vobis:qz vos ipsi didicistis a deo
vel interius inspirante/vel in euãgelio
hoc docẽte vt diligatis inuicem/vbi ait.
Hoc est preceptũ meũ ꝛc̃. Ideo iterũ nõ
est necesse scribere vobis:qz vos facitis
illud preceptũ dilectiõis in oẽs fratres
existẽtes in vniuersa macedonia. Sed li
cet non sit necesse ideo scribere vobis:tñ
rogamus vos oẽs fratres vt magis soli
to abũdetis in charitate/et detis operã
vt sitis quieti:non ita per vrbẽ curiosi ru
morib⁹ inq̃rẽdis:ꝛ vt sitis quieti/agatis
Curiositas reprobat. vr̃m negociũ ne (cõtẽptis ꝓprijs) alie
na negocia euretis. In his verbis vitiũ
curiositatis interdicit. Et vt sitis quieti
operamini manibus vestris vnde vobis
habeatis/ne ociosi alienos labores illi
cite cõsumatis. Hic ociositatẽ ꝓhibuit.
Operamini dico sicut p̃sentes precepi
mus vobis. Operamini qz precepimus vo
bis:ꝛ vt honeste ãbuletis ad eos q̃ foris
sunt.i. in cõspectu infideliũ:ne habeãt in
quo possint detrahere vobis. Ideo etiã
operamini:vt nulli⁹ aliquid desideretis
.i. vt habentes de ꝓprio labore res alte
ri⁹ nõ ꝯcupiscatis:qđ egestas veniẽs ex
Odiũ generat egestatẽ ocio desiderare cõpellit. ¶ Nunc dubie
tatẽ quã de resurrectiõe habebãt cõgru
is rationib⁹ absoluit dicẽs. De charita
te non est necesse scribere vobis:sed de
dormiẽtibus nolum⁹ vos ignorare fra
tres. Dormiẽtes vocat mortuos: vt ostẽ
dat tam facile deũ resuscitare mortuos
q̃z facile est dormientẽ suscitari a somno
Ideo nolum⁹ vos ignorare de dormien
tibus/vt nõ cõtristemini immoderate su
per mortes ꝓpinquoꝝ sicut gẽtiles ꝛ ce
teri falsi christiani/qui non habẽt spem
resurrectiõis future. Et de resurrectio
ne desperãtes sic ꝯtristari non debetis:
qz si credim⁹ q̄ iesus resurrexit:ꝛ vt verã
ei⁹ resurrectionẽ ꝓbet premittit. Iesus
vere mortuus est ꝛ resurrexit:si hoc inq̃z
credimus: ita ꝛ credere debem⁹ q̄ eos q̃
Resurrectio optime ꝓbat. viuẽdo ꝑ iesum dormierũt: ꝑ iesum.i. vi
ta quorũ ꝛ mors in iesu fuit:eos inq̃z ad
ducet deus cũ eo.i. cũ iesu impassibiles/
immortales in glĩa. Falsam quorũdam
opinionẽ qui dicebãt corpora in die illo
adhuc integra posse resurgere/ea vero q̃
essent dissoluta in cineres:nũq̃z resurge
re destruit dicẽs. Vere qui dormierunt
adducent cũ iesu. Nam hoc dicimus vo
bis in verbo dñi. Deus eni hoc nobis re
uelauit:qz.i. q̄ nos qui viuim⁹ in aduẽtu
dñi:ꝛ qui residui sum⁹ tot malis. Ponit
se quasi futurũ in die vltimo:ideo qz ꝑse
cutio aplõꝝ ꝛ fideliũ sub antichristo fu
turoꝝ simili difficultate cõparabit. Vn
de idem alibi. Nos sumus in quos fines j. Cor. x.c.
seculi deuenerunt. Nos inq̃z qui residui
sumus in aduẽtu dñi non p̃ueniem⁹ eos
qui dormierũt in resurrectione qui ante
nos dormierunt:vt abraã ꝛ ceteros. In
hoc versu vtrũq̃z fecit ꝛ veritatẽ resurre
ctionis oĩm approbauit:ꝛ de quibus du
bitabãt eoꝝ resurrectionẽ prius futurã
esse ostendit. ¶ Hic tñ notandũ q̄ iusto
rum resurrectionẽ solũmodo approbat.
Vere nos residui nõ preueniemus prio
res:qm̃ ipse dñs xp̃s descẽdit de celo ex
iussu ꝛ cũ imperio:qui olim descendit in
obediẽtia ꝛ humilitate: descẽdet etiã in
voce archãgeli. Siue hic archãgelus si
gnificet xp̃m ꝓpria voce insonaturum:si
ue aliũ angelũ determinatũ:nõ habem⁹
quis illã vocẽ daturus sit ad quã resur
gent mortui. In voce archangeli ꝛ in tu
ba dei: vox eni illa erit quasi tuba que su
os excitat:aduersarios terret:sic vox il
la inuitabit sanctos ad palmam:impios
deterrebit ad penam. Sic inq̃z iesus de
scendet:ꝛ tũc mortui qui iam diu sunt in
xp̃o vt abraã ꝛ ceteri: surgent primi. Et
deinde post illos nos qui viuimus in tẽ
pore illo:ꝛ q̃ relinquimur tot ꝑsecutioni
bus antichristi: simul rapiemur cũ illis
priorib⁹ in nubib⁹. Nubes eni portabũt
nos obuiã dño in aera: vbi de oib⁹ iudi
cabit:ꝛ exinde erim⁹ cũ dño sẽꝑ nos ele
cti. Erim⁹ inq̃z sic.i. cũ corporibus resũ
ptis in incorruptione. Et qz ex his ver
bis approbata est vobis veritas resurre
ctionis. Itaq̃z cõsolamini inuicẽ in ver
bis istis dei alter alterũ dicentes. Vere
resurgem⁹ ĩpassibiles: cũ dño erim⁹ ꝛc̃.

¶ Capitulum. v.

DE temporibus au
tẽ et momẽtis non
indigetis vt scriba
m⁹ vobis. Ipsi eni
diligenter scitis:qz ij. Pet. iij.c.
dies dñi sicut fur in Apoca. iij.a.
nocte ita veniet. Cum eni dixerint

pax et securitas: tūc repētinus eis superueniet interitus sicut dolor in vtero habentis: et non effugient. Uos autem fratres non estis in tenebris vt vos dies illa tanq̄ fur cō prehendat. Omnes enim vos filij lucis estis: et filij diei. Nō sumus noctis neq̄ tenebrarum. Igitur non dormiamus sicut et ceteri: sed vigilemus et sobrij simus. Qui enim dormiūt nocte dormiūt: et qui ebrij sunt nocte ebrij sunt. Nos autē qui diei sumus sobrij simus: induti loricam fidei: et charitatis: et galeam spem salutis. Qm̄ non posuit nos deus in irā: sed in acquisitionē salutis per dominū nostrū iesum christum: q̄ mortu⁹ est pro nobis: vt si uevigilemus: siue dormiamus: simul cum illo viuamus. Propter qd̄ consolamini inuicē: et edificate alterutrū: sicut et facitis. Rogam⁹ autē vos fratres vt noueritis eos qui laborāt inter vos: et presunt vobis in dño: et monēt vos: vt habeatis illos abūdanti⁹ in charitate: et ppter opus illorū pacē habete cū eis. Rogamus autem vos fratres: corripite inquietos: cōsolamini pusillanimes: suscipite infirmos: patiētes estote ad omnes. Uidete ne quis malū pro malo alicui reddat: sed semp qd̄ bonū est sectamini in uicem et in oēs. Semp gaudete: sine intermissione orate: in omnibus gratias agite. Hec est enim voluntas dei in christo iesu: in oibus vobis. Spiritū nolite extinguere, prophetias nolite spernere. Omnia autem probate: qd̄ bonū est tenete. ab oi specie mala abstinete vos. Ipse autē deus pacis sanctificet vos p omnia: vt integer spiritus vester et anima et corpus sine querela in aduentu domini nostri iesu christi seruetur. Fidelis est qui vocauit vos: qui etiam faciet. Fratres orate pro nobis. Salutate fratres oēs: in osculo sancto. Adiuro vos p dñm: vt legatur epistola hec omnib⁹ sanctis fratribus. Gratia domini nostri iesu christi vobiscum. Amen

Ephes. vj.c. — Eccl̄ia. xviij.c. Luce. xviij.a. De cōse. di.iiij.q̄ ris. xv.di.sicut ceteros mana. Xsi.itē scripta. xxij.q.v. De for. — ma. De vi.et hon.cle. cū absol. De eo d cog. con sāg.vxo. veniens ij.

Expositio Cap.v.

Postq̄ resurrectionē corporū satis dilucide approbauit: subdit de illa vltia die q̄ iustis ad gloriā: impijs futura est ad penam: vt terrore illius diei hij qui in peccato fornicationis / curiositatis / et ocij erant: resipiscāt: desiderio future glorie conformitati bonorum se inserant. Littera sic iungitur. De resurrectione mortuorum quia ignorabatis / scripsim⁹ vobis: sed de tēporibus futuris vsq̄ ad diē iudicij. i. quot tempora: seu cētū: seu mille anni futuri sint vsq̄ ad diem iudicij. Uel de temporibus. i. an estate vel hieme. An die vel nocte futurum sit iudiciū: et de momentis. i. qua hora diei vel noctis: estatis vel hiemis. De his vtiq̄ fratres non indigetis vt scribamus vobis. Ideo non indigetis: quia vos ipsi diligēter. i. diligenti inuestigatione scripturarum sciatis hoc qd̄ nos inde scimus: id scilicet quia dies domini ita veniet sicut fur venit in nocte. Diē non ideo dicit q̄ determinate sciat in die futurū iudiciū: sed ideo quia tunc in illo iudicio omnia erunt quasi in die. i. in aperta manifestatione que prius fuerant occulta. Domini dicit hunc esse diē: quia tunc incipiēt omnia fieri ex voluntate et imperio dñi: sed q̄ fiunt in hoc mundo non ex voluntate dei multa / sed fiunt ex permissione. Dies inq̄ domini veniet ita sicut fur: vt magis occult⁹ sit veniens in nocte. Fur quidem si in die veniat facilius prouidere nobis possumus ab eo: sed si in nocte: nox ipsa opportunitatem ministrās adiuuat furis iniquitatē. Ideo dies ille venire dicitur / sicut fur in nocte: quia sicut quilibet diues sero mlta circūdat⁹ opulentia / nocte intercept⁹ a fure: in crastina se nudum inuenit: sic illi qui in pecca-

Judiciū vltimū an ent de die.

tis negligunt a die illo prouidere sibi sero/diuites in mūdanis/in crastino sublati de mundo inuenient nudi pditis tpalibus et eternis mancipati incēdijs. Dies dñi hic maxime itelligit dies iudicij/ q̄ tamē dies dñi in morte vniuscuiusq̄ incipit. ¶ Notādū etiā q̄ dies illa ipsis q̄dē nolētib⁹ puidere sibi sicut fur in nocte veniet: sed iustis semp vigilantibus quacūq̄ hora veniat nō venit sicut fur: quia potius tunc augebunt q̄ in aliquo dimi nuant. Uere ita veniet sicut fur: q2 cū illi amatores mūdi dixerint pax est nobis in presentib⁹ et securitas de futuro: tūc superueniet eis repentinus interit⁹. i. improuisa dānatio. Repētinus dico/ sicut dolor habēti in vtero repentinus superuenit. Non determinat quid in vtero habeat: sed hoc esse dictū de pregnāte muliere satis intelligit. Et propter vtrūq̄ pregnātis dolori cōparauit: et quia ille dolor subit⁹ est: nec scit pregnās determinare sibi horā certā: sed vbicūq̄ inter cepta fuerit parturit: et pter maiorē angustiā huius doloris: sic in illo die et improuisus veniet interitus: et omni plen⁹ angustia. Ne videret hic interit⁹ cē trāsitorius sicut dolor pregnātis/ subiūgit Superueniet quidē interitus: et nō effugient impij illū interitū semp in eo perdurantes. Q2 modo tāta asperitate verborū eos deterruit: insequentib⁹ demulcet eos dicens eos nō esse q̄bus debeat hic interitus superuenire. Impij quidem non effugiēt repentinū interitū: sed vos fratres nō estis in tenebris. i. in ignorantia et obscuritate peccati: vt illa dies cōprehendat vos tanq̄ fur. Comprehenderet eos si in peccatis ipenitētes inuenirct. Uere nō estis in tenebris. Nā vos oēs estis filij lucis. i. geniti in luce fidei: et estis filij diei. i. in bonis operib⁹ generati: q2 sicut lux precedit dies. Sequit. Sic fides prior/ opera bona sequuntur Filij lucis et nō estis filij tenebrarum. i. ignorantie/ et nō filij noctis. i. densitatis pctōrū. Sicut eni tenebre noctē precedunt/ sic prius ignorātia veritatis: et p ignorantiam venit in densitatē peccati. Et q2 filij lucis et diei sum⁹/ nō noctis et tenebrarū: igit non dormiam⁹. i. ne torpentes simus sicut infideles/ et ceteri falsi fideles: sed vigilemus. i. in bono operādo studiosi simus et sobrij. i. nō amore tēporaliū inebriati sim⁹. Debem⁹ vigilare et sobrij esse: q2 q̄ dormiūt. i. torpescunt illi dormiunt nocte. i. pter noctē. i. densitatē peccatorū in q̄b⁹ sunt: et q̄ sūt ebrij amore tēporaliū obliti celestiū. Hij sunt ebrij nocte. i. ppt noctē (sicut dictū est) densitatē peccatorum. Qui ebrij sunt nocte sunt ebrij: sed nos q̄ sum⁹ nō noctis sed diei/ simus sobrij. i. nō amore tēporaliū excecati. Sim⁹ inq̄ sobrij: induti loricā fidei. Et bene fidē lorice cparauit: q2 sicut in lorica multi hami sunt cōcatenati in vnū: sic in fide multa sunt ad credēdū necessaria: ɔcathenata tamē in eādem vnitatē. Induti etiā loricā charitatis q̄ deū diligamus et primū securi simus: et bene ptecti fide et charitate ad omnē impetū hostiū. Et induti galeam hāc: sc3 spem future salutis: vt sicut galea ptegit caput: ita mēs nostra spe future beatitudinis obuoluat. Debem⁹ sperare salutē: qm̄ de⁹ nō posuit nos in irā. i. i perditionē: s3 posuit nos in premissis fide: charitate: et spe/ in acquisitionem salutis. i. vt per hoc acquiram⁹ ppetuā salutē. Salutis dico habēde/ p dñm nr̄m iesum christum. Ponit meritū xp̄i q̄ istā salutē nobis pmeruit dicēs. Qui christ⁹ mortuus est p nobis/ vt nos viuamus simul cū illo i eterna gloria. Siue vigilemus. i. siue viui in aduētu christi inuenti fuerim⁹ Siue dormiam⁹. i. siue mortui ieniamur Propter q. i. q2 fidē/ charitatē/ et spem dedit nobis i acq̄sitionē salutis: ideo cōsolamini inuicē eos q̄ nouerūt hec: et edificate alterutrū eos q̄ ignorant sicut credo q̄ vos etiam facitis. ¶ Postq̄ partē pfectoꝝ de fide et bono fidei satis collaudauit: alterā vo partē de correctiōe admonuit: subditos et platos ab hinc alternatī edificat q̄uo se cōtēperare debeāt subditi prelatis: et cōuerso/ dicēs. Bonos de incremēto laborare: errantes a pctis declinare admoneo. Uos aūt frēs q̄ subditi estis rogam⁹ vt noueritis eos q̄ laborāt inter vos. i. platos: q̄ ieiunādo/ orādo/ et docēdo/ de salute vestra laborāt. Noueritis dicit vt in his q̄bus indigent/ ministrēt illis. Qui laborāt dico: et presunt vobis in dño sic disponētc: et q̄ monent vos ad meliora. Nō solū vt noueritis: s3 etiā vt abūdāti⁹ habeatis illos in charitate q̄ soliti sitis. Et habete pacē. i. pcordiā cū

eis si vos acri⁹ reprehēdūt ꝓpter opus illoꝝ.i. sciētes q᷑ sic exigit opus ministerij illoꝝ: vt nos aberrātes ad viā iusticie compellāt. Subditos sic rogamus: vos aūt fratres q̄ plati estis rogam⁹ hoc: corripite asperiori correctione inq̄etos.i.curiosos vagātes ꝑ vrbē. Cōsolamini pusillanimes: pusillū animū i passiōe tribulationū habētes. Uel pusillanimes.i.pusillā ꝯfidētiā de misericordia dei habēdo ꝓ imanitate scelez desperātes. Suscipite ifirmos.i.eos q̄ infirme sūt fidei de resurrectiōe desperātes suscipite ad sanādā ifirmitatē fidei / sicut medic⁹ suscipit egrotū. Et estote patientes ad oēs: ⁊ ad inq̄etos: et ad pusillanimes: et ad infirmos. Ne si cōtradicūt ꝯferatis iō man⁹ ad litigiū. Dicerēt illi. Patimur q̄dē illos: sed nō vltra docebim⁹ eos. Ad hec paul⁹. Estote patiētes: ⁊ i patiēdo videte ne q̄s reddat alicui malū ꝑ malo / subticētes v̄bū instructiōis: licet pri⁹ impatiēter auditū: s; semꝑ sectamini id q̄d bonū ē.i. vtile ad istructionē ecclīe. Sectamini dico et inuicē.i. iter vos i ecclīa: et etiā trāseūdo i oēs / docēdo et ifideles. Et semꝑ siue pati oporteat siue nō: gaudete ⁊ orate sine intermissione determinatarū horaꝝ: vt certa tpa orōnis nō negligatis. Uel orate sine itermissiōe: vt siue dormiatis siue vigiletis sꝑ oretis. Et iuxta hāc sētētiā dicūt scti illū semꝑ eē i orone q̄ i nullo offēdit: s; siue vigilet / siue dormiat sꝑ ad xp̄m anhelat. Et in oīb⁹ q̄cūq; facitis: vel dicitis agite gr̄as deo: siue icūbāt aduersa / siue demulceāt vos prospera. Orate et agite gr̄as: q᷑ volūtas dei hec ē in oīb⁹ vobis: vt oēs oretis ⁊ agatis gr̄as. Est dico i xp̄o iesu.i. in institutiōe xp̄i iesu. Cūq; sit institutio dei ⁊ volūtas: oportet orare / gr̄as agere Et ibi ait. Semꝑ gaudete et cetera: ad p̄latos spectat / ⁊ ad subditos. Oēs gaudete et orate. Uos aūt p̄lati nolite extinguere spm̄: vt ea q̄ spūs sctūs ministrauerit subditis occultetis. Et vos subditi nolite spernere ꝓphetias.i. reuelatiōes scripturarū factas vobis a p̄latis. Et licet dicā nolite spernere: tñ oia ꝓbate.i. ꝓbabilit pri⁹ cōsiderate / ne admixtione fallitatis decipiamini. Et postq̄ ꝓbaueritis tenete illō q̄d bonū.i. vtile ē: et abstinete vos nō solū ab eo q̄d malū est: s; etiā ab oī specie mala.i. ab eo q̄d aliquā imaginē mali retinet: et si malū nō sit. Jd eo maxime dixit a specie mala: q᷑ illi heretici mutuabāt voces fidei / vt ꝑ eq̄pollentias vocū simplices traherēt in errorē. Uos p̄lati et subditi facite q̄d potestis: ipse aūt de⁹ pacis ꝑficiat i vobis illō in quo deficitis: sc; scilicet vos ꝑ oia: ⁊ in sanctificatiōe ab eo data vos ꝯseruet ꝑseuerāter. Et ita ait. Sanctificet vos: ⁊ fiet iteger.i. nō corrupt⁹ aliq̄ tabe mali spūs vester.i. ratio v̄ra ne velit cōsentire sensualitati: ⁊ anima.i. sēsualitas / ne male suadeat rōni: et corp⁹ seruet sine q̄rela / ne polluat opere cuiuslibet turpitudinis. Seruet dico in.i. vsq; in aduētū. Uel in aduentu.i. in cōsideratiōe aduētus dn̄i nostri iesu christi. Orate et cetera q̄ sequūtur facite: q᷑ fidelis est de⁹ q̄ vos per gratiā vocauit: qui etiā faciet.i. in vobis cōsūmabit id ad q̄d vocati estis Nos ita laboram⁹ pro vobis: et vos fratres orate pro nobis: et salutate omnes fratres ex dilectiōe nostra in osculo sancto: vt alter osculetur alterum.

¶ Incipit argumentum in epistolam secūdā Ad Thessalonicenses

Ad thessalonicenses secundā scribit epistolam apostolus: ⁊ notū facit eis de tēporib⁹ nouissimis / ⁊ de aduersarij detectione. Scribit hanc epistolam ab athenis per titum diaconem ⁊ onesimum acolitum.

¶ Incipit prologus Brunonis in epi.ij. Ad Thessalonicenses.

Hanc iterū epistolaz scribit thessalonicēsibus: ideo quia in precedenti epistola ex verbis pauli vbi dixerat: nos qui viuimus rapiemur obuiā domino in aera: et cetera. sumpserant hanc suspicionē: vt ipsis viuentibus futurum putarent antichristū: diēq; iudicij. Unde et plurimū erant per-

territi. Sed quia malũ erat eos de
falsitate terreri: iudicauit paulus
ideo iterũ scribere eis: ne si nõ de-
terminaretur hec ambiguitas: dũ
post dies pauli inuenirent non con
tigisse qđ paulum putabant sic pre
dixisse: et ĩ hoc et in omnibus que
docuerat arguerent paulum de mẽ
dacio: ⁊ sic a via veritatis quã illis
tradiderat recederẽt. Preterea ali
ud malum ex hac dubietate posset
cõtingere: vt si sathanas videns il
los credẽtes in proximo futurũ iu
dicium: ostẽderet se in aere insigni
tum diademate: seq3 christũ veniẽ-
tem ad iudicium asserens falleret
thessalonicẽses: de quibus peruer
tendis: tanto amplius laborabat:
quãto eos perfectiores esse sciebat
Uel in sõnijs apparẽdo: eos in eo
dẽ ludificaret. Ideo etiã hãc iterũ
scripsit: quia illi curiosi ⁊ ociosi nõ
ad imperiũ pauli fuerant correcti.
Scripsit iterũ ideo: q2 persecutio-
nes ad patientiã quarũ eos in prio
ri armauerat nõdum defecerãt: sed
fortassis augmentate fuerant. Hec
tria: persecutiões: diẽ iudicij: et il-
los incorrectos: materiam habuit
armãdo eos ad patiẽda oĩa: osten-
dẽs iustis gloriã q̇ tribulant: eosq3
tribulãtib9 futurã dãnationẽ. De-
terminãs etiã certis ⁊ euidẽtibus
signis futurã diẽ iudicij. Illosq3
incorrectos precipiens a cõmunio
ne ecclesie sequestrari: non tamẽ iã
eis: sed scribẽs ecclesie de illis. Ea
vtiq3 intẽtiõe sic agit: vt q̇ patiunt
p xp̃o pseuerãtes sint ĩ patiẽdo: et
q̇ territi erãt ppinquitatem putan
tes iudicij nõ terreant de falsitate
Et q̇ adhuc incorrecti fuerãt saltẽ
erubescendo se a cõmunione alio-
rũ proiectos resipiscant: salutatio
nem premittens ait.

¶ Incipit epl'a secunda ad Thes-
salonicenses. ¶ Capitulũ. j.

PAulus et sil-
uan9 ⁊ timo-
theus: eccl'ie
thessalonicen
siũ in deo p̃re
nr̃o et dño ie-
su xp̃o / gr̃a
vobis et pax
a deo patre nostro ⁊ dño iesu xp̃o.
Gr̃as agere debemus semp deo p
vobis frẽs: ita vt dignũ est: qñ sup
crescit fides vr̃a: ⁊ abundat chari-
tas vniuscuiusq3 vestrũ in inuicem:
ita vt et nosipsi in vobis gloriemur
in ecclesijs dei pro patiẽtia vr̃a et
fide: et in oĩb9 psecutiõibus vestris
et tribulatiõib9 quas sustinetis in
exemplũ iusti iudicij dei vt digni
habeamini ĩ regno dei: p quo ⁊ pa
timini: si tñ iustũ est apud deũ retri
buere tribulationẽ † his q̇ vos tri- † Al's: retributionem.
bulant: ⁊ vobis qui tribulamini re
quiẽ nobiscũ in reuelatiõe dñi iesu
de celo cum angelis virtutis ei9 in-
flãma ignis dãtis vindictã his q̇
nõ nouerũt deũ: ⁊ q̇ nõ obediũt euã-
gelio dñi nr̃i iesu xp̃i. Qui penas
dabũt in interitu eternas a facie dñi
⁊ a gloria virtutis ei9: cum venerit
glorificari in sanctis suis: et admi
rabilis fieri ĩ oĩb9 q̇ crediderũt: q2
creditũ est testimoniũ nr̃m sup vos
ĩ die illo. In quo etiã oram9 semp
p vobis / vt dignetur vos vocatiõe
sua deus noster: ⁊ impleat oẽm vo-
lũtatẽ bonitatis sue †: ⁊ opus fidei † Al's. non h3 sue.
in virtute: vt clarificetur nomẽ dñi
nostri iesu christi in vobis: ⁊ vos in
illo: s'm gr̃am dñi nostri iesu xp̃i.

ℭ Expositio Cap.j.

PAulus/et siluan⁹/⁊ timothe⁹
ꝑscribūt eccl'ie thessalonicẽsiū
existēti in deo patre nr̃o et do
mino iesu christo. Sicut totū
in priori ep'la exposuimus: in primis col
laudat eos de passiōib⁹ suis: supponẽdo
gloriā eorū qui patiunt̃: et penā eoꝝ qui
passiones inferūt: sic eos armādo ad pa
tientiā dicens. Gr̃as agere debem⁹ deo
.i. nō solū gr̃as agim⁹: sꝫ semꝑ debitores
gratiarū sum⁹ deo pro vobis q̃ fratres
estis. Agere dico ita vt dignū est: q̃ ma-
gna sunt dona dei/et multa: oportet et
magnas ⁊ multiplices agere gratias: iō
q̃ꝛ fides vestra sup crescit. Uel sup h̄ q̄
pri⁹ erat maiorata. Uel sup tribulatiōes
crescit: q̃s oẽs superat: et iō agere gr̃as:
q̃ꝛ abundauit charitas.i. dilectio vniuſ-
cuiusq̄ vestrū in inuicẽ. Hoc tantum ad
ꝑfectos spectare intelligẽdū est/ita sup
crescit fides: abūdat charitas: vt etiam
nos ipi q̄ nō gloriaremur de ꝓpria re in ec
clesijs dei gloriemur in vobis.i. in osten-
sione ꝑfectiōis vestre. glorior apd̃ alias
ecclesias ꝓ patiētia vestra qua ꝑ christo
patimini oia: ⁊ pro fide vestra in integri
tate seruata fide ⁊ patiētia. Dico habita
in oĩbus ꝑsecutiōib⁹ vestris q̃n de loco
ad locū fugamini: et in tribulatiōib⁹ q̃n
verberib⁹ et opprobrijs tribulamini: q̃s
ꝑsecutiones et tribulationes vos susti-
netis in exẽplū iusti iudicij dei.i. ex iusto
iudicio dei. Justū enī est sanctos tribu-
lari vt purificent̃: īpios ꝑtātẽ habere in-
Justi q̄re opprimuntur ab ipijs.
iustos: vt ipietas eorū ꝯsummet̃. Et ita
sustinetis ex iusto iudicio: vt sitis in exẽ
plum iusti iudicij. Jn vobis enī exẽplifi
care possumus alijs q̄ iustū sit iudiciū
dei. Sustinetis ideo vt digni habeamini
in regno dei.i. in q̄b⁹ de⁹ regnet in ꝑsen-
ti. Uel digni sitis recipi in futuro regno
dei. Uos sicut intelligo: sustinetis vt di
gni habeamini ꝓ eo quo eodẽ vt digni
habeamini in vos: etiā ſm intellectū: et
volūtatẽ vestrā patimini. Ex iudicium
dei iustū sit: quo iusti ad purificationem
affligunt̃: impij ad cōsummationẽ iniq̄-
tatis hic ꝓsperant̃: ꝓbat ꝑ effect⁹ ⁊ finẽ
vtriusq̄ iusti ⁊ impij. Jdeo ꝑ finẽ: q̃ per
ista q̄ vident̃ nō posset dare idoneas cau
sas q̃re iust⁹ affligeret̃/impi⁹ prospera-
retur: iuxta illud qd̃ ait dauid in eo psal
mo. Q̄ bonus. Existimaui vt cognoscerẽ
quare hic pena iusto: prosperitas tribua
tur ipio: sed hoc cognoscere labor est.i.
si attendo tātū ea q̄ sunt ante me.i. ꝑsen-
tia: iudiciū dei iustū est quo iusti ad puri
ficādū in ꝑsenti affligunt̃: ipij ad augmẽ
tum impietatis ꝓsperant̃. Hac tñ cōdi-
tione iustū esse dico si iustū est apud deū
Apud hoĩes enī qui ſm visum iudicant:
sanctos affligi: malos ꝓsperari iniustū
est. Si itaq̄ iustū est apud deū retribuere
in futuro tribulationẽ q̄ vos modo tribu
lant: ⁊ vobis qui modo tribulamini in fu
turo retribuere requiẽ: tūc est iustū vos
iustos hic per tribulationes purificari:
et impios cōcessione prosperitatis ad fu
turā tribulationẽ ꝑparari. Uobis vtiq̄
retribuere requiẽ nobiscū habẽdā: in ea
dem enī gl'ia eritis in q̄ et nos apostoli.
ℭ Nūc determinat modū gl'ie iustorū:
⁊ dānationes ipiorū: vt iustos letificet/
impios deterreat dicẽs. Retribuet im-
pijs tribulationẽ/nobis requiem: in re-
uelatione dñi iesu.i. q̃n dñs iesus q̄ nūc
i fidelib⁹ occult⁹ ẽ/oib⁹ i iudicio reuela
bit̃: iesu dico vẽturi ad iudiciū de celo.
Ubi ait de celo/potẽtiā veniẽtis idicat.
Uẽturi dico de celo cū angelis virtutis
ei⁹. Jn illo aduẽtu angeli virtutis cẽ di
cunt̃: q̃ tūc oia potentialit̃: ⁊ bonos i re
quiẽ: ⁊ malos porrigent in ignẽ: sed i pre
senti q̃nq̄ eos etiā q̄b⁹ presunt ab ipijs
patiunt̃ affligi. tūc aūt nō sic. Jn his ver
bis eque ⁊ letificat iustos q̄b⁹ veniet ad
salutẽ: ⁊ deterret malos q̄bus veniet ad
penā. Modo subdit q̄ tātū sunt ad deter
rendū malos dicẽs. Ueniet iesus de ce
lo i flāma ignis.i. in ignita flamma. Jlla
flāma precipue ignis esse dicit̃: q̃ flāma
presentis ignis ꝯtẽperat̃ admixtiōe aq̄/
et ceterorū elemẽtorū: sed futura flāma
adeo terrens/et aspera erit: q̄ nulli⁹ ele
menti admixtione videbit̃ contẽperari.
Jn flāma ignis xp̄us dicit̃ venire: nō q̄
flāma circa eū sit: sꝫ q̃ eo aduenīẽte con-
surget ille. sicut quilibet ꝓnceps dicit̃ ve
nire in igne et occisione: q̃ eo aduenien
te et multi occidunt̃/⁊ multa cōburunt̃.
Jgnis dico dantis vindictā.i. penā his
q̄ non nouerūt deum.i. qui fidem nō ha-
buerūt: nec illis solū: sꝫ etiā his q̄ si fidẽ
habuerūt nō tamẽ obedierūt euangelio
dñi nr̃i iesu christi: q̄ vtriq̄ et nō cogno-
scentes deū: ⁊ nō obedientes euangelio
dabūt eternas penas i interitū.i. in loco

penarum proiecti a facie domini ne vltra
videāt cū: et proiecti a gloria ⱱtutis eiꝰ.
Iuxta illd. Tollat impiꝰ ne videat glo-
riā dei. Dabunt ea similitudine dicit: qꝛ
nō maioris donum gaudij possunt dare
sanctis q̇s afflixerūt q̄ꝫ penas q̄s patiē-
tur. In his verbis ipios perterruit. In
sequētibus letificat iustos dicens. Im-
pij dabūt penas cū christꝰ venerit glori
ficari. i. vt gloriosus appareat in sanctis
suis remunerādis: qꝛ et si in hoc mūdo ꝑ
miracula et quedam alia gloriosus vide
tur in sanctis: tūc lōge ampliꝰ glorifica-
bitur in illis, q̄n illos ab omni inquietu-
dine ereptos gloria indeficiēti circūual
labit. Nec solum glorificari: sed etiā (qd̕
maiꝰ est) admirabilis vēerit fieri in om-
nibus qui crediderūt. i. qui per solam fi-
dem saluabūtur, si etatem operandi nō
habuerit. Ideo retribuet vobis requiē:
quia testimoniū nostrū i die illo. i. hoc qd̕
testificati sumus vobis de die illo q̇ san
ctis requiē: impijs retribuet tribulatio
nem. Hoc inq̄ꝫ creditum est a vobis: quia
bene credidistis huic testimonio nostro:
qd̕ testimonium fuit super vos: quia be-
ne supposuistis dorsum oneri quodcūqꝫ
imponebamus: credentes ⁊ operantes
qd̕ docebamus: in quo die vt dominꝰ di
gnetur. i. faciat vos dignos sua vocatio
ne: nos etiā semper oramus ꝓ vobis: vt
in futuro dignet nos: et vt in presenti im
pleat omnē volūtatem bonitatis. i. in om
nibus ad plenum bonam voluntatē ha-
beatis: et vt impleat i vobis opus fidei.
Confiteri christū in oculis ꝑsequētium
hoc est opus quod fides exigit. Opus fit
dei dico in ⱱtute. Cū eni cōfitet q̇s fidē
corā ꝑsequēte, tūc necessaria est ⱱtꝰ ꝯstā
(Cōstantie virtꝰ q̄n ē necessaria.) tie. Oramꝰ etiā vt nomen dn̄i nostri iesu
xp̄i in hoc mūdo clarificet in vobis ſm
fidē agētibꝰ: ⁊ vt vos in futuro clarifice
mini i illo remunerāte vobis, nō ſm me
ritū vestrū: sed ſm abundantem gratiā
domini nostri iesu christi.

¶ Capitulum. ij.

Rogamꝰ aūt vos fra
tres per aduētū dn̄i
nostri iesu xp̄i: ⁊ no-
stre cōgregationis
i ip̄ꝫ, vt nō cito mo
ueamini a vestro sē-
su. Neqꝫ terreamini: neqꝫ ꝑ spm̄:
neqꝫ per ſmonē: neqꝫ ꝑ epistolam
tanq̄ꝫ ꝑ nos missam q̄si instet dies
dn̄i. Ne q̇s vos seducat vllo modo
Qm̄ nisi venerit discessio † ꝑmū: et († Ar. dissēsio)
reuelatus fuerit homo peccati fili-
us perditiōis: q̇ aduersat et extol
lit supra oē qd̕ dicit deꝰ, aut qd̕ co-
lit: ita vt i tēplo dei sedeat, ostēdēs
se tanq̄ꝫ sit deꝰ. Nōne retinetis ꝙ cū
adhuc essem apud vos, hec dicebā
vobis? Et nūc q̇d detineat scitis:
vt reueletur in suo tp̄e. Nā mysteriū
iam operat iniq̇tatis: tantū vt q̇ te-
net nunc, teneat: donec de medio fi
at. Et tūc reuelabitur ille iniquus
quem dn̄s iesus interficiet spiritu
oris sui: et destruet illustratiōe ad-
uētꝰ sui eū. Cuiꝰ est aduētꝰ ſm ope-
rationē sathane i oī ⱱtute ⁊ signis
et prodigijs mendacibꝰ: et in oī se
ductione iniquitatis his q̇ pereūt:
eo ꝙ charitatē veritatis nō recepe
rūt, vt salui fierent. Ideo mittet il-
lis deꝰ oꝑationē erroris vt credāt
mendacio: vt iudicentur oēs q̇ non
crediderunt veritati: sed cōsenserūt
iniquitati. Nos aūt debemꝰ gr̄as
agere deo semꝑ ꝓ vobis fratres di
lecti a deo: ꝙ elegerit nos deus pri
mitias in salutē in sanctificatione
spiritus: ⁊ in † fide veritatis: in qua († Ar. nō h̄ꝫ in)
⁊ vocauit vos per euangelium no-
strum in acquisitionem glorie do-
mini nostri iesu christi. Itaqꝫ fr̄es
state: et tenete traditiones q̄s didi-
cistis: siue ꝑ sermonē: siue ꝑ episto
lam nostrā. Ipse aūt dn̄s noster ie-
sus xp̄us, et deus: et pater noster q̇
dilexit nos: et dedit cōsolationem
eternā: ⁊ spem bonā in gr̄a: exhorte
tur corda vestra: et confirmet in om
ni opere et sermone bono.

¶ Expositio Cap.ij.

Postq̄ ad patientiā sufficiēter eos armauit: determinat certa et euidentia signa dādo futurum diem pro quo illi territi erant: putantes prope instare illū diē. Quasi diceret. Spe future retributiōis ad patiētiā sic vos armamus: ne autem cito moueamini rogamus vos quia fratres. Rogamus inq̄ per aduentum dñi nostri iesu christi / id est si in ipso aductu christum salutarem habere vultis: ꝛ per aduentum nostre congregationis in ipsum. i. si cum cōgregatione fideliū obuiā christo aduenire vultis: vel congregationis venture in idipsum qđ christus est: scilicet in incorruptionē. Hoc inq̄ rogamus vos vt non cito moueamini. Cito esset / si toto tempore vite moueremī. Moueamini dico a vestro sēsu. i. ab eo qđ sensistis: et per me docentem intellexistis. Neq̄ terreamini quasi instet dies domini: quia reuera non instat. Terreamini dico / neq̄ per spiritum malignum quocūq̄ modo significātē hec vobis. Neq̄ per sermonem / id est per doctrinam illorum pseudo. Neq̄ per epistolā missam a deceptoribus tāq̄ per nos. Signabāt enim epistolas nomine pauli: vt hoc genere fraudis / seducerēt ecclīas pauli. Rogamus ne terreamini: et ne aliqs vnq̄ seducat vos premissis modis: vel vllo alio modo / vt credatis istare diem domini: quoniam nō instabit hic dies / nisi primū venerit discessio. Discessionē vocat ambrosius: quoniam romanum. i. christianum imperiū quocūq̄ mutetur: siue constantinopoli: siue alibi: nihil impedit. solummodo christianum duret imperiū. Quoniā inq̄ hoc christianum imperiū dissoluetur: qđ nec reges erunt qui hereticos puniant: peruasores ecclesiarum destruāt. Nec romano pontifici qui spiritale imperium habet: mundus in vnitate fidei subiectus erit: sed sic ab vtroq̄ christiano iperio: ꝛ seculari sicut sunt reges: ꝛ spiritali: vt papa mūdꝰ discedet: tunc primū paratū erit iumentum quod ascēdet antichristus. i. infideles qui mēbra antichristi certatim in destructione fidei cooperentur tali capiti: ꝛ facta hac discessiōe veniet antichristꝰ in sua opportunitate. Sed si modo veniret mundo

Antixps iumentū ascēdet.

obediente ex maiori parte romano pontifici in vnitate fidei: et regibus christianis adhuc fidem tuentibus: imparatū haberet iumentum qđ ascenderet: ꝛ non suo modo proficere posset. Quādo tamē futura est illa discessio in sede beati petri: et si in pauciis: fides tñ perdurabit. quod dicunt sancti obtinuisse illam orationem christi de qua petro ait. Ego pro te rogaui petre / vt nō deficiat fides tua Alij vocāt discessionem (vt de seculari imperio taceant) quādo homines ab vnitate fidei discedent: et diuersas erroris vias ingredientur: tunc veniet ascensor antichristus strato iumēto qđ ascendat Nisi inq̄ primum venerit discessio: ꝛ facta discessione reuelatus fuerit qui modo occultus est homo. Contra hoc quod dicturus est: deum vocat eum hominem ab omni deitate alienū. Homo inq̄ peccati: quia sicut christus homo iusticie / sic iste totius peccati: et filius perditionis / id est genitus ad perditionem suorum: sicut christus ad saluationem iustorum: qui etiam et nomine ꝛ opere aduersatur christo: vnde ꝛ antichristus vocabitur: et qui extollitur supra omne qđ dicitur deus / id est qđ nuncupatiue deꝰ dicitur: ꝛ non est substantialiter: vt sunt sancti: ē millis. Ego dixi dij estis. q̄ etiā extollitur supra omne qđ colitꝛ deꝰ: ꝛ vere deus est. Extollitꝛ ita vt sedeat in templo dei (ad litterā in hierusalē) in q̄ christus docuit / asserens se esse verū deum: christum autē fuisse deceptorē ꝛ magū. Sedeat dico in tēplo dei: ostendēs se sicut sit deus: nisi inq̄ hec signa precesserint: non prius instabit dies domini. Et credere et debetis non aliter instare diē dñi: q2 nō retinetis memoriter q̄ cum adhuc essem apud vos / dicebā vobis hec pcessura esse diē dñi. In eo qđ ait cū adhuc essem: significat se circa horā discessus sui hec tradidisse illis. Nos enim erat pauli ī primis simplicitatē ecclīarū simplicibꝰ fouere documētis: s3 illis iā pfectis: eoq̄ volente recedere: tunc primū reuelabat illis occulta mysteriorum dei. Facta discessione veniet antichristus: et ad hoc sit qđ nūc detineat eū ne ad presens veniat / vos bñ scitꝭ: hoc sc3 detinet eum vt reueletꝛ in suo / id est ī sibi opportuno tpe. Sed si durante vnitate fidei et christiano iperio veniret: in suo nō tpe re ps.lxxxi

uelaretur. Vere in suo tēpore reuelabit: nā etiā iā in non suo tpe operat mysteriū iniquitatis. i. mysticam et velatam iniquitatem per mēbra pcedentia/hoc nefādū caput. Tāmmodo hoc residuum est ad reuelationem eius: vt qui nunc tenet. i. detinet eum: ne veniat. s. christianū imperium et vnitas fidei detineat eum tamdiu donec vnitas fidei et christianum imperium fiat de medio. i. sublatū auferatur de communitate. Ab ea similitudine dictum est qua dicimus hic homo mortuus factus est de medio. i. sublatus de cōmunitate hominum. Vl'ita. Tantummodo hoc moratur antichristum: vt qui nūc tenet christianū iperiūet vnitatē fidei: teneat hoc tādiu donec iniquitas que modo est sub mysterio fiat de medio. i. de cōmunitate: vt sicut modo fides in communi est iniquitas in occulto: sic in tempore antichristi fides in occulto/iniquitas in communi: qz membra eius non plus erubescent actum impietatis/ φ pietatis: et qui fidem habeant/paucissimi erunt. Et tunc postφ hic qui nūc detinet eum auferetur de medio: vel postφ iniquitas fiet de medio: tunc inφ reuelabitur ille iniquus quem dominus iesus interficiet spū oris sui. Dicit beatus ambrosius iesum se ostendere antichristo: et clamante iesu interficietur hic impius: sed quid clamabit nescimus. Dicūt alij φ michael solo terrore suo interfecturus sit hūc antichristum. Jesus quidem interficiet eum/et postea destruet eum damnatum et in corpore/et in anima. Destruet dico illustratione aduētus sui. i. eo adueniēte ad iudicium i magna claritatis illustratione. Eum dico aduentus cuius est sm operationem sathane: qz sicut xps operatione spūs sancti: sic iste sm operationem sathane aduenlet. Operationem dico quam facturus est in omni virtute: sez in signis et pdigijs. Signa minora. Prodigia vocat maiora miracula. Signis et prodigijs dico mendacibus: vel qz non erunt in rei veritate: sed ita per magicā videbuntur esse. Vel mendacibus: quia et si miracula vera sint: ideo tamen mendacia: qz qd probare intendunt/exit⁹ rei falsum probabit: antichristum. s. nō esse deum: ad quod probandum miracula pcesserant. Erit etiam aduentus ei⁹ in oī seductione iniquitatis: quia omni genere impietatis seducet. Seductione dico facta his qui pereunt: quia iusti non seducent. Pereūt merito: eo φ non receperunt charitatem veritatis. i. christū qui est pura veritas: et in quo tāta charitas vt in mortem traderet se pro nobis. Nō receperunt vt salui fierent per eum: ex φ omnis salus. Et ideo quia noluerūt saluari: mittet illis deus operationē erroris. i. erroneum operatorem antichristū vt credant mendacio: et vt iudicentur. i. dānētur omnes qui non credunt veritati. i. christo: sed consenserunt iniquitati. i. antichristo. ¶ Qz dixerat superi⁹ vēturū antichristum in oī virtute signorū et prodigiorum: et in omni seductione vt dānētur omnes non credentes veritati: sz cōsentientes iniquitati: ne in his vbis deterrerentur illi timentes hunc esse venturū in diebus suis: super hoc consolat eos paulus dicens non eos visuros diē antichristi. Littera sic iungitur. Veniente quidem antichristo iudicabuntur cōsentientes iniquitati. Nos autem debemus semp agere gratias deo (sicut supra exposuim⁹) pro vobis: qz fratres estis dilecti a deo. i. φs de⁹ dilexit. Jō precipue grās agere φ ex dilectiōe elegerit nos/me et vos deus: non finem ecclesie in φs veniat antichristus venturus in nouissimis. Sz elegit nos primitias. i. primituos in fide: elegit inφ i habendam eternam salutem per hoc φ posuit nos in sanctificationem spiritus. Per spiritum eñ sanctum iustificauit nos in baptismo: φ sanctificatio via est in illam salutem. Et vt sanctificaret posuit nos in fide veritatis/vt confiteremur christum qui est pura veritas: sicut antichristus error et mēdacium. Jn qua fide habēda sicut elegit nos: ita et vocauit vos per euangelium nostrum/vt totum vobis esset ex gratia. Vocauit inφ nō in ocium: sed in acquisitione glorie. i. vt operando quomō fides exigit: gloriam vobis cum dignis operibus acquiratis. Glorie dico domini nostri iesu christi. i. eādem quam habet dñs iesus christus: ad illam acquirendā vos vocauit. Considerandum est quomō prepostero ordine omnia posuerit. Pri⁹ eñ vocant. Deinde in fide confitentur. Fidē cōfitentes per baptismum sanctificant. Sanctificatis (si pseuerant) sal⁹ eterna reseruatur. Quidem fratres vocati estis

Antichristus iesu clamāte interficiet

Signa et prodigia differunt.

Antichristus error ē et mendacium.

in sanctificatione spiritus/et in acquisitionem glorie. Itaq͡ʒ state.i. fortes estote in bono opere quod cepistis: ꝛ tenete perseueranter traditiōes vite fidei ꝛ habitus quas a me didicistis: siue per sermonem dum predicauerim vobis: siue p epistolam nostram ad vos directā. Moneo state et tenete. Ut aūt tenere possitis/ipse dominus noster iesus christus ꝛ deus et pater noster voluntatem iungit semp cum potētia. Pater nomen pie voluntatis. Deꝰ est potentie. Qui dilexit nos et dedit nobis eternam consolationem. In presenti enim tribulatione icipit nos cōsolari: cōtinuans consolationem donec in eternam requiem. Qui etiam dedit nobis spem bonam singulariter dicendam Spes enim de celesti gloria super oīa que speratur dicēda est bona. Hāc vtiq͡ʒ spem dedit nobis in gratia/quando nobis remisit peccata. In baptismo soluere.s.nos a peccatis tribuit nobis spē habende glorie. Ipse inq͡ʒ deus qui p gratiam tot bona iam tribuit: exhortetur corda.i. volūtates vestras stare in quo estꝭ: et de incremento laborare. Et cōfirmet i.fortes et perseuerantes faciat in omni opere bono: ꝛ in omni sermone bono/vt nulla vobis desit perfectio.

¶ Capitulum tertium.

De cetero frēs orate pro nobis vt sermo dei currat et clarificetur sicut et apud vos: ꝛ vt liberemur ab importunis et malis hominibus. Non enim omnium est fides. Fidelis autem deus est qui confirmabit vos: et custodiet a malo. Confidimus autem de vobis fratres in domīo: qm̄

†Ar.q̄ cūq͡ʒ. que † precipimus/et facitis: et facietis. Domīnꝰ autem dirigat corda vestra in charitate dei et † patiē-

†Ar.h͡ʒ in. xxvj.q. vij.ergo tia christi. Denunciamus autē vobis fratres in nomine domini nostri iesu christi: vt subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate: ꝛ non sm̄ traditionem quā acceperunt a nobis. Ipsi enī scitꝭ quemadmodū oporteat imitari nos: qm̄ non inquieti fuimꝰ inter vos: neq͡ʒ gratis panem manducauimus ab

aliquo: sed in labore et fatigatione ij.Cor.xj.f.

nocte et die operantes: ne quem vestrum grauaremus. Non quasi nō i.ad thes ij.b.

habuerimus potestatem: s͡ʒ vt nosmetipsos formam daremus vobis ad imitandum nos. Nam ꝛ cū essemus apud vos hoc † denūciabamꝰ †Ar.hec. vobis: quoniā si quis nō vult operari: nec manducet. Audiuimꝰ eīm inter vos quosdam ambulare in quiete nihil operantes: sed curiose agentes. His autem qui eiusmodi sunt denunciamus ꝛ obsecramꝰ in domino iesu christo: vt cū silentio operantes: suum panem mādu cent. Uos autem fratres nolite deficere benefacientes. Qꝫ si q̄s nō obedierit verbo nostro per epistolā hunc notate: et nō † commisceamini †Ar.ne ni cum illo vt confundatur. Et nolite quasi inimicum existimare: s͡ʒ corripite vt fratrē. Ipse autē deꝰ † †Ar.dn̄s. pacis det vobis pacem sempiternā in omni loco. Dominꝰ † sit cū omnibus vobis. Salutatio mea ma- †Ar.deus. nu pauli: quod est signum in oī epistola. Ita scribo. Gr̄a domini nostri iesu christi cum omnibꝰ vobis Amen. ¶ Expositio Ca.iij.

De patientia conseruanda. De cognitione vltime diei ꝛ aduētu antichristi vos istruxi. Nūc fratres de cetero.i. de alia re vos adhortor.s. hoc. Orate p nobis: vt sermo dn̄i currat.i. multos in fide p nos comprehendat: ꝛ ita q in oībus clarificetur sermo dn̄i integritate fidei et executiōe pij operis. In quibusdam enim currit sermo dn̄i q̄ satis cito credunt: sed q in vitijs remanent/non clarificatur i illis. Clarificet dico: sicut i alijs ecclesijs

clarificatus est / et apud vos. Orate etiam vt ego / et qui mecum predicant: liberemur ab hominibus importunis: qui quem arripuit multa importunitate afficiunt: et malis. duplex malum notat importunitatem. s. et de suasione mali esse importunum. Ideo dico orate vt liberemur: quia fides non est omnium. i. quia nondum omnes fideles sunt: sed multi fidem persequuntur. Vel ita. Orate vt liberemur ab importunis et malis: quia fides non est omnium illorum. i. in omnibus illis non est qui fidem habeat. Neque dixerat orate vt liberemur. Dicerent illi. Quid sperandum est de nobis cum magister noster adeo sibi timeat? Ad hoc ait. Licet dixerim: orate vt liberemur: tamen confido quia dominus fidelis est: qui pro se patientibus ait. Ecce ego vobiscum sum / vsque ad consummationem seculi. De quo inquit est fidelis: qui (vt de me silcam) confirmabit vos in bono quo estis: et custodiet a malo ne cadatis. Volens quiddam nouum suadere illis. s. vt subtrahant se ab illis ociosis et curiosis: qui per priorem epistolam noluerunt corrigi / captat eos collaudando de premissis dicens. De obseruatione patientie. De die iudicij. De oratione facienda pro nobis. Nos quidem sumus vos adhortati: sed bene confidimus de vobis in domino: quoniam quecunque precepimus et modo facitis / et in futuro facietis. Ut autem bene faciatis: dominus dirigat corda vestra. i. faciat directas voluntates vestras in charitate dei: vt sicut deus vos dilexit et vos eum diligatis: et in patientia christi sicut christus passus est pro vobis / ita et vos pro christo patiamini. Nos autem dico scientes vos facturos: quecunque ex deo precipimus / denunciamus vobis. Scitote hoc preceptum dei esse non nostrum: nisi tantum quod vobis fratres nunciamus in nomine domini nostri iesu christi. i. si curatis nomen et honorificentiam domini christi. Hoc ex eo denunciamus vt subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate. i. naturalem ordinem deserente. Hoc enim etiam gentiles inordinatum asserunt negligere propria: curare aliena: vt quidam curiosi inter vos faciunt. Fratre etiam dico: non ambulante secundum traditionem quam acceperunt a nobis: id est quomodo tradidimus illis: et pollicentes se sic seruaturos sicut acceperunt. Ideo simpliciter dico sicut acceperunt a nobis tradentibus illis: et non expono hanc traditionem: quia vosipsi bene scitis quemadmodum oporteat vos imitari nos. Ne

Propria negligere / et aliena curare inordinatum est

illi ab errando dicerent: in oratione: ieiunio: vigilijs scimus te imitandum: determinat quid intendat dicens. Imitari inquit quod non fuimus inter vos inquieti. i. curiose discurrentes per vrbem. Neque manducauimus apud vos panem ociosum sumptum ab aliquo. Nec nostrum panem gratis. i. sine labore ociosi: sed fuimus operantes nocte et die: et in labore et fatigatione. i. laborantes vsque ad fatigationem. Nocte ideo preponit: quia nocte maxime vacabat operibus: orationi et predicationi precipue vacans in die. Operantes ideo ne grauaremus aliquem vestrum accipientes a vobis necessaria. Paulus non ab istis sicut nec a corinthijs quicquam accipere voluit: diuersa tamen intentione. A corinthijs enim noluit: quia erant auari. Ab istis noluit: sed magis operari: vt in se darent eis exemplum de pulso ocio laborandi. Operabamur ne quem vestrum grauaremus: tamen non ideo quasi non habuerimus potestatem accipiendi a vobis si vellemus: sed vt daremus vobis nosmetipsos formam ad imitandum nos: vt deserentes ocium exemplo meo de labore viueretis. Intendebamus vtique dare vobis formam operandi. Nam etiam cum essemus presentes apud vos: denunciabamus hoc vobis: quia si quis vacans ocio / non vult operari: nec manducet de laboribus alienis. Ideo precipio nolentem operari non manducare: quia audiuimus quosdam inter vos ambulare inquiete nihil operantes: sed agentes curiose / rumores vrbis sollicite perquirendo. His autem qui sunt eiusmodi .i. nihil operantes et curiosi denunciamus ex auctoritate dei et obsecramus in domino iesu christo. i. precipimus et precamur si in christo saluari volunt / vt ipsi operantes pulso ocio et cum silentio non de rumoribus curiosi: manducent panem suum. i. non alienum: sed proprio labore lucratum. Ne autem quia dixerat: vnusquisque manducet suum panem: putarent illi qui solebant ministrare pauperibus: non vltro esse ministrandum illis Ait: Licet dixerim manducent suum panem: vos tamen fratres bene facientes fratribus qui indigent / nolite deficere bene faciendo: quia non omnibus potest sufficere suus labor. Denunciamus illis vt operentur et cetera. Si vero aliquis eorum non obedierit huic nostro verbo mandato per epistolam: hunc notate. i. significate mihi quis

Paulus quod faciebat die et nocte.

ille sit:et interim non commisceamini cū illo:vt vobis non communicantibus sibi confundatur.i.erubescat de peccato suo. Et licet non commisceamini cū illo: tamē nolite eū existimare quasi inimicū vt eū odio habeatis:sed ex dilectiōe corripite eum vt fratrem. Ut autem in omnibus que precepi vobis perfecti sitis:ipse dñs pacis det vobis pacem sempiternā i.hic et in futuro. Et in omi loco.i.& apd domesticos & apud extraneos. Et vt veram pacem habeatis/dominus sit cū omnib⁹ vobis. Salutatio scripta mea manu. Mea dico pauli/qd signum ita scribo in omni epistola quam mitto:hoc signo discernite/ne fraudulenter sub nomine meo inferant vobis suam epistolam illi pseudo:qui dicebant vobis me intelligere propinquum esse diem iudicij. Hec inq̄ est salutatio. Gratia domini nostri iesu xpi cum omnibus vobis Amen.

¶ Incipit argumentū in epistolam primā ad Timotheum.

Timotheum instruit et docet de ordinatione episcopatus et diaconij:& omnis ecclesiastice discipline:scribens ei a laodicia per tichicum diaconem.

Incipit prolog⁹ brunonis i epistolā primā ad Timotheum.

Consuetudo erat aplorū vt cuiuslibet ciuitatis poplo doctrina eorum cōuerso ad fidem/nō ibi subsisterent:sed (cōsecrato ibi episcopo qui fideles factos instrueret de his que post fidē tenenda sunt) transirent ad alios populos congregandos ad fidem. Cuius rei formam paulus tenens conuersis ephesijs cōsecrauit illis in episcopum timotheum collaboratorem euāgelij:vt paulo ptereūte ad macedonas conuertēdos haberēt ephesiani timotheum q̄ eos de singulis instrueret:ne forte illis
sine doctore dimissis periret labor Doctor multū proficit populo.
pauli i eis. Quos ephesianos paulus primus ad fidē cōuertit:q̄bus iohānes euāgelista postmodum in episcopū pfuit timotheo i op⁹ euāgelij a paulo reuocato. Hanc autē eplam cū trib⁹ alijs que sequuntur scribit ad psonas:duas ad timotheum:tertiā ad titū:quartā ad philemonē:ceteras scribit ad ecclesias. Cōsecrato(sicut dictū ē)timotheo ephesijs i episcopū:cōsurgūt ɔtra eū pseudo doctores:dicētes. Licz noua lex inducta sit/ cū ea tñ tenendā esse circūcisionē/& veterū rit⁹ sacrificiorū. Quo intellecto paulus eplam hāc dirigit ad timotheū:nō q̄ de eo ambigat q̄ in aliquo cōsensurus sit pseudo doctorib⁹:sz vt doctrina ei⁹ roborata auctoritate pauli idē cū timotheo docentis maioris auctoritatis sit & reuerentie/ephesianis audientib⁹ a timotheo idē doceri quod a paulo:cui tradita est hec doctrīa a xpo. In hac aūt epla paul⁹ agit de ecclastico ordine: docēs ab ecclia repellēdos pseudo doctores:illisq̧ denūciādū ne puerse doceāt:q̄ si ideo nō desistūt pplis denūciādū est ne eos audiant. Docet hic etiā paul⁹ timotheū de ordine sacerdotali & leuitico quomō eligēdi sint & pbādi. Docet etiam de ordine viduarū quomō ministrare liceat illas in ecclesia. Docere aūt etiā si sapiētissime sint/nūq̧ mulierib⁹ pmittēdū. Sic docēdo de ecclesiastico ordine intendit paul⁹ vt pro modo doctrie sue teneat ephesiana/omnisq̧ secum ecclesia.

Capitulum Primum.



Aulus apoſtolus ieſu chriſti ſm im-
perium dei ſaluatoris noſtri ⁊ chriſti
ieſu ſpei noſtre Timotheo dilecto fi-
lio in fide / gratia / et miſericordia / et
pax a deo patre ⁊ chriſto ieſu dño no
ſtro. Sicut rogaui te vt remaneres
epheſi cum irem in macedoniam: vt
denunciares quibuſdã ne aliter do-
cerent: neqꝫ intenderent fabulis ⁊ ge
nealogijs interminatis que queſtio-
nes preſtãt magis ꝙ edificationem
dei que eſt in fide. Finis autem pre-
cepti eſt charitas: de corde puro: ⁊ cõ
ſcientia bona: et fide non ficta. A quibus quidam aberrantes conuerſi
ſunt in vaniloquiũ: volentes eſſe legis doctores: non intelligentes neqꝫ
que loquuntur: neqꝫ de quibus affirmãt. Scimus autem quia bona eſt
lex ſi quis ea legitime vtatur: ſcientes hoc quia iuſto lex non eſt poſita:
ſed iniuſtis ⁊ non ſubditis: impijs ⁊ peccatoribus: ſceleratis ⁊ cõtami
natis. patricidis / ⁊ matricidis / homicidis / fornicarijs: maſculorũ con
† Al's plagarys. cubitoribus. plagiarijs† / mẽdacibus / ⁊ periuris. Et ſi quid aliud ſa-
ne doctrine aduerſatur: que eſt ſm euãgelium glorie beati dei quod cre-
ditum eſt mihi. Gratias ago ei qui me confortauit in chriſto ieſu domi-
no noſtro: quia fidelem me exiſtimauit ponẽs in miniſterio. Qui prius
fui blaſphemus et perſecutor / et contumelioſus: ſed miſericordiam dei
conſecutus ſum: quia ignorans feci in incredulitate. Superabundauit
autem gratia domini noſtri cum fide ⁊ dilectione que eſt in chriſto ieſu
Tit.iij.c. Fidelis ſermo ⁊ omni acceptione dignus: qꝛ chriſtus ieſus venit in hũc
mundũ peccatores ſaluos facere: quorũ primus ego ſum. Sed ideo mi
ſericordiã conſecutus ſum: vt in me primo oſtenderet chriſtus ieſus om
nem patientiam ad informationẽ eorum qui credituri ſunt illi in vitam
eternam. Regi autem ſeculorum immortali / inuiſibili / ſoli deo honor ⁊
gloria in ſecula ſeculorum amen. Hoc preceptum cõmendo tibi fili Ti
mothee ſm precedentes in te prophetias: vt milites in illis bonam mi-
litiam habens fidem ⁊ bonam conſcientiam. Quam quidam repellen
tes circa fidem naufragauerunt: ex quibus eſt hymeneus et alexander
xxiij.q.iiij.d pec cat. ⁊.c. de cru dele. quos tradidi ſathane vt diſcant non blaſphemare.

Expoſitio capituli primi.

Paulus ⁊ cetera. Scripturus di=
scipulo salutē premittit dicēs.
Paul⁹: qđ quidē nomē est hu=
militatis. Paulus eni ꝗ̄si mo=
dicus dicit̄. Hic autem vbi auctoritate
opus est/auctoritatis nomen est. Pau=
lus enim nomē multū notum erat: vnde
vt magis refelleret pseudo doctores ait
Paulus apl's.i.legatus vel missus. Cū
autē oēs sancti legati dei sunt/precipue
apostoli sic vocant̄:sub quibus omne ge
nus sanctoꝝ:super quos vero solus xp̄s
inuenit̄. Apl'us inꝗ̄ christi iesu:q2 a xp̄o
solum apl'i missi sunt. Ab apl'is aūt cete=
ri sancti: vt a paulo timothe⁹. Ꝙ si pau
lus apostolus xp̄i sit:constat q2 qui pau=
lo ꝯtradicit/⁊ christo qui paulum misit.
Qui ꝟo timotheo a paulo misso:⁊ ī pau=
lum ⁊ in christum offendit. Paulus inꝗ̄
apl'us christi iesu ꝭm imperiū. Ponit in
alijs epistolis ꝭm voluntatē:sed vt ma=
iorē districtionē signaret/posuit hic im=
perium. Volumus eni quedā que nō im
peramus: que aūt fieri imperamus ⁊ vo
lumus: ⁊ ne non fiat prohibere videmur
Unde ait ꝭm imperiū dei patris. Deus
enim pater imperauit me apostolū fieri
Dei dico saluatoris nostri.i.qui imperio
suo obedientes saluat:non obediētes ve
ro a salute alienat. Unde timendū est nō
parentibus imperio timothei:q2 nec mi=
hi nec deo qui imperauit me apostolum
esse obediūt: ⁊ sic a saluatione dei alieni
sunt. Scđm īperiū dei patris dico:⁊ ꝭm
imperiū xp̄i regis et sacerdotis. Scđm
hominē dico qui ⁊ immolauit seipsum in
ara crucis/vt nos mundaret a delictis:
seꝗ̄ imolandū nobis quotidie in altari
dedit. Regis etiā/q2 ⁊ bona dat: ⁊ in bo=
nis regit. Christi dico iesu.i.saluatoris q̄
et in p̄senti saluat a malis: ⁊ in futuro sa
lutē eternā daturus est suis. Christi iesu
dico auctoris spei nostre.i.recuperande
impassibilitatis et īmortalitatis: que ꝑ
eum nos recuperaturos speramus: qui
carnem nostrā in se verbo dei vnitam ex
tulit super omnem creaturā:nihil supra
eam relinquēs preter diuinitatē sibi co=
herētem. Spes eni dicit̄ non de his que
habemus vt iustificationē a peccatis in
baptismo:sed de his que nos habituros
credimus vt īmortalitatē ⁊ impassibili=
Spes ꝗ̄d est.
tatē per xp̄m. Spes enim est expectatio
future bone rei cum desiderio. Paulus

Paul⁹ ꝗ̄nꝗ̄ humilitat̄/ ꝗ̄nꝗ̄ auctoritatis nomen est.

inꝗ̄ apl's sic ⁊ sic optat:mandat. vel ali=
quid tale timotheo filio bene imitāti se:
quē genuit in fide:q2 cū infidelis esset fi
delē cū fecit. Filio dico dilecto ꝓuato ⁊
speciali modo: q2 cū omnis vtiꝗ̄ fidelis
diligēdus sit:quidā tn̄ in eis sūt qui pri=
uilegio amoris diligendi sunt. Paulus
inꝗ̄ mādat timotheo hoc/sibi vel tibi ti
mothee gratia/misericordia/⁊ pax. In
alijs ponere solet' gratia tm̄ ⁊ pax:signifi
cans ibi per gratiā qđ hic per misericor=
diā/remissionē scз peccatoꝝ:que gratia
dicit̄:q2 gratis sine precio vel merito no
stro dimittūtur. Misericordia remissio
dicit̄:quia per misericordiā dei peccata
dimittūtur. Misericordia vtiꝗ̄.i.remis=
sio peccatoꝝ:et pax.i.trāquillitas animi
quā hic habēt sancti prelibātes per hoc
dulcedinē eterne pacis. Hoc inꝗ̄ mise=
ricordia ⁊ pax sint perseuerātia tibi. Nō
ideo hoc optat: cum bene sciat remissio=
nem peccatoꝝ factā esse timotheo:sibiꝗ̄
partem sanctoꝝ esse:sed vt in his perma
neat. Hec duo misericordia ⁊ pax omni
fideli optanda sūt:et prouenire possunt:
hoc autē tertiū.i.gratia prelatis tātum
optandū est ⁊ ꝓuenire potest. Accipit eni
per gratiā donationē spūs sancti:q̄ vtiꝗ̄
non a prelatis/sed per ministeriū eorum
sine differentia meritoꝝ:siue iusti:siue in
iusti sint prelati (solūmodo pura sit ꝯse=
cratio eorū) dat̄ his quos sanctificāt/si
idonei sint in quib⁹ habitare debeat spi=
ritus: non eni habitabit in corꝑe subdi=
to peccatis. Ꝙ si querit̄/cur subditi ꝓ=
pter pctā spiritū sanctū accipere non me
reant̄:cū per ministeriū prelatorū q̄ pec
catores sūt (solūmodo iusta sit sacratio
eorū) detur? Ad hoc respōdendū est:q2
a deo ⁊ non a p̄lato: qui qđ nō habuit da
re non potuit: datur tn̄ ꝑ ministeriū pre=
lati. Nec sine causa de⁹ ꝑ ministeriū hoc
dare voluit:cū si sine ministris spūs san=
ctus daret̄: vnusquisꝗ̄ p̄sumēdo spm̄ sā=
ctum se habere iactaret: ⁊ sic ministri ec=
clesie:etiā qui iusti essent/in ꝯtēptū veni
rēt. Cui⁹ rei xp̄s formā relinquēs susci=
tato lazaro dixit discipulis. Soluite eū
et sinite abire:ostēdens neminē posse sol
ui nisi ꝑ ministros qb⁹ hec ministeria cre
dita sūt. Grā vtiꝗ̄ misericordia ⁊ pax sit
tibi a deo:q̄ cū de⁹ s:t hec ⁊ oīa pōt. Deo
dico patre: q̄ ex eo ꝙ pater est: volūtatē
et piam affectionē circa te ⁊ omnē filium

Timotheū fecē paulus fidelem.

Misericordia remissio dicit̄.

Prelati etiam mali dare pn̄t spm̄ sanctum.

Absolui nemo pōt nisi per ministros.

habet. Sit etiam tibi hoc idem a christo iesu: qui cum sit rex & saluare venerit voluntatem: similiter habet. A christo dico domino nostro: quem quia dominus est / hoc / & omnia posse apparet. Finita salutatione incipit epistolam dicens. O timothee ita fac: subaudi sicut rogaui te. vbi ait sicut notat quātitatē. Quasi diceret. Ego multis modis frequenti repetitione monui te vt docendo insisteres: & sicut monui te omnibus modis / omni assiduitate fac. Ubi ait. Rogaui cū qui prelatus erat dicere posset vt discipulo pcepi: satis cōmendat timotheū: insinuās eū talē qui nō ex imperio cohercendus esset: sed ex quadā paritatis dignitate cohortādus. Sicut ingȝ rogaui te vt remaneres ephesi ad ordinandū ibi ecclesiasticū ordinē: cū ego pergerem ephesianis irem in macedoniā / vt macedonas verbo pdicationis cōuerterē: in quo & tu mihi necessari⁹ esses: teqȝ mecū iterū ex voluntate obtulisti: videns tñ q maior necessitas incūberet dimisi te / vt ephesianos instrueres. Hic primum incipit de pseudo doctoribus repellēdis dicēs. Remaneres ingȝ ideo vt denūciares. Nunciare dicimus inter pares. Denunciare autem vt a prelato subditis. Denūciares vtiqȝ quibusdam: id est doctoribus illis qui singularem doctrinam inducūt a cōmunione ecclesie declinantes. Hoc ingȝ denunciares ne docerent aliter. i. quicqȝ alienū a doctrina mea q̄ ephesios docui / et tu adhuc doces. Et si doctores te denūciante illis nollent desistere: denūciares subditis ne intēderent doctrinis eoꝝ: vel audirēt eos. Cui⁹ rei forma adhuc seruat in ecclia. Prius eni peruersus prelatus ab ecclia phibet. Et si inobediēs nō cessat: subditis debinc interdicit obedire illi. Non intenderent dico fabulis pseudo predicatoꝝ: qui dicunt circūcisionē & vetera sacrificia tenenda esse in noua lege. Fabula dicit illud vbi verba tm̄ sūt: res autē non est: sic in doctrina eoꝝ. Uerba quidē erant nuda a rei veritate: q2 circūcisio & illa que docebāt saluare nō poterant. Intēderent ingȝ fabulis & genealogijs. i. sermonib⁹ de generatione sua factis. Dicunt enim q sibi natis de carne abraā & dauid / salus solū repromissa sit: et nō alijs. Genealogijs dico interminatis. i. phibitis ne aliqs confidat in illis

Nūciare quō dicimus.

Fabula qd dicit

Uel interminatis. i. nullū terminū: nulliūqȝ finē habētib⁹ vbi subsistāt pbata sicut dicūt. Si quis eni cōsiderat videbit multos filios abrae fm carnē reprobatos vt esau: inueniet etiā multos non de carne abraā genitos / quos tñ de⁹ elegit vt Job. Que genealogie prestāt questiones. i. litigia: & nullas solutiōes. Hoc inqȝ pstant magis q̄ edificationē: quā nullo modo prestāt. Hic eni magis electiuū est de nō participātibus agens. Edificationē vtiqȝ virtutū non pstant: que edificatio dei est nō per circūcisionē / sed que est in fide. i. per fidē. Ois eni iustificatio est ex fide que vt fundamentū iacit: & super hāc quasi fundamētum cetere virtutes edificant. Probat q in fide sit edificatio dei dicens. Si ex fide pcedit bona cōscientia. i. spes: ex spe autē purū cor: et de puro corde charitas. Charitas vero sit finis. i. impletio totius pcepti / seu noue seu veteris legis. Et si hoc modo ex fide sequit ois precepti impletio: tunc in fide est ois edificatio dei: & nō alibi. Sȝ in fide est impletio totius mandati: igit et edificatio dei. Et transuerso ordine sic ponit. Uere in fide est edificatio dei: finis eni. i. q2 impletio totius precepti veteris seu noue legis / est charitas. i. dilectio dei et pximi: in quo mādato vniuersa lex pendet & pphete. Qui eni hoc mandatū. i. charitatē impleuerit: nouā & veterē legem pculdubio impleuit. Uel autē legat ibi sic cōtinuatim. Ubi ait superius ne docerent & ne intēderent: innuit quosdā peruerse & docētes & intēdētes. Unde sic ait. Licet illi pseudo aliter doceāt q̄ ego: tñ finis. i. ois impletio legis charitas est: sicut ego doceo: vnde qd ipsi docēt vetera non sunt reducēda. Charitas pcedit de puro corde. i. de munda intelligētia: q aliquis purū intellectum habeat cōseruans se in puritate qua de⁹ purificauit eū in baptismo. Intelligens diligendū sibi esse creatorem suū: nec in aliquo offendendū. Charitas etiam procedens de cōscientia bona. i. de spe. Non q2 pscientia sit idem qd spes: sed ea affinitate qua illi cui male cōscientie scrupulus abest: & vbiqȝ in aio se circūspectās: nihilqȝ qd eū mordeat inueniens: sic tandem sperare licet: qui eni se peccatorem cōspicit: timendū illi est de peccato non sperandū. Charitas etiā procedens de

fide non ficta: nos enī credimus chꝛiſtū
verū deum ⁊ verū hominē: non fingētes
illum vel hominē ſine deo: vel deum ſine
homine. Et vt quidam pſeudo dicūt ha-
buiſſe chꝛiſtū non verum: ſed aeriū coꝛ-
pus. Velita. Fide dico noſtra robuſta ⁊
inuiolabili non ficta. i. nō fragili ad mo-
dū fictilis vaſis: ſicut eſt doctrina pſeu-
do doctoꝝ. ¶ Cōmendata parte ſua: im-
pꝛobat partē aduerſarioꝝ dicens. A qui
bus charitate ſcꝫ / cōſciētia bona / ⁊ fide:
quidā aberrantes. i. illi ſingularē doctri
nam inducētes ſeparati / ⁊ per hoc errā-
tes. Separatio enī a veritate erroꝛ eſt. *Separatio a veritate erroꝛ eſt.*
Aberrantes vtiqꝫ cōuerſi ſunt / non ad fi
dem: ſed in vaniloquiū loquētes que va
na ⁊ inutilia ſūt: circūciſionem ſcꝫ tenē-
dam eſſe dicentes. Quibꝰ nō ſufficit hec
vana apud ſe loqui: ſed qđ deteriꝰ eſt vo
lentes eſſe doctoꝛes legis. i. docentes te
nendas eſſe carnales obſeruātias legis
Et hoc ſatis impudēter: non intelligen-
tes neqꝫ ea que loquūtur. i. circūciſionē
quā docent. Ideo ſub veteri lege in car-
ne tenuiſſe: vt figuraret circūciſionē coꝛ
dis tenendā eſſe in tempoꝛe gratie: et nō
carnis. Neqꝫ etiā intelligentes ſcriptu-
ras ꝓphetarū de quibꝰ. i. per quas affir-
māt circūciſionē ⁊ vetera ſacrificia que
loquunť tenenda eſſe in tempoꝛe gratie:
vel ecōuerſo. Non intelligentes ea que
loquunť de ꝓphetis ad pꝛobādum ꝙ te-
nenda ſint ea que docent. Neqꝫ intelligē
tes circūciſionem et ſacrificia: cuius rei
myſteria eſſent cū fierent de quibus ipſi
affirmant ꝙ adhuc tenenda ſint. Ex im-
pꝛobauit partē aduerſarioꝝ dicens non
intelligentes ⁊ cetera. Hoc vtiqꝫ non ſuffi
ceret: niſi ⁊ partē ſuam cōmēdaret: ⁊ cau
ſam cōmendatiōis infereret. Poſſet enī
aliter ſic ſibi obijci. Si doctrina pſeudo
doctoꝝ peruerſa eſt: tua vero non meli-
us appꝛobanda: vnde melius adheren-
dum tibi iudicas ꝙ̄ illis? Ad hoc refellē
dū impꝛobata pte aduerſarioꝝ ſubdit ⁊
appꝛobat ſuam dicēs. Pſeudo vtiqꝫ do
ctoꝛes non intelligūt legem: nos autem
ſcimus. i. intelligimus legem. Et qđdā
ampliꝰ addit qđ valet ad cauſam dicēs
Scimus vtiqꝫ non ſolum legem: ſed etiā
hoc de lege ſcimus: quia lex eſt bona. i.
vtilis ⁊ iuſtificans ſpiritualiter intelle-
cta: ſm ꝙ nos intelligimus. Sed ſm car
nalem intellectū eoꝛum potius nō bona:

qꝛ neminē iuſtificat: ⁊ crudelis eſt: vnde
qđ ipſi de lege intelligūt non eſt reducē-
dum. Lex vtiqꝫ bona eſt: ſi quis vtatur
ea. i. intelligētia eiꝰ legitime. i. ſm ꝙ lex
ipſa docet ⁊ pꝛecipit: ſcilicet vt ſpiritua-
liter intelligatur. Scimꝰ vtiqꝫ de lege ꝙ
bona eſt: ſcientes hoc etiam de eadem le
ge: quia lex vetus non eſt poſita iuſto. i.
ſub noua lege iuſtificato. Nec etiam ſub
ipſa veteri lege poſita ē alicui iuſto. Lex
enī data eſt vt vel puniret reum: vel pec
care volentē coherceret ne delinqueret:
ſed qui iuſtus eſt non eſt cohercēdus: nō
enim volūtatem habet peccandi: nec eſt
per legem puniendus. Macula enim in *Macula nulla eſt in iuſtificato*
illo nulla eſt: qui iuſtificatus eſt. Unde ⁊
iuſtis illis q̄ ſub veteri lege fuerunt quā
tum ad ſe non eſſet neceſſarium tenere le
gem: qua tamen cōgrue vſi ſunt: ne illis
reſpuētibus legem contēptui fieret lex.
vtqꝫ auctoꝛitate eoꝝ deuotius tenerent
eam / hij quibus pꝛopter peccata neceſſa
ria erat. Ideo etiam iuſti tenuerūt vete-
rem legē: vt qđ ipſa ꝑfigurabat de chꝛi-
ſto ⁊ de tempoꝛe gratie: ipſi atteſtarētur
implendo legem. Iuſto vtiqꝫ non eſt po-
ſita lex: ſed iniuſtis. i. iudeis quibus ante
legem datam moyſes moꝛalia pꝛecepta
dedit: que non obſeruando iniuſti facti
ſunt. Iniuſtis vtiqꝫ ⁊ non ſubditis: id eſt
iudeis: qui deo dati per moyſem legem
noluerunt ſubdi vt ab iniuſticijs recede
rent. Quos vocet iniuſtos et non ſubdi-
tos exponit dicens. Lex vtiqꝫ poſita eſt
impijs: id eſt irreligioſis animo contra
deum. Et peccatoꝛibus. i. qđ irreligioſe
cogitant: irreligioſe operantibus et ſce-
leratis: id eſt illis qui videntes ſacrifica-
re idolis vel huiuſmodi placuit illis vt
ſimiliter preuaricarent. Lex etiam poſi-
ta eſt cōtaminatis: id eſt illis qui violen-
tia toꝛmentoꝛum compulſi ſunt ſacrifi-
care idolis. Hec quattuoꝛ contra deum
pꝛincipaliter fiunt. Cetera que ſequūtur
contra ſe et contra pꝛoximum fiunt: non
ꝙ omnia peccata contra deum non ſint:
ſed quia quattuoꝛ pꝛedicta deum ſpecia
liter ſine aliquo medio videntur offen-
dere. Poſita eſt etiam lex parricidis:
id eſt interfectoꝛibus patrū: quibus cū
multū deberent ex eo ꝙ homines eſſent:
lōge ideo magis qꝛ patres erāt Matrici
dis etiā ſimiliter ⁊ homicidis / ⁊ foꝛnica
rijs: id eſt maculantibꝰ ſe adulterio. Uel

quolibet genere fornicationis: et concu-
bitoribus masculorum quod deteri⁹ est:
quibus non sufficit se maculare nisi etiã
corrũpãt alios. Et plagiarijs. i. plagas
proximo inferẽtibus. Vel plagiarijs q̃si
plagiosipis. i. plagam de re viua inferẽ-
tibus: vt si quis furaretur patri filium
suum / vel huiusmodi. Mendacib⁹ etiã
qui fallacijs incumbunt: quodq; mem-
dacio pauli deterius est periuris his:
et huiusmodi posita est lex. Preter hec
etiam imposita est illi si quid aliud a pre
dictis quod aduersatur sane doctrine. i.

Precepta moralia p̃durãt in vtraq; lege.

naturali et morali legi. Moralia eñi pre
cepta sicut in veteri: sic in noua lege per
durant. Unde ait. Que sana doctrina ẽ
s̃m euangelium. i. sequitur nouam legẽ
Euangelium dico glorie. i. qđ predicat
gloriosum deum. Vel euangeliũ glorie
i. qđ sequẽtibus se / dat eternam gloriã.
Glorie dico dei beati. Qualẽ enim bea-
titudinem deus habet / talem ab eo habi

Beatus dĩ cui nihil desit.

turi sunt sancti. Beat⁹ enim dicitur cui
nihil deficit: sanctis autem cum christo
nihil defuturum est. Hoc nomen de⁹ nul
lo adiectiuo indiget vt dicatur beatus /
vel aliquid horum: sed vt innueret cuius
modi gloriam hab iturus sit deus et da-
turus suis apposuit beati: quasi diceret:
Gloria quã deus habet / et dat / et sibi / et
q̃buscũq; dat / sufficit. Et quia sana do-
ctrina et euangelium se inuicem sequun
tur: ideo hec tantum tenenda sunt ⁊ non
reducenda circumcisio et vetera. Hic in
gredit̃ ostendere q̃ quia recessit a veteri
lege: omnia bona sibi collata sint: cui le-
gi q̃diu adhesit semper in precipitiũ ma
lorum ruit. Unde sic ait. Quod euange-
lium creditum est mihi. i. preuidit miseri
cordia dei me idoneum cui crederet euã

Euãgeliũ bonũ nũcium dicitur.

gelium. Euangelium autem bonum nun
cium dicitur: eu enim bonum: angelum
vero nuncium: vnde angelus nunci⁹ di-
citur. Et ideo q̃ deus credidit mihi euã
gelium: gratias ago ei et non legi ꝓ hoc
beneficio / ⁊ pro his que sequuntur: q̃ de
us existimauit me fidelem. Hic aiũt san-
cti insidiosa esse verba pauli. Quasi di-
ceret: inde gratias ago deo: quia cũ infi-
delis essem: fecit me fidelem. Nec q; di-
gnus essem qui fidelis fierem existiauit:
id est prouidentia dei que falli nescit ab
initio preordinauit: meq; factum fidelẽ
confortauit. i. fortem fecit: q̃ neq; mors

neq; gladius poterit me separare a cha-
ritate eius. Et postq̃ mihi credidit euã-
geliũ pacis ponens me in ministerio. i. ĩ
ipso opere predicandi: multis enim prela
tis creditur euangelium: qui tamen tor-
pentes non ministrant subditis qđ credi
tum est illis. Positus sum in ministerio
christo iesu. i. ad honorem et gloriam xp̃i
iesu domini nostri. Vel confortauit me ĩ
xp̃o iesu domino nostro qui mihi cedes
anhelanti in via apparuit. Ego vtiq; fi-
delis factus sum ⁊c̃. postq̃ deserens le-
gem subdidi me gratie dei. Qui prius
cum essem sub lege in omnia mala preci-
pitabar. Fui eñi tunc blasphemãs xp̃m
dicens eum hominem sine deo: filium fa
bri et similia. Fui etiam persecutor quo-
rumq; iustorum. Fui etiam contumelio-
sus: quia si quos comprehendere poterã
contumelijs et verberibus afficiebã: sed
qui a deo peruersus sub lege eram: stati
vt hanc dimisi / consecutus sum misicor
diam. i. remissionem peccatorũ. De hoc
autem consecutus sum misericordiã: q̃
. i. q̃ ignorãs feci. i. ignorãter peccaui: et
quia christum ignorabam / ideo in incre-
dulitate manebam. Sic quia pro q̃ legi-
mus: non enim sufficeret ad causam vt q̃
ignoranter peccauerit / ideo misericordi
am consecutus sit. Alio modo tamẽ quia
legitur ad causam. Quasi diceret aliq̃s.
Tu olim sub lege legem predicabas te-
nendam. Tu vero relicta eadem lege le-
gem predicas relinquendam. Cui ḡ cre
di debeat vel tibi sub lege: vel tibi nõ s̃b
lege ambigimus. Contra hoc ait. Mihi
sub lege non fuit credendum: quia igno-
rans feci: et quia ignoraui: ideo in incre
dulitate mansi. Nec solum misericordiã
. i. remissionem peccatorum consecutus
sum: sed etiam gratia domini nostri abũ
dauit in me super misericordiam: quia
et peccata remisit: et multas alias grãs
dedit: vt cognitionem diuine essentie ⁊c̃.
Vel aliter. Dum persecutor eram eccl̃ie
christi: multum zelum legis habui: s3 ta-
men nunc superabundauit gratia dei in
me: quia si tanta oportuisset me pati pro
veteri lege / quãta ꝓ christo patior: vtiq;
defecissem. Cetera sicut dicta sunt. Sup
abũdauit inq̃ gratia cum fide et dilectio
ne: quia fides et dilectio dei semper cre-
uerunt in me: que fides et dilectio est in
christo iesu. i. habetur per christum iesũ:

et non per legẽ. Hanc aũt misericordiã quã ego consecutus sum/facile est ꝛ vos cõsequi. Ut eni pctõres salui fierẽt/xp̃s iesus in hunc venit mundũ. Sed anteq̃ hoc dicat ꝓponit cõmendationẽ rei quã dicturus est sic. Sermo iste quem vobis manifesto est fidelis.i.talis cui fides ad hibẽda sit:ꝛ qui benefit credibilis. Nec solũ fidelis est:sed etiã dignus acceptione.i.qui acceptabilis esse debeat. Sunt eni multi sermones credibiles:nõ tñ acceptione digni/q2 inutiles. Hic autẽ sermo:ꝛ credibilis ꝛ acceptus/quia vtilis. Dignus vtiq3 acceptione non vna vel in vno solo tẽpore vt vetus lex: sed omi.i.ꝛ in p̄senti ꝛ in futuro: et ꝑm corpus et ꝑm animã/q2 in omi tẽpore:ꝛ ꝑm vtrũq3 saluat. Hic inq3 est ille sermo: q2.i.ꝙ xp̃s iesus venit in mundũ hũc.i.adeo despicabilem:ꝛ in quo tot miserias ei pati oportuit. Uenit inq3 saluos facere peccatores:qui si per legẽ saluari possẽt:frustra deus xp̃m suum in miserias huiꝰ mundi deponeret. Quoꝝ peccatoꝝ ego et qñq3 legalis prius.i. precipuus ꝛ deterior sũ. Deteriores eni inuenit deus iudeos legi adherentes:q̃ quoscũq3 exleges. Qđ supra posuit absolute:hic ponit cũ causa dicens. Licet deterior in peccatoribꝰ essem:tñ ꝯsecutus sum misericordiã: ideo vt xp̃s iesus in me primo.i.maxime peccatore. Uel primũ.i. maxime ostenderet patientiã/non in qualibet vna re:sed omnimodã. Pertulit eni me blasphemãtẽ/persequentẽ/ꝛ contumelias sanctis inferentẽ. Omnẽ vtiq3 patiẽtiam ostendit in me:ad informationem eoꝝ qui credituri sunt illi.i.vt ꝑ me doceret nemini desperandũ ꝑpter imanitatẽ scelerũ quin credant in eum. Credituri sunt eni illi in vitam eternã.i.vt per fidẽ hanc habeãt vitam eternã. Et qñquidẽ xp̃s saluare peccatores venit ad qđ lex insufficiens fuit Christo igit regi seculoꝝ inde sit honor et gloria:q2 nec legi nec alij preter christum debet inde gratia. ¶ Aut sic continuatur. Christus in me ostẽdit omnẽ patientiã:illi autẽ christo regi seculorũ immortali.i.imutabili/qui semp ĩ eodẽ est. et inuisibili.i.cuius deitatẽ nulla creatura sufficit itelligere:huic deo creatori soli (saluare eni solus põt) huic tanto ꝛ tali sit honor et gl'ia. Honor dicit vt de virtutibus:humilitate/prudentia/ꝛ huiusmodi que homo potest habere. Gloria dicitur de his que dei solũ sunt ꝛ nõ hominis:vt resurgere tertia die: et huiusmodi. Honor inq3 illi sit ꝛ gl'ia in secula presentium seculoꝝ cõsecutiua:ꝛ hoc qđ precor amen.i.certe ita erit. Quandoquidẽ ex christo iesu oĩs saluatio:ꝛ ex lege nulla:ideo o timothee fili cõmẽdo tibi hoc preceptũ vt omibus palã sit te nulli posse parcere vel tolerare in hac re. Hoc eni preceptũ est qđ trãsgredi non licet:summaq3 tibi obediẽtia cõmendatũ: vt milites excludẽdo ab ecclesia pseudo doctores:milites etiã disponẽdo alium ecclesiasticũ ordinẽ: milites vtiq3 bonã militiã. Si semel vel in vno militaret implesset qđ dixerat milites:sed vt semper ꝛ in oĩbus se velle eũ militare ostenderet:addidit militiã bonam.i. vtilem. Utile eni erit sic te militare. Cõmendo inq3 vt milites in illis ꝑphetijs.i. in omni visione et intellectu quẽ habes de deo. Prophetia eni visio:propheta vidẽs dicit. Milites moneo ꝑm ꝑphetias precedentes in te.i.ꝑm ꝙ tẽpore precedenti edoctus es in sacris scripturis. Timotheus eni patre gentilis:matre vero christiana editꝰ: ab ipsa pueritia traditus est sacris litteris imbuendus. Unde ait ꝑm ꝑphetias in te precedẽtes. Uel aliter. Cõmẽdo tibi vt milites ꝑm prophetias precedẽtes in te.i. de te. Spiritu eni ꝑphetic edoctꝰ assumpsi te in opus euãgelij. Uide autẽ ne degenerãdo a fide mendacem facias spiritũ: qui vt te eligerẽ docuit me. Militare debes tũ q2 bonũ et vtile est:tum q2 bene potes habens fidem per quã plene iustificatus es. habens etiã conscientiã bonã:non eni tibi p̄dicãti obijci potest ꝙ bñ doceas ꝛ male viuas. Modo paulisper reuertitur ad pseudo doctores dicens q̃ bonũ conscientiã quidam repellẽtes a se:qui eni puerse agit et docet nõ habet vnde sibi bene conscius sit. ꝛ quia reppulerũt hãc: ideo naufragauerũt circa fidem.i. fregerũt nauẽ suam circũeuntes fidem ꝛ nõ ingrediẽtes ad eã. Ex quibus pseudo doctoribus naufragantibꝰ est himeneus ꝛ alexãder principes eorũ qui circũcisionẽ reducere volebãt:quos ego tradidi sathane.i. separaui excomunicatos ab eccl'ia. Nec ideo vt in eternũ pereãt:sed vt sic discant non blasphemare.i. vt hoc modo correcti et penitentes

[Margin notes: Paulũ cõside rãs nẽo desperet — Prophetia visio ꝑpheta vi dẽs di.]

t

quiescāt a puerilitate sua: ⁊ iam non blasphemantes auferantur iterum sathane: recepti in sinū ecclesie. ¶ Nota q̄ excōmunicare est tradere sathane: q̄ cum excōmunicat̄ quis, sathane traditur cuius erat prius q̄ per baptismū iustificaret̄.

Excōicare qd est.

¶ Capitulum. ij.

Obsecro igit̄ primū omnium fieri obsecrationes, orōnes, postulationes, gratiarū actiones: pro oībus hoībus: pro regibus ⁊ p̄ oībus qui in sublimitate sunt cōstituti: vt quietā ⁊ tranquillam vitā agamus in omni pietate ⁊ castitate. Hoc enim bonū est et acceptū corā saluatore nostro deo: qui omnes hoīes vult saluos fieri: ⁊ ad agnitionem veritatis venire. Unus enim deus, vn⁹ et mediator dei ⁊ hominū homo christ⁹ iesus: qui dedit redēptionē semetipsum pro omnibus. Cuius testimoniū temporibus suis confirmatū est: in quo positus sum ego predicator et apostolus. Ueritatē dico non mentior: doctor gentiū in fide ⁊ veritate. Uolo ergo viros orare in omni loco: leuātes puras manus sine ira ⁊ disceptatione. Similiter ⁊ † mulieres in habitu ornato: cū verecūdia et sobrietate ornātes se: non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veste preciosa: sed quod decet mulieres promittētes pietatē per opera bona. Mulier in silentio discat cum omī subiectione. Docere autē mulieri non permitto: neq̄ dominari in virum: sed esse in silētio. Adam enī prim⁹ formatus est, deinde eua: ⁊ adā nō est seductus: mulier autem seducta in preuaricatiōe fuit. Saluabitur autē per filiorū generationē si permāserit † in fide, ⁊ dilectione, ⁊ sanctificatione cum sobrietate.

xxiij. q. iij. corripiantur. — Jo. v. a. — x. di. q̄m. xcvj. di. cum ad verum. De pen. di. j. multiplex. — ij. Thi. j. c. — j. Pet. iij. a. — † Al'r. hz autē — j. Cor. xiiij. g. — Ge. ij. d. — † Al'r. p māserit

¶ Expositio capituli. ij.

Postq̄ paulus admonuit timotheū vt militaret: cōsequēter insinuat in quib⁹ eū militare precipiat dicens. Quiquidem x̄ps saluare peccatores venit in hunc mūdū In cui⁹ rei predicāde ministerio me cōstituit, vt ⁊ per eū saluemini: ⁊ p̄dicatio mea in vobis fructificet. Igit̄. i. propter hec premissa obsecro vt oretis. Nisi enī deus per spiritū sanctum operet̄ in cordibus vestris, sermo me⁹ inutilis erit. Obsecro igit̄ primū omniū. i. potissimū ante oīa fieri obsecratiōes ⁊ cetera. ¶ Quia vidit ap̄ls in omni genere orationis preualere celebrationē misse i qua memoria fit passionis christi: per quā omne hominū genus redēptū est. Ideo cum ⁊ alijs modis orandū sit: hoc gen⁹ orationis quia preualere vidit preposuit dicēs. Primū omniū. i. ante oīa obsecro fieri obsecrationes. Orationes illas que obsecrationes. i. iuxta ⁊ anteq̄ corpus dn̄icū sacret̄ tur precedūt (vt in p̄ncipio misse) vocat obsecratiōes, quasi iuxta sacrationē dictas. Orationes autē ⁊ postulationes: et gratiarū actiones fieri obsecro. Orationes vocat preces illas in quibus cum dicunt̄ substātia illa panis et vini in altari apposita trāsit in corpus ⁊ sanguinē christi. Postulationes vocat preces q̄ fiunt post cōmunionē vt illud. Perfice in nobis dn̄e q̄d tua sancta continent. i. post q̄ nos pauisti hoc corpore ⁊ sanguine tuo, restat hoc quasi ex debito: vt quod pie ce pisti perficias: pascens nos indeficienti cibo glīe tue i celis, q̄d hic in altari prelibamus. Postulatio enim dicitur quasi oratio facta de re q̄ iā misericordia vl̄ merito debet̄. Gratiarū actiones vocat: vt illud q̄d in fine misse dicit̄. Benedicamus dn̄o. Deo gratias. Ut hoc dicētes innuamus totū referēdū esse gratie dei q̄d dedit: ⁊ q̄d i eternū daturus est. Hec autē obsecro fieri pro omnibus hoībus: vt salui fiant ex volūtate dei. Quod si queritur cur p̄ oībus iubeat orare apostolus: cū quidā a deo reprobati sint: p̄ qui

Obsecrationes q̄ dicunt̄. — Postulationes q̄ dicūt̄. — Gratiarū actiōes q̄ dicūt̄.

bus qui orat videtur offendere deū qui eos reprobat? Contra hec dicitur ꝙ deꝰ quidē ex benignitate ⁊ clementia sua velit omnē hominē saluū fieri: qꝛ quātū in se est in deo non remanet: sed benignitatem dei iniusticia impiorū auertit. Unde in deo duplex voluntas cōsideratur.

Voluntas duplex in deo cōsiderat.

tem / patientiam / mansuetudinem. De pen. di. ij. q2
Certa bonum certamen fidei: apꝑ radix.
hende vitam eternam: in qua voca ij. Thi. ij.b.
tus es et confessus bonam confes=
sionem† coram multis testib⁹. Pre †Bre. fidem.
cipio tibi corā deo q̇ viuificat om=
nia: ⁊ christo iesu qui testimonium
reddidit sub pontio pilato bonam
confessionem: vt serues mādatum
sine macula irreprehensibile vsq;
in aduentū domini nostri iesu chri
sti: quem suis temporibus ostēdet Apoca. xix.c.

beatus et solus potens rex regum
et dominus dominantiū. Qui so=
lus habet immortalitatē et lucem
Jo.j.b. habitat inaccessibilem: quem nul=
j.Joan.iiij.c. lus hominum vidit: sed nec videre
potest: cui honor et imperium sem=
piternum amen. Diuitibus hui⁹
seculi precipe non sublime sapere:
neq̧ sperare in incerto diuitiarum:
sed in deo viuo q̄ prestat nobis om
nia abunde ad fruendum: bñ age=
re: diuites fieri i bonis operibus:
facile tribuere: communicare: the=
saurizare sibi fundamentum bo=
num i futurū: vt apprehēdat verā
vitā. O timothee depositum custo
di: deuitans prophanas vocum no
uitates: et oppositiones falsi nomi
nis scientie: quam quidam promit
tentes circa fidem exciderūt. Gra=
tia tecum Amen.

¶ Expositio capituli sexti.

Quia iterum vidit paulus quos
dam seruos ad fidem conuer=
sos indignari: nec velle seruire
dominis suis infidelib⁹: putan
tes absurdum esse / vt si quis fidelis essȝ
seruiret infideli: nec etiam fidelibus do
minis: dicentes cum oēs fideles in chri=
sto fratres sint / debere fieri omes eiusdē
conditiōis. Ut malum huius opiniōis
refelleret Paul⁹ ait. Sicut predixi de
cōsecrādis presbyteris obserua: Preci=
pe etiam hoc / vt quicunq̧ serui sunt sub
iugo infidelium dominorum: arbitrenꝫ
domios suos dignos omni honore: fide
tamen in omnib⁹ custodita. Ideo per iu
gum infideles signauit qui difficili⁹ pre
mebant seruos q̧ fideles dñi. Ideo sic
dominis subijcianꝫ: ne si alit̄ fieret blas=
phemetur nomē domini dicentes deum
iniustum qui conditiones mutauerit: et
seruos qui pro peccatis suis seu parentū
serui facti sunt vt chā filius noe: cum ge
neratione sua: quia pudenda patris de=
texit liberos non fecerit: ideo etiam ser=
uiant dominis: ne doctrina: id ē predi=
catio sanctorum blasphemetur et contē=
ptibilis fiat: dum que sua sunt / dominis
auferat. Illi autem serui qui habēt fide=
les dominos / non contemnant eos: quia
fratres sunt in christo: sed magis non q̧
plura debita soluant: sed maiori dilectio
ne seruiant eis; ideo quia fideles sunt: et
dilecti a deo: et quia participes sunt be=
neficij dei: id est iusticiarum que haben=
tur in p̄senti / et future beatitudinis. Hoc
scilicet seruos subiectos eē dominis do
ce eos qui nesciunt: et exhortare super=
bos qui sciunt et seruire dedignanꝫ. Si
quis vero pseudo aliter docet / ꝓuos sci
licet non debere seruire dominis / et a te
prohibitus ne hoc doceat. Non acq̄escit
sanis sermonib⁹ domini nostri iesu chri=
sti: et nō acquiescit ei doctrine que ē ꝓm
pietatem. Doctrina enim dei pia est non Doctrina dei pia est.
mutans conditiones: nulli tollens quod
suum est. Etiā ideo pia: quia per hoc do=
minos multum inuitat ad fidem et allicit.
quam vtiq̧ doctrinam si ꝓuos eis aufer=
ret / intolerabilem iudicarent: et abice=
rent. Seruis etiam per hec pia est: qz cū
pro peccatis suis / seu parentum serui fa
cti sunt: si penam hanc peccati patienter
sustinent / merentur iustificari per humi=
litatem: si vero renuunt: damnantur per
superbiam. Si quis inq̧ alit̄ docet: nec
prohibitus desistit: hic abijciatꝫ vt super
bus et nihil sciens cum se putet aliquid
scire: et omnes homines vnius conditio
nis esse asserat. Nihil inq̧ sciens sed lā
guens. i. dissolutus et languidus circa
questiones quas obijcit et absoluere ne
scit: et circa pugnas verborum: id ē circa
pugnantia verba: vt illud. Si vos fili⁹ li Joan.viij.c.
beraucrit / vere liberi eritis: et illō. Red Luce.xx.e.
dite cesari que sunt cesaris / que tamen si
bi contraria nō sunt. Ex quibus pugnis
verborum oriuntur inuidie: q̧ domini
inuident superbientibus seruis. Oriun=
tur etiam contentiones: quia domini cō
tendunt cum seruis verbis. Oriunꝫ etiā
blasphemie: quia (sicut dictū est.) blas=
phemaꝫ inde deus et doctrina ei⁹. Oriū
tur etiam male suspitiones: quia putant
domini q̧ predicatores accipiant mune=
ra a seruis. Oriuntur etiam conflictatio
nes hoim p̄dicantium hoc: qz etiam pu=
gnant cū his qui hoc p̄dicant. Hoim di=
co. i. perditorū mēte corruptorū. i. q̄ cor=
ruptū habent intellectum: qui etiā priua

ti sunt omni veritate verborũ. Hominũ
dico adhuc estimãtiũ pietatẽ.i.christia-
nã doctrinã esse questum.i.qui ex doctri
na sua putant licere sibi per hoc congre-
gare diuitias: sed falso putant: quia pie-
tas non est questus temporaliũ: sed est
questus magnus.i.magne et incõpara-
bilis rei pietas cum sufficientia.i.cũ vi-
ctu et vestitu quod cuiq; sufficere debet.
Ideo q2 nos nudi nati nihil intulim⁹ in
hunc mundũ: et haud dubiũ est q2 exeun
tes de mũdo nõ possumus auferre quid
inde. Ne autẽ quia se nudos dixerat in-
trare mũdũ/nudosq; reuerti: putaret in
nuditate cõuersandũ esse in mundo. Cõ-
tra hoc ait. Licet nihil intulerim⁹ in mũ
dũ: tamẽ dũ in eo manem⁹ sim⁹ habẽtes
alimẽta et indumẽta qb⁹ tegamur: nõ in
quibus luxuriemus: et his alimentis et
tegumentis simus cõtenti: ideo quia vi
demus eos qui volunt diuites fieri q2 in
cidũt in tẽptationẽ animi: et p hãc in la-
queũ diaboli.i.i op⁹ tẽptatiõis. Postq;
etiam diuites facti sunt incidunt in mul-
ta desideria: cupiũt enim domos ⁊ pre-
dia. Desideria dico inutilia: nec solũ si-
ne vtilitate/sed etiam nociua: quia mer-
gunt homines desiderantes in interitũ
et post mortem in eternam perditionem.
Uere hec desideria sic mergũt homines
Nam cupiditas est radix omniũ malorũ:
nõ q2 singula mala fiãt per cupiditatem
pecunie: sed nullũ gen⁹ est mali i quo ge-
nere nõ sit factũ aliq8 malũ p cupidita-
tẽ diuitiarũ. Quã cupiditatẽ quidã ap-
petẽtes errauerũt a fide: negãtes deum
desiderio diuitiarũ: quas vt cupide au-
gerẽt/inseruerũt se multis doloribus: ve
xantes corpora sua ⁊ animas: per mare:
per terras. Qui cupiditati vacãt/errãt.
Sz tu o homo dei timothee fuge hec de
sideria: hec fuge: sectare vero iusticiam
erogando tua indigentibus proximis/
q8 cupiditas nũq; facit. Sectare et pie-
tatẽ. Nã si tã rara habes vt non inde pos
sis dare proximo sine tui indigentia: q8
vt faceres iusticia nõ te cogeret: impar-
tire tamẽ ei ex pietate. Sectare etiã fidẽ
quã quidam negauerunt propter cupidi
tatẽ. Sectare etiam charitatem.i.dile-
ctionem dei et proximi. Sectare etiã pa
tientiã.i.patienter sustine si q8 tua rapue
rit. Sectare etiã mãsuetudinẽ.i.noli liti
gare sicut cupiditas facit. Sectare hec

Pietas nõ ẽ questus tẽporalium.

Cupiditas radix oĩũ malorũ.

Cupiditati vacãtes errãt.

⁊ certa certamẽ: frequentiam notat. Cer
tamẽ dico fidei: q8 bonũ et vtile est pro
fide christi: certare: ⁊ apprehende vitam
eternam: in quã habendã vocatus es de
infidelitate per gratiam. Confessus es
etiã (dũ in episcopũ cõsecrareris) corã
multis testibus qui te mecum consecra-
bant confessionẽ/a qua recedere nõ de-
bes: quia bona/id est vtilis est tibi ⁊ sub-
ditis: si in ea perseueraueris. Monui su
perius vt cupiditatẽ fugeres: ⁊ cõtraria
cupiditati sectareris: q8 vt facias nõ so-
lum moneo: sed et precipio tibi/faciẽs
cum admonitione mandatũ. vt si h trãs-
grederis reus inobediẽtie cõuincaris
Precipio inq; tibi hec corã dõ patre: vt
nihil de⁹ ampli⁹ requirat de manu mea:
qui de⁹ viuificat omnia. Uide ergo vt
(implẽdo que precipio) viuas in eo per
quẽ viuunt oĩa. Precipio etiã tibi hoc
corã christo iesu: qui iudex omniũ nihil
horũ a me requirat in die iudicij: qui ie-
sus reddidit testimoniũ sub pontio pila-
to. Cũ enim interrogaret a pilato filius Matth. xxvi c.
dei es tu? respõdit. Tu dixisti: quia reue
ra filius dei ego sum: sic et tu timothee
confitere christum: etiam si tormenta vel
mors immineat. Reddidit inq; testimo-
niũ sez confessionẽ bonã.i.vtilẽ. q8 enim
tam vtile ad redemptionem q; ⁊ q8 fuit:
et cõfessus est se esse filium dei? Profe-
cto si negasset nõ crucifigeret: nec gen⁹
humanũ redimeret: et ideo vtile fuit cõ-
fiteri q2 esset filius dei. Pilatus a ponto Pilat⁹ vnde nomẽ sumpsit.
insula põti⁹ vocabatur. Et ne heretici
iuertere possent dictum esse de alio iesu
vel alio pilato: multi enim tunc iesus di
ci poterant: ideo paulus addidit pontio
Precipio inq; vt serues hoc mandatum
q8 ampli⁹ sine culpa pterire neq8. Mã
datum dico sine macula: q2 in nulla pte
doctrine mee maculatio aliq põt inue-
niri: sed i doctrina hereticorum licet ali-
quod bonũ premittat⁹ vt sic meli⁹ fallãt:
macula tamẽ cito inuenit inserta. Man-
datũ dico nõ solũ sine macula: sed etiam
irreprehensibile: quia nec occasio repre
hendendi inde potest concipi/si quis sa-
ne attendat. Serues dico vsq; in aduen-
tum dñi nostri iesu christi.i. vsq; in diẽ
mortis tue: quãdo eni moritur quis fide De⁹ venit ad fidelẽ q8 morit.
lis: eo die dicit de⁹ ad eũ venire: q2 tũc
recipit eum de⁹ i gloria/ quẽ quasi alie-
num a se in miserijs mundi dum viueret

dereliquerat: q̄diu enim iustus detinet
in mundo videtur deus nō venire ad eū:
quia ibi permittit eum affligi: sed cū iu=
stus carne soluitur/venire deus ad eū di
citur: cuius animā suscipit in requie. Di=
ceret fortassis timotheus. Sustinerē de=
um/si non tardaret eius aduentus. Con
tra hoc ait paul⁹. Bone vir sustine: quia
quem aduentum ostēdet deus suis. i. cō=
gruis temporib⁹: quando enim tempus
idoneum viderit/adueniet tibi. Causas
ponit quare sustinere debeat dicēs. Ser
uare debes hoc/donec de⁹ adueniat: q̄r
ille beat⁹ btitudinem dabit tibi si sustine
as: et ille solus potens potentē te faciet
super omnes persecutores. Rex etiā re=
gum regem te faciet: quia nec persecuto=
rem/nec temptationem secum positus ti
mebis: qui etiam dominus est dominan=
tium: et faciet te dominari inimicoꝝ tuo
rum. ❡ Nota q̄r quidam potentes sunt:
nec tamen dominātur aliorum. Qui de⁹
solus habet immortalitatem. i. immuta=
bilitatem: quia semper in eodem statu p=
manet: qui etiam habitat lucem. Loquit
de deo a similitudie illius qui habitaret
in splendida regione. Habitat inq̄ lucē:
Lucē in accessibi lē habi= tat de⁹. quia oīs vera lux habitat in eo. Lucē
dico iaccessibilē. i. ad quā lucē intelligē=
dam null⁹ accedere potest: qđ ipse deter
minat: dicens inaccessibilem ideo: quia
quam lucem in deo/vel quem deum in lu
ce: nullus hominū ꝑm hominem vidit: sꝫ
nec de futuro ꝑm qđ homo est videre po
test: cui deo est gloria ꝑm deitatem: ho=
nor ꝑm hominem: imperium ꝑm iudiciū
quo iudicat/et iudicaturus est omnes.
Imperium dico duraturum in sempiter
nū: ⁊ qđ opto vt sit ei gloria ⁊ honor amē.
id est certe ita erit et deesse nequit. Nota
Deū nemo vidit an sit ꝯra propositio. ꝙ dicit nullus hominum deum vidit: i eo
ꝙ homo ē accipi debet: quia ⁊ paulus ra
ptus est ad tertium celum vbi audiuit q̄
non licebat audire homini: cum tn̄ pau=
lus ⁊ ante q̄ raperetur ⁊ post homo fue=
rit. Et cum de iohāne euangelista idem
factum sit: ideo homo ꝑm ꝙ est homo lu=
cem deitatis videre nō sufficit: q̄r aīa ho
minis incarcerata deprimitur in carne/
adeo ꝙ nec aliquid videre potest vel co=
gitare: nisi excitata aliquo corporeo sen=
su: visu/vel auditu/vel huiusmodi. Et si
q̄diu anima in carcere carnis clauditur
nequit facere quicq̄: si non excitetur per

corporeos sensus: de quibus planum est
ꝙ vix parum de deo intelligunt: creden
dum est ꝙ nec anima hominis q̄diu i ho
mine est: in cognitiōe dei corporeos sen=
sus excedit. Si autē anima pauli seu io=
hannis de deo vidit quod videre homi=
ni non licuit: credi oportet ꝙ vel anima
eius penitus illa hora corpus deseruit
vel si in corpore māsit/omnes sens⁹ cor=
poris excessit: et ꝑm hec extra hominem
fuit: quia tūc tēporis quasi mortui fuere Visiōes q̄re magis dormiētib⁹ osńdunt q̄ vigilā tibus.
corporei sensus. Unde visiones magis
dormientibus ostenduntur q̄ vigilanti
bus. Dum enim homo dormit/corporei
sensus nihil tunc sentiunt: anima ꝟo tūc
sola vigilat. ❡ Q̄r superius dixerat pau
lus. Habeamus alimenta et indumenta
quibus tegamur: ne ideo timotheus ar=
bitraretur pauperes tātum recipiēdos:
diuites ꝟo ab ecclesia repellendos. Cō=
tra hoc ait. Licet alimentis et tegumen
tis contētos nos esse debere dixerim: ne
tamē abijcias diuites: sed diuitibus hu
ius seculi precipe non sapere sublime. i.
non propter diuitias superbire. neq̄ spe
rare in incerto diuitiarum. i. in incertꝭ di
uitijs/quasi q̄ hodie habet: cras fortasse
nō habiturus est: sed sperare i deo. ⁊ cau
sam subdit quare: qui de⁹ prestat nobis
omnia abunde: non solum ad vtendum:
sed etiam ad fruendum. i. vt cum iocūdi=
tate vtamur illis. Frui dicim⁹ de re que Frui et vti differunt.
suauis est et vtilis. Uti vero de re q̄ licꝫ
vtilis sit: tamen amarum vsum habet: vt
plures potationes que amarum gustum
habent et vtiles sunt. Precipe etiam di
uitibus bene agere: eosq̄ fieri diuites in Diuitū īstructio
bonis operibus: que auro et argento po=
tiora sunt. Precipe etiam facile tribue=
re sua pauperibus: nec hoc solum/sꝫ etiā
in bonis suis communicare pauperibus
vt diuitias non magis faciant proprias
sibi q̄ egenis: ⁊ sic distribuendo sua/pre
cipe illos thesaurizare sibi fūdamētū. i.
virtutes in quibus firmiter fundati sint.
Qui enim hodie cast⁹ est/cras incestus:
hic quasi in lubrico et non in fundamēto
eam habuit. Fundamentum dico bonum
. i. vtile in futurū: ad hoc vt p illđ appre=
hendant vitam eternam/qui hic in virtu
tibus fundati sunt. Ut autem de diuiti=
bus et de omnibus que precepi sanā ob=
seruātiam facias: ideo o timothee custo
di depositum. i. commissum et creditum

v

tibi donum spiritus sancti. Atq̄ bene custodias esto deuitans nouitates. i. alternas equipollentias vocum fidei nostre: quia prophane sunt. Heretici enim voces quibus fidem dei confitemur mutāt / ponendo equipollentes: donec sensim per has equipollentias icautum fidelem deceperint: quare precipit nouitates vocū deuitare. Deuita etiam oppositiones. i. disputationes sophistarum. Oppositiones dico scientie q̄ est falsi nominis. Falso enim vocatur scientia: quia vero noīe vocaretur insipientia. Quam falsā scientiam quidam promittentes. i. iactantes se habere: exciderūt circa fidem. i. perierunt: quia noluerunt ingredi ad fidē. Et vt hoc depositum custodias gratia dei sit tecum / amen. i. ita certe erit: vide tantum vt perseueres.

¶ Incipit argumentum in epistolam secundam ad Timotheum.

Item timotheo scribit de exhortatiōe martyrij et omnis regule veritatis: et q̄d futurum sit temporib⁹ nouissimis. ⁊ de sua passione: scribens ei ab vrbe roma.

¶ Incipit prologus Brunonis i epistolam secundā ad Timotheū.

Premissa epistola a roma missa dicit̄ eē timotheo a paulo. Q: si primā cōstat: quia et a roma hāc secundam misit. Postq̄ enī paul⁹ romā venit: inde non discessit donec pro xp̄o martyrium sustinuit. Hanc iterum paulus cū esset rome in vinculis timotheo rescripsit. Audierat quidē de eo multa bona: sed tamen aliquantulum remissum: ⁊ timore passionū et mortis / non (sicut deberet) predicationi instantem: quare i hac epistola agit ad eum de passionibus ⁊ morte: pretendens passiones suas illi cum passionibus christi ⁊ morte: ostendens quantus fructus de passionibus his proueniat: easq̄ multis modis commēdat ei. Eo fine vt sic exhortatus parat⁹ sit pati et mori pro christo: et quasi morti vltro se ingerens omni instantia predicet verbum dei.

¶ Capitulum primum.

Paul⁹ apostolus iesu christi per volūtatem dei s̄m p̄missionē vite q̄ est i christo iesu. Timotheo charissimo filio gratia et misericordia et pax a deo patre et christo iesu domino nostro. Gratias ago deo meo Ro. j. a. cui seruio a progenitoribus meis i cōscientia pura†: q̄ sine itermissio † Ar. bona. ne habeam tui memoriā in orationibus meis: nocte ac die desiderās te videre: memor lachrymarū tuarum vt gaudio implear. Recordationem accipiens eius fidei que ē in te non ficta: que et habitauit primum in auia tua loide: ⁊ matre tua eutice: certus sum autem q̄ ⁊ in te. Propter quam causam admoneo te: vt resuscites gratiam dei que est in te per impositionem manuū mearum. Non enim dedit nobis de⁹ spiritum timoris: sed virtutis et dilectionis / ⁊ sobrietatis. Noli itaq̄ erubescere testimoniū domini nostri: neq̄ me vinctum eius: sed collabora euangelio s̄m virtutem dei: q̄ nos liberauit et vocauit vocatiōe sua sancta: non s̄m opera nostra: s₃ s̄m propositum suum et gratiam q̄

data est nobis in christo iesu ante tẽpora secularia. Manifestata est autem nũc per illuminationem sal uatoris nostri iesu christi:q̃ destru xit quidem mortem:illumiauit au tem vitam et incorruptionem per euangelium:in quo posit⁹sum ego predicator et apostolus ⁊ magister gentium. Ob quam causam etiam hec patior:sed non ꝯfundor. Scio enim cui credidi:et cert⁹ sum quia potens est depositum meum serua re in illum diem. Formã habe † sa norum verborum que a me audisti in fide et in dilectione in christo ie su. Bonum depositum custodi:per spiritum sanctum qui habitat i no bis. Scis eni ħ ꝙ auersi sunt a me omnes qui in asia sunt:ex quib⁹est philetus et hermogenes. Det mi sericordiam dominus onesifori do mui:quia sepe me refrigerauit:⁊ ca thenam meam non erubuit:sed cũ romam venisset sollicite me q̃siuit et inuenit. Det illi dominus inue nire misericordiam a dño i illa die: et quanta ephesi ministrauit mihi tu melius nosti.

† Vl's habens.

Expositio capituli primi:

Paulus ⁊c. Paulus apostolus christi iesu per volũtatem dei sicut in precedenti expositum est. Apostolus dico ẜm promis sionẽ vite. Promissa est vtiq; vita legiti me certantibus:quam promissionem be ne sequor legitime certãs. Tu vero ani matus sequere mecum promissionem vi te:non presentis /sed eius vite que est in christo iesu.i.eterne. Si eni legitime cer tamus:vitam eternam vtiq; habebimus Paulus scribit hec timotheo karissimo filio:sint tibi gratia:misericordia et pax a deo patre ⁊ christo iesu domino nostro sicut supra exposuimus. Hic in primis blanditur ei paulus vt sic meli⁹ inducat eum in id q̃d suadere nititur dicẽs. Gra tias ago deo cui ego seruio e doct⁹ a pge nitoribus meis:id est ab abraam isaac ⁊ iacob. Hic enim paulus de tribu benia min. Seruio dico in pura cõsciencia:in nullo enim cõsciencia mea carpit me:sic et tu puram habe conscientiam:⁊ sic fu re poteris commissam tibi gratiam. De hoc vtiq; gratias ago ꝙ habeam memo riam tui sine intermissione in orationib⁹ meis.i.quia deus te talem fecit cui⁹ me velit ⁊ dignum sit semper esse memorem: ita ꝙ nec semel orare possum sine tui me moria nocte ac die:id est cõtinue deside rans videre te. Si enim te viderem non vtiq; me p̃sente formidares mortẽ. Ego dico memor tuarum lachrimarum quas effudisti:quia in pace te dimitterẽ ephe si: volens mecum trãsire et sustinere vi cula et mortes. Vide vt sicut me presẽte sic modo visa epistola mea vltro te inge ras passionib⁹ et morti. Ideo vtiq; te vi dere desidero/vt implear gaudio. Si ei presens essem /mortem vtiq; non formi dares: de quo plurimum gauderem. Ac cipiens etiam recordationem eius fidei que est in te non ficta.i.non inuẽticia/ vel non fragilis: que fides habitauit etiam primum in auia tua loide:⁊ in matre tua eutice. Et si in progenitricibus tuis et in muliebri sexu exemplum habes fidei quasi iam naturalis sit tibi: debes vtiq; per hoc plurimum feruere i fide. In ma tre et in auia tua fides fuit. Certus autẽ sum ꝙ etiam in te habitat fides: ſʒ vtinã ferueret. Propter quam causam:quia et fidem et exemplum fidei quasi naturale in te video:admoneo te vt gratiam dei que est in te per impositionem manuum mearum.(Cum enim te cõsecrarem epis copum per impositionem manuum mea rum gratiã spiritus sancti accepisti) Vo lo vtiq; vt illam gratiam aliquantulum in te sopitã resuscites.i.cuigiles:⁊ estuã te illa gratia in te gaudeas pati et mori ꝓ nomie christi. Memor illius:quia de⁹ dedit nobis spiritum sanctum:non spiri tum timoris sed virtutis.i.constantie:vt virtuose toleremus omnia /et spiritũ di lectionis dei. Dedit etiam spiritũ sobrie tatis.i.temperantie. Temperantia enim nutrit dilectionem:dilectio virtutẽ: vbi eni dilectio:ibi ꝑfecto nõ est timor. Per fecta enim charitas foras mittit timo rẽ. Vide ergo vt sicut socius mihi fuisti

Tempe rãtia nu trit dile ctionem j. Joan. iiij.d.

suscipiendi gratiam spiritus sancti: sic imitator sis passionum mearum. Et quando quidem spiritum virtutis et dilectionis mecum accepisti. Itaque noli erubescere testimoniũ domini nostri iesu christi. Quia si improperatur tibi q crucifixũ adores: cõfitere plane quia sic adoras. Neque etiã erubescas me vinctum eius. Quia si quis iterum improperat: ecce magister tuus in vinculis damnatus est: ne ideo verecunderis: sed collabora euangelio et predica mecum secundum virtutem dei. i. sequendo constãtiam quam dilectio dei nutrit: qui deus liberauit nos a iugo diaboli: et vocauit nos vocatiõe sua sctã. i. ad hoc vt essemus sancti. Et ad hanc sanctitatem non vocauit nos merito operum nostrorum: sed secundum propositum suum. i. secundum prouisionem suã qua nos misericorditer preuidit idoneos sibi futuros: et sicut vocatio / sic nec prouisio fuit ex aliquo merito: sed secundum gratiã que data est. i. que preordinata est nobis dari in christo iesu ante tempora secularia. i. ab eterno ante hec tempora nostra que voluuntur per secula. Olim promissa fuit hec gratia dari nobis. Nunc autẽ in tempore christi manifestata. i. impleta est sicut promissa fuerat per illuminationem saluatoris nostri iesu christi. i. per christum in lumine cognitionis nostre positum per assumptam sibi humanitatẽ. Ad quod forte diceret timotheus. Nolo mori / sed manere in hac illuminatione. Cõtra hoc paulus. Ne timeas mori: quia christus moriẽdo quidem destruxit mortẽ / et etiã destructa morte illuminauit: id est reuelauit et cognitam fecit vitam non transitoriam: sed incorruptionem: id est vitã incorruptibilem / in qua impassibiles et immortales erimus. Illuminauit dico per euangelium suum: in quo euangelio predicando ego positus a deo predicator et apostolus / et magister gentiũ: quẽ pro tot auctoritatibus iustum est vt non erubescas imitari. Ob quam causã. i. quia hoc euangeliũ docui gentes: passus sum multa. Hec etiam vincula nũc patior: sed tamen non confundor. i. non erubesco: sed gaudeo pati pro christo / sic et tu ne erubescas. Ideo patiẽs nõ confundor: quia scio cui credidi. i. in quo fidem habui: scilicet in deo. Vel ita. Scio cui credidi. i. cui cõmisi passiões meas et opera: et certus sum de mercede eorum: quia ille cui commisi

Mors timẽda non est.

potens est depositum. i. commissum meum seruare vsque in illum diem remunerationis omnium. Et quia vides q deus custodit quod penes eum deponitur: tu igitur exemplo illius custodi depositum i. episcopalem gratiam tibi commissam. Hoc enim depositum bonum: id est vtile est si custodiatur. Neque hoc viribus tuis custodire te posse opineris: sed per coadiuuantẽ spiritum sanctum qui habitat in nobis. Vtque depositum bene custodias: esto habens formam sanorum verborum que a me audisti. i. adeo expresse conformare mihi q videaris esse paulus. Formam meam vtique habe in fide conseruãda et in dilectione habenda: que fides et dilectio sunt in christo iesu. Plurimum autem necesse est vt tu depositum custodias: eo q auersi sunt a me omnes discipuli qui me relicto sunt in asia: et hoc idem tu bene scis: ex quibus est figelus et hermogenes. Hos ideo determinat sibi ex nomine: ne si venirẽt ad eum putans adhuc eos fideles facilius possent suadere sibi et quasi ex parte pauli fallere: ephesus enim in asia erat. Hij auersi sũt a me sed onesiphorus permansit: et ideo det dominus non soli: sed etiam domui onesiphori misericordiam. i. retributionem misericordie quam mihi fecit: quia sepe refrigerauit me: et in fide consolando: et necessaria ministrando: et non erubuit cathenam meã. Vide ne et tu erubescas: sed amplectaris. Non vtique erubuit: sed cum venisset romã sollicite quesiuit me: et quesitum inuenit. Et quia me inuenit det illi dominus pater inuenire misericordiã i. fructum huius misericordie a deo: id est a christo iudice in illa die iudicij. Rome in vinculis sic ministrauit. Quãta etiam ephesi ministrauit tu nosti melius quam hec que modo ministrauit. Vel melius quam alij discipuli.

Capitulum secundum.

Tu ergo fili mi confortare in gratia que est in christo iesu: et que audisti a me per multos testes hec commẽda fidelibus hominibus: qui idonei erunt et alios

docere. Labora sicut bonꝰ miles
(Ne cle. vel mo. ca.j.) christi iesu. Nemo militās deo im
plicat se negocijs secularibꝰ / vt ei
placeat cui se probauit. Nam et qui
certat i agone non coronabitur nisi
(xiij.q.j. §.diuina) q legitime certauerit. Laborantē
agricolam oportet primum de fru-
(† Ar.p-cipere.) ctibus accipere†. Intellige que di
co: dabit enim tibi dominꝰ in om-
(De cōs. di.iiij.cū itē.) nibus intellectū. Memor esto do-
minum iesum christum resurrexis-
se a mortuis ex semine dauid sm
euangelium eū in quo laboro vsqȝ
ad vincula quasi male operās: sed
verbum dei non est alligatum. Jō
omnia sustineo propter electos: vt
et ipsi salutem consequantur que ē
in christo iesu cum gloria celesti. Fi
delis sermo. Nam si commortui su
mus et conuiuemus: si sustinemus
et conregnabimus: si negauerimꝰ
et ille negabit nos: si non credimꝰ
ille fidelis pmanet: negare seipm
(† Ar.cō moneo.) non potest. Hec commone † testi-
ficans coram deo. Noli contende-
re verbis: ad nihil enim vtile est ni
si ad subuersionē audientiū. Solli
cite autem cura teipsum probabilē
exhibere deo operarium inconfu-
sibilem: recte tractantem verbū ve
ritatis. Prophana autem et vani-
loquia deuita. Multum enim pro
ficiunt ad impietatem: et sermo eo-
rum vt cancer serpit. Ex quibus est
hymeneus et philetus: qui a veri-
tate exciderūt: dicētes resurrectio-
nem esse iam factam: et subuertest
quorundam fidem. Sed firmum
fundamentum dei stat habens si-
(De pen. di.ij. firmum.) gnaculum hoc. Cognouit dominꝰ
qui sunt eius: et discedit ab iniqui
(† Ar.nominat.) tate omnis qui inuocat† nomē do-
mini. Jn magna autem domo non
solum sunt vasa aurea et argentea (xxiij.q.iiij.q̄sm carnem.)
sed et lignea et fictilia: et quedam
quidem in honorem: quedam autē (xxiij.q.j.q̄ū.)
in cōtumeliam. Si quis ergo emū
dauerit se ab istis: erit vas in hono
rem sanctificatum: et vtile domino
ad omne opus bonum paratū. Ju-
uenilia aūt desideria fuge. Secta-
re vero iusticiam / fidem / spē / cha-
ritatem / et pacem cum his qui inuo
cāt dominū† de corde puro. Stul († Ar.nomē dñi.)
tas autem et sine disciplina questi (Titum iij.c.)
ones deuita: sciens qȝ generant li- (ij.q.vij. sicut sacerdotes)
tes. Seruū autē domini non opor
tet litigare: sed mansuetum esse ad
omnes: docibilem / patientem / cū
modestia corripientem eos qui re-
sistunt veritati: neqn̄ det illis deus
penitentiam ad cognoscendam ve-
ritatem: et resipiscant a diaboli la-
queis: a quo captiui tenenť ad ipsi
us voluntatem.

Expositio Ca.ij.

Qvia propter auersionem quo-
rundam magis necessariꝰ es:
qz etiā exēplo perseuerātiū de
fortitudie admoneris: ergo tu
fili mi timothee confortare.i. fortis esto
non paueas. Confortare inqȝ in gratia q̄
est in christo iesu.i. in pontificali doctri-
na: cuius gratiam contulit tibi deꝰ. Vel
confortare in gratia.i. in remissione pec-
catorum / et vita eterna predicāda. Hec
enim est gratia que est per iesum christū.
Vtqȝ confortatus magis proficias: hec
que tibi docenda commendo / commēda
et tu fidelibus.i. constitue sub te predica (Predicatorū qlitates)
tores qui tecum predicēt populo dei: hi
aūt sint sane fidei: cūqȝ sint fideles / opor
tet esse tales qui erunt idonei et scientia
et gratia eloquentie docere alios sibi cō
missos. Talibus inqȝ commenda hec q̄
tu audisti a me.i. que ego docui te appro
bando ea per multos testes.i. per multa
testimonia legis et prophetarū. Qd̄ eni
te de fide christi docui: totum in lege et p-
phetis presignatum ostendi. Ne forte ti-
motheꝰ putaret se modo posse quiescere

constitutis sub se predicatoribus. Con-
tra hoc ait paulus. Licet quosdā vt do-
ceant alios prefeceris: ne tamen ideo tu
torpeas: sed labora sicut miles xp̄i iesu:
i. memor esto te militare in castris christi
Labor aūt congruit militanti non ociū.
Labora sicut miles bonꝰ. i. vtilis. Quo-
modo bonus determinat in sequentibus
dicēs. Si miles bonꝰ fueris: secularibꝰ
negocijs nō iplicabis te. Nemo eni mili
tans deo implicat se secularibus negoci-
is. i. non intēdit discussiōibꝰ secularium
causarum: sed spiritualium. Habet enim
mundus seculares iudices qui iudicant
de temporalibꝰ. Episcopi autem vacare
debent doctrinis spiritalibus. Vel ita
Militans deo non se implicat negocijs
secularibus / vt in predicatione sua nego
cietur et vendat eam: requirens ideo pre
cium ab auditoribꝰ. Ideo militans deo
se non implicat his vt placeat ei deo cui
bene viuendo bonam existimatiōem de
se prebendo: per anteactam vitam p̄ba-
uit se placiturum. Probat ab eo qd̄ mi-
nus est q̄ militans deo non iplicat se mū
danis / vt sic placeat deo. Nā etiā (qd̄ mi
nus est) ille qui certat in agone. i. in certa
mine aliquo / vt in palestra vel in stadio:
hic nisi certauerit legitime. i. s̄m legem
eius certaminis: non coronatur. i. nō ac-
cipit laudem vel brauium. ¶ Ne mō opi
naretur timotheus: quia interdixerat ei
negocia secularia nihil in temporalibus
accipiendum esse a subditis. Ait paulus
Licet interdicam tibi secularia negocia:
tamen volo te accipere de fructu predi-
cationis temporalia. Te enim laboran-
tem in cultura dominici agri: oportet ac
cipere de fructibus illius agri. i. tempo-
ralia que ager. i. populus dare pōt. Acci
piat inq̄ primū de fructu qd̄ sibi suffici-
at: et si superabundat: secundario accipi
ant pauperes. Vl' primum. i. multum in
de accipiat: q2 res quam ministrat pluri-
mum digna est. Accipere autem de predi
catione quod sufficiat / nō est negocium
seculare. Vel ita iungamus. Dico nō im
plices te secularibꝰ / nec necesse tibi est:
quia de fructibus predicationis in q̄ la-
boras: accipies que opportuna fuerit ti
bi. Or equipollenter ait. Ne forte timo-
theus absurdum iudicaret viuere de p̄-
dicatione: quia paulus non ita: s3 de ma-
nuum labore viueret. Ait paulus. Ea q̄
dico. i. te de fructu predicationis oppor
tuna accipere: intellige causam quare
nō accipiam qd̄ iubeam te accipere. Hu-
ius rei causam dicūt esse sancti / q̄ quia
timotheus infirmus erat: et si laboraret
manibus / predicationi nō posset insiste
re: paulus autem fortis et laboriosꝰ erat
ad vtrumq̄ sufficiens: ideo ipse nihil ac-
cipiebat: et ideo accipere timotheum vo
lebat. Poteris vtiq̄ causam hanc intel-
ligere: quia dominus dabit tibi ītellectū
et in hac re: et in omnibꝰ. More boni mi-
litis labora sicut p̄monui. Et vt ita labo
res: memor esto resurrectionis christi: et
te cū eo (si bene laboraueris) resurrectu
rum. Spem inq̄ habens resurgendi me
mor esto christū iesum resurrexisse a mor
tuis. Solus christus a mortuis resurre-
xit: quia postea nec actum mortalitatis
habuit / nec mori potuit: sed lazarus et q̄-
cunq̄ resuscitati: mortem iterū passi sūt
¶ Diceret fortassis timotheus: q2 deus
fuit et potuit resurgere. Contra hoc pau
lus. Resurrexisse dico iesū ex semine da
uid. i. s̄m q̄ homo fuit: q2 s̄m carnem so-
lū filius dauid fuit. Resurrexit vtiq̄ s̄m
euangelium meum. i. s̄m qd̄ ego predico
cui credendū est: q2 apostolus a deo mis-
sus sum. Vel ita. Ex semine dauid fuit
xp̄s s̄m euangelium meum: in quo quia
resurrexit predicando: ego laboro vsq̄
ad vincula. Propterea enim q2 sic predi
co: in vinculis positus constringor qua-
si male operans. i. quasi deprehensus in
aliquo crimīe. Quasi diceret. et penā pa
tior: et (qd̄ amplius grauat) opprobria.
Si enim putarēt me pati pro iusticia: so
latio mihi fieret. Et ego quidem in vin-
culis teneor: sed verbum dei non est alli
gatum: quia etiam ī vīculis predico. Vi
de igitur ne et in te timor alliget v̄bum
dei. Memor eē debes christum surrexis-
se: q2 ideo q̄ memor sum. s. resurrectiōis
illius: credo me sic resurrecturum p̄ cū.
Sustineo omnia vīcula et opprobria. Di
ceret aliquis. Etiam si hoc non sustine-
res: mūdicia vite et fides sana sufficeret
Contra hoc ait. Sustineo vtiq̄ propter
electos dei saluādos: vt et ipsi preelecti
a deo consequātur salutem. i. iustificatio
nem a peccatis in presenti: que salus est
in christo iesu. Consequantur inq̄ hanc
salutem cū celesti gloria: quia per remis
sionem peccatorum que hic fit: perueniē

Labor nō ociū congruit militāti

Predicatio nō est vēdēda.

Christus solus a mortuis resurrexit.

ad eternam gloriam. Hic aūt sermo quē
dixi: laborandum scilicet esse spe resur-
rectionis: fidelis est et bñ credibilis. Fi
delis est vtiq; et bene credibile: q; si legi-
time laboras: resurges quemadmodum
christ⁹. Nam si sumus commortui dere
linquentes actus veteris hominis adē:
conuiuemus etiam cum ipso facti ipassi
biles et immortales vt ille. Christ⁹ vtiq;
q̄diu in mundo conuersatus est: act⁹ om
nes veter[hominis (preter peccatū) ha
buit. Esuriuit enim / sitiuit / fatigat⁹ ē:
vt qui hōc mortalis et passibilis erat. Sȝ
postq; mortem pro omnibus ptulit: neq;
manum: neq; pedem / ad actus veter[ho
minis extendit: factus impassibilis ꝛ im-
mortalis. Si vero nos commorimur ei
in baptismo quod in cruce ad iustifica-
tionem hominum cōsecrauit / effundēs
aquā de latere suo / vt iustificati per ba-
ptismū vlterius ad actus veteris homi-
nis: id est ad miserias peccati sensus no-
stros non extenderimus: conuiuemus il
li: facti secū impassibiles ꝛ immortales.
Si vō huius mortis participes nō fue-
rimus: nec vite eius participabimur. Si
solummodo commorimur ei: viuemus
cū eo. Si vero (quod maius est) sustine-
bim⁹ / vt martyres / quibus mori in pec-
catis non satis fuit: sȝ pro iusticia volue
runt pati. Nos vtiq; quia sustinebimus:
conregnabimus. i. non solum viuemus:
sed etiam palma ꝛ quidam triumph⁹ fiet
nobis pro dignitate martyrij. Licet om
nibus esse cum christo sufficiat: tamē in
illa beatitudine discretiones sunt digni
tatum. Vere si commorimur / cōuiuem⁹:
quia si negauerimus deum male agēdo:
ille etiam negabit nos vitam eternam nō
Negare dei qd ē. tribuēdo. Negare enim dei est bona eter
na nō tribuere. ¶ Diceret fortassis timo
the⁹. Incredibile videtur q; de⁹ pp̄ter
peccatum abneget eum qui fidem ei⁹ cō-
fessus sit. Contra hoc paulus. Si nō cre
dimus q; negantem se sit negaturus de⁹
Ille tamen permanet fidelis. i. verax et
Luce ix.d. credibilis qui ait. Qui erubuerit me co-
ram hominibus: ego erubescam cum co-
rā patre meo. Sic autem permanet fide-
lis / q; impossibile est cum non veracem
esse. Non enim potest negare seipsum. i.
se eē deum: si enim mentiretur / vtiq; de⁹
non esset. Hoc scilicet vt commoriaris
christo: et sic doceas alios spe conuiuen

di sibi / commoneo te: testificās hoc tibi
coram deo: ne amplius requirat de⁹ san
guinem timothei de manu pauli. Et licet
te tanta districtione commoneam: tamē
noli contendere verbis immoderate do-
cendo quod doceo. Vel ita. Hoc. i. com-
moriendum esse christo spe conuiuendi:
commone alios / testificās hec eis corā
deo: ne sanguis eorum de manu tua req-
ratur. Et in commonēdo noli contende-
re verbis / ad nihil enim vtile est litigare Litigare ad qd vtile est
nisi ad subuersionem audientium. Si ei
insipiētes audiūt quoslibet litigare: eos
qui magis clamosi sunt putant iustiorē
causam habere. Stultorū est enim stult[
adherere. Si vero neuter litigātiū cla-
more superauerit: dubitāt simplices cui
magis adherendū sit. Noli ꝯtendere / sȝ
sollicite cura exhibere teipsū totū: ꝛ cor
pore et animo probabilem. i. laudabilem
deo. Vt autem sis probabilis: opȝ te cē
operarium inconfusibilem: q; non erubes
cas predicare crucē christi ꝛ cetera. Et
recte. i. sine cōtentione cum omni mode-
stia tractantem verbum veritatis. Vt au
tem recte queas tractare verbū dei: de-
uita prophana. i. illa penitus abhominā
da. Deuita etiam inaniloquia. i. que si nō
ita prophana sunt: inutilia tamen sunt.
Deuita ideo / quia hec inania verba mul
tum proficient ad impietatem persuadē-
dam: et sermo eorum inania loquentium
serpit paulatim vt cācer / qui morb⁹ pau Cancer morbus tandē occidit.
lulum carnis primum occupat: sed pau-
latim magis ac magis augmentatur do
nec occidat. Et sic heretici pa⁹ callide
inducunt quod nec prodesse / nec nocere
videatur: et dehinc alternādo ratiōes /
sensim i maximam heresim excrescit do-
ctrina eorum. Ex quibus vaniloquijs ē
himeneus ꝛ filetus / qui exciderunt a ve
ritate fidei. Desiniat q̄ sit heresis eoꝝ: vt
si forte venerint ad timotheum precaue-
at sibi: dicentes resurrectionem iam esse
factam: vel in his qui cum xp̄o surrexe-
runt / vel in baptismo in quo a morte pec Xp̄i sepultura ꝛ ip̄i⁹ resurrectio in baptismo significat
cati ad vitam virtutū resurgimus. Illa
eni trina immersio sepulturā xp̄i ad triū
dieꝝ: eleuatio vero resurrectionem xp̄i
significat. Et sic dicētes subuertūt fidē
quorūdam. Sed licet illi subuertant: ta-
men fundamentum dei. i. in quibus fides
bene fundata est: et qui econuerso in fi-
de per deum fundati sunt. Hoc in q; fun-

damentū est firmum habens signaculū. Hoc dictū est a similitudine strēnui ducis: qui signū dat militibus suis quo discreti fiant ab alijs. Sic de⁹ signat suos vt viso signo diabolus ptereat eos/sciens nihil sibi esse cū illis. Signū autem hoc est. Cognouit dñs qui sūt eius. hoc paulus ex parte sua ponit: significās electionē dei in iustis dicēs. Dñs cognouit ab eterno qui futuri sūt eius. Hoc autē sequēs esaiam ait: agens de potestate liberi arbitrij dicens. Discedat oīs homo qui potēs est per libertatē arbitrij: ⁊ qui inuocat nomē dñi fide ⁊ opere ab iniquitate. Diuia electiōe ⁊ libero arbitrio qd per bona opa occurrit diuine electioni. His duobus signati sunt qui in iusticia sunt permansuri. Deus eni sic vnūquēq electū preuidit futurū bonū: vt et opera bona simul in eo puideret. Quicūq autem electione dei ⁊ bonis operibus liberi arbitrij signātur: dei fiunt. Nec tamen ideo mireris si in domo dei hoc fit vt quidam a fide recedant: alij in fide perseuerent: qꝛ etiā in qualibet magna domo nō solum sunt vasa aurea ⁊ argētea: sicut in domo dei quidā sunt pfectiores: alij per fecti sub illis. sed etiā sunt in eadē domo lignea vasa ⁊ fictilia: sicut in domo dei qdam mali/alij deteriores. Et quedā quidem coꝝ vasoꝝ sunt in honorē in quib⁹ potiones bone recōduntur. Quedā autē sunt in contumeliā: vt ad recipiendū vrinam ⁊ huiusmodi: tamen sicut honorabiliora vasa in domo sunt necessaria: eodē modo vasa cōtumeliosa. Sic in ecclesia dei mali ⁊ boni vtriq modo suo necessarij sunt. Si eni mali non essent: non esset meritū bonoꝝ. Si eni nō sit persecutio: vbi patientia bonoꝝ? Quoniā quidē vasa aut in honorē sunt/aut in cōtumeliā: et nihil ibi mediū est: ergo si quis mūdauerit se ab istis. i. si quis nō fuerit vas in cōtumeliā: erit vas in honorē deo. Vas dico sanctificatū. i. iustificatū a peccatis et etiā vtile dño: quia paratū est ad omē opus bonū faciēdū. Prophana deuita: nec hoc solum: sed etiā fuge desideria iuuenilia. i. que lubrica iuuentus instimulat. Hec fuge: sectare ⁊ iusticiā. i. equitatē ad omēs. Fidē in deum: castitatem carnis ⁊ animi. Pacē. i. cōcordiā habeto cū his qui de puro corde inuocant dominum. Nec solum iuuenilia fugias: sed

Diabol⁹ preterit signatos a deo.

☞ Patientia non esset: si nō esset psecutio

etiā deuita questiones stultas in quibus nec scientia est/nec esse videtur. Deuita etiā eas que licet non ita stulte sint: sunt tamē sine fructu christiane discipline: vt dialectice questiones: sciens hoc ꝙ que sunt huiusmodi: generāt lites. Seruum autē dñi (qd tu es/⁊ esse debes) nō oportet litigare: sed oportet esse māsuetum. i. in omnibus moderatū ⁊ ad oēs: sed docibilē. i. cū habilitate docentē alios. patiētem etiā quecūq inferātur ei: ⁊ corripiētem cū modestia eos qui resistunt veritati non cū litigio: ideo sic corripiētem ne quādo. i. vt aliqñ det deus illis penitentiā. Fortassis eni aliquādo se male egisse penitebunt: veniēdo sic ad cognoscendam veritatē fidei: ⁊ agnita fidei veritate resipiscāt a laqueis diaboli. i. a peccatis qbus diabolus illaqueauerat eos: a quo diabolo tenentur captiui quādiu in peccatis sunt. Tenentur inq ad exequēdam ipsius diaboli voluntatem.

Capitulum. iij.

Hoc autē scito: ꝙ in nouissimis diebus instabūt tēpora periculosa: ⁊ erunt homines seipsos amātes/cupidi/elati/superbi/blasphemi/parētib⁹ nō obediētes/igrati/scelesti: sine affectione/sine pace/criminatores/incōtinētes/immites/sine benignitate/pditores/proterui†/ceci/tumidi: voluptatū amatores magis ꝙ dei. habentes specie quidem pietatis: virtutē† autē eius abnegātes. Et hos deuita. Ex his eni sunt qui penetrant domos ⁊ captiuas ducunt mulierculas oneratas pctis/que ducunt varijs desiderijs: semp discentes: ⁊ nunꝙ ad scientiā veritatis peruenientes. Quēadmodū autem iamnes et mābres restiterunt moysi: ita ⁊ hi resistūt veritati/homines corrupti mente/reprobi circa fidē: sed vltra non pficient. Insi

i. Ti. iiij. a. ij. Pet. ij. a. Jude. f.

† al'. praces. De cōse. dist. iiij. Quis. De hec f. excōicamus.

† al'. veritatē.

Exod. vij. a. xxvj. q. v. nec mirum.

pientia enim eorum manifesta erit
oībus:sicut ⁊ illorum fuit. Tu au=
tē assecutus es meā doctrinā/insti=
tutionē/ppositū/fidem/lōganimi
tatē/dilectionē/patientiā/persecu=
tiones/passiones: qualia mihi fa=
cta sunt antiochie/iconij listris. q̄=
les persecutiones sustinui: ⁊ ex oi=
vij. q.j. bus eripuit me dn̄s. Et om̄es qui
suggestum. pie volunt viuere in xp̄o iesu:perse
cutionē patient. Mali autē hoīes
et seductores proficiūt in peius:er
rantes/⁊ in errorē mittētes. Tu ve
ro permane in his que didicisti/et
credita sunt tibi:sciens a quo didi=
ceris: et q2 ab infantia sacras litte=
ras nosti:que te possūt instruere ad
salutē per fidem que est in xp̄o iesu
ij. Pet ij.d. Ōis eni scriptura diuinitus inspi=
rata vtilis est ad docendum/ad ar=
guendū/ad corripiendū/ad erudiē
dum ī iusticia:vt pfectus sit homo
dei ad om̄e opus bonū instructus.

Expositio capituli.iij.

DEuita stultas questiones: de=
uita etiam hoīes habētes spe=
ciem pietatis ⁊c̄. Sed priusq̄
hoc ponat p̄mittit causas qua
re tales deuitandi sint dicēs. Non solū
qđ premissum est faciendū esse scias: sed
etiā hoc scito q̄ in nouissimis dieꝰ.i.cir
ca finem mūdi: instabunt tēpora pericu=
losa.i.in tēpore illo instabunt docēdo et
eos qui non cōsentiēt affligendo pericu
losi doctores:qui credētes sibi in multa
demergēt pericula:⁊ tunc in tēporibꝰ il=
lis erūt hoīes amātes seipsos.i.carnali=
tati sue morē gerētes his modis. Erūt
enim cupidi.i.amatores pecunie. Erūt
etiā elati.i. alijs se supponere cupientes
Erūt supbi.i.in adeptis honoribꝰ illici=
te gloriātes. Erūt etiā blasphemi cōtra
deū ⁊ doctrinā eiꝰ. Erūt etiā nō obediē=
tes parētibus seu carnalibꝰ(qđ nephas
est)seu spiritalibꝰ vt ep̄is ⁊ pbr̄is. Erūt
ingrati: q2 si quis bona docuerit eos vn
de grati esse debuerāt:molesti erunt do=
ctoribus suis. Erūt etiā scelesti:homici
dia ⁊ hmōi scelera patrātes. Erunt sine
affectiōe piam volūtatē non habētes ad
p̄ximū:etiam si nihil dare queūt. Erunt
sine pace.i.sine cōcordia:sed semp in liti
gio. Erūt criminatores.i.iustis crimina
imponētes:cum ipsi sint incōtinētes:sed
passim ruūt ad q̄cunq̄ scelera. Erūt imi
tes.i.sine oī māsuetudīe crudeles. Et si=
ne benignitate.i.sine largitate nō erogā=
tes sua indigētibꝰ. Erunt etiā pditores
tradētes iustos ad mortē. Erunt etiā p=
terui.i.de maledict[is] inuerecūdi: ⁊ etiā si
rep̄hēdunt inde ipatiētes. Erūt etiā tu=
midi.i.inflati aīo: etiā si nec honorē nec
spem honoris habeant: et hi tales erunt
amatores voluptatū.i.totiꝰ luxurie ma=
gis q̄ dei: quē in nullo vident diligere.
De his aūt subtiliter cauēdū est tibi. Hi
eni sunt habētes spem pietatis.i.simulā=
tes se religiosos:⁊ virtutē eiꝰ pietatis.i.
dilectionē que virtꝰ est totiꝰ religionis.
Valida eni est sicut mors dilectio. Vel Dilectio valida ē sicut mors
virtutē.i. veritatē religionis ope abne=
gātes/⁊ hos tales deuita. Diceret timo
theꝰ. Quare de his p̄munis me q̄ futuri
sūt circa finē mūdi: Ideo ait paulꝰ.hos
deuita:q2 ex his futur[i] i nouissimis die=
bus sūt illi q̄ penetrāt domos ⁊c̄. No
tādū est q2 ex quo cepit mūdus: habuit ī
co deꝰ regnū suū/⁊ diabolꝰ suū. In abel Diabolꝰ
eni deꝰ: ⁊ i chaim diabolꝰ regnare cepit. a principio re=
Deꝰ autē regnū suū assumēdo carnē:⁊ q̄ gnū suū
secuta sūt operādo ꝯsūmauit regnū suū sicut deꝰ
remittēdo pctā ⁊c̄. qūo cōsūmari potuit habuit.
in p̄senti: qđ regnū ad plenū cōsūmabit ī
futuro dādo vitā eternā. Sicut autē deꝰ
in bono:sic diabolꝰ in pfectione iniq̄tat[is]
ꝯsūmaturus est regnū suū circa finē mū
di p ātichristū. Et sicut patriarchas ⁊ p=
phetas aduētū xp̄i deꝰ p̄cedere voluit:
sic m[u]lta mēbra antichristi p̄cedēt caput
suū.i.antichristū. Cōtra cuiꝰ mēbra pau
lus instruit timotheū dicēs. Ex his q̄s
descripsi sunt pseudo doctores qui pene
trāt domos: nō audētes docere in plate
is/ne doctrina eoꝝ pareat ī audiētia bo=
noꝝ:sed vt liberiꝰ seducāt p̄uatim in do=
mibꝰ docēt:⁊ sic mulierculas(q̄ quolibꝫ
vēto doctrine leuiter fallūtur)ducūt se
ductas quolibet inductu illo factas ca=
ptiuas:q2 captiuate sūt a deo: ⁊ date sūt
sub iure diaboli. Vel ad cumulū impro=
perij sicut feminas:sic ⁊ viros vocat mu
lierculas.i.molles oī vēto doctrine cedē

tes: vt audito noie improperij sui citius erubescāt ⁊ cōuertant ad dn̄m. Mulierculas dico oneratas pctis dum seducte sunt diabolo: q̄ mulieres ducūtur varijs desiderijs: qꝛ semꝑ discētes / ⁊ nunq̄ꝫ peruenientes ad scientiā veritatis: i. semꝑ laborātes: ⁊ nunq̄ꝫ ad ꝑfectionē venientes. Et isti tales nō tm̄ in domibꝰ priuate docēt: sed etiā hi hoīes resistunt veritati in aperto: quēadmodū iamnes ⁊ mambres duo frēs magi in egypto restiterūt moysi corā pharaone: faciēdo q̄dā ꝑ incātatiōes suas q̄ moyses faciebat: nec tn̄ oia. Hi hoīes dico corrupti mente. i. deprauati itellectu ⁊ opere: ⁊ circa fidē cūtes. Ad quā qꝛ nō ingrediunt̄: reprobati sūt a deo. ❡ Hic modo his p̄dictꝭ deterret timotheꝰ consolat̄ cū paulus dicēs. Tales quidē futuri sunt: sed ne timeas qꝛ vltra nō ꝓficient. Ideo qꝛ insipiētia illoꝝ sicut iamne ⁊ mambre ad vltimū manifesta erit. Illi non vltra ꝓficient: tu autē q̄si diceret ꝓficere debes ⁊ potes. Tu eni † assecutus es meā doctrinā in scientia: et meā institutionē in dispositiōe vite ⁊ in moribꝰ: et meū ꝓpositū / quia sicuti vitā eternā finem laboris mei ꝓposui: ita ⁊ tu assecutus es etiā fidē: qꝛ sane credis vt ego: ⁊ longanimitatē in spe: qꝛ paratꝰ es q̄ꝫdiu deo placebit mecum sustinere. Habes etiā dilectionē dei ⁊ ꝓximi: ⁊ patientiā. i. ipsā virtutē: etiā si nihil operari necesse sit. et actus illius patientie: scꝫ ꝑsecutiones de loco ad locū: ⁊ passiōes tormētoꝝ. Nosti etiā qualia facta sūt mihi antiochie / hiconio / listrꝭ / ⁊ p̄ter hec: quales ꝑsecutiones ego sustinui in multis locis. Sed q̄d inde timēdū? Ex oibꝰ enim eruit me dn̄s: ⁊ sic eruet te de his q̄ te pati ꝯtigerit. Incitari debes ad cōtinētiā exēplo meo et oim̄ religiosoꝝ. Oēs enim qui volūt pie. i. religiose viuere in xp̄o iesu patient̄ ꝑsecutionē: ⁊ ideo ne turberis si aliqua pateris. Pie viuētes patiētur: hoīes autē mali in se ⁊ seductores alioꝝ proficient quidē in mundanis † sed hoc totum erit illis in penis / ⁊ in dānationē. Ipsi dico errātes i se: ⁊ ideo mali mittētes etiā alios in errorem / ⁊ ideo seductores. Ipsi errabūt: tu vero ꝑmane in his preceptis q̄ didicisti a me: et in his q̄ credita sunt tibi. i. in pōtificali gr̄a: sciens ⁊ rememorans hec a quo ⁊ quāto doctore didiceris ista. Si eni recordaris mee auctoritatis: cōtēptui fiet tibi falsa doctrina. Et te inde meōrē esse volo: qꝛ tu nosti sacras lr̄as ab infantia traditus scholis a matre tua que fidelis fuit: q̄ oia possūt te instruere ad habēdā salutē eterne vite ad quā itur per fidē: que fides est in xp̄o iesu. Vere sacre littere possunt te instruere ad salutē: qꝛ ois scriptura inspirata diuinitꝰ. i. spiritualiter ſm deū intellecta: vtilis est ad docendū eos qui nesciunt: ⁊ ad arguendū. i. ad conuincendū eos qui fidei cōtradicunt: ⁊ ad corripiēdum peccantes: ⁊ se peccasse non abnegātes. Et ad erudiendū eos qui adhuc rudes sunt et simplices. Erudiēdū dico i iusticia. i. ad hoc vt iustificent̄ exuendo rudimēta infidelitatis. Sic inq̄ꝫ erudiat̄ vt quātū in doctore est: sit ille qui eruditur perfectus homo dei. Perfectꝰ ita vt sit instructus ad omne opus bonum faciendū.

In margin: Viuere vo'entes in xp̄o / ꝑsecutionē patientur. † Vel i' mundiciis.

❡ Capitulum. iiij.

Testificor corā deo et xp̄o iesu q̄ iudicaturꝰ est viuos ⁊ mortuos: ⁊ ꝑ aduētū ipsius: et regnū eius: Predica v̄bū. Insta opportune. Importune: Argue Obsecra Increpa in oī patiētia et doctrina. Erit eni tp̄s cū sanam doctrinam nō sustinebunt: sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros pruriētes auribus: ⁊ a veritate quidē auditum auertēt: ad fabulas autē ꝯuertent̄. Tu vero vigila: In oibꝰ labora: Opus fac euāgeliste: Ministeriū tuū imple: Sobriꝰ esto. Ego eni iam delibor: et tēpus resolutionis mee instat. Bonū certamen certaui: cursum ꝯsūmaui: fidē seruaui. In reliquo reposita est mihi corona iusticie: quā reddet mihi dn̄s in illa die iustus iudex. Nō solum autē mihi: sed ⁊ his qui diligūt aduentū eiꝰ. Festina venire ad me cito. Demas eī me dereliq̄t diligēs hoc seculū / ⁊ abijt thessaloni

In margin: xliij. di. ca. i. si. — xlv. dist. ca. i. — xxvi. q. v. nec mirum.

cam:crescēs in galatiā:titus in dal
Coloss. iiij.b. maciā:lucas est mecū solus. Mar
cū assume et adduc tecū:est enī mi=
hi vtilis in ministerio. Tichicū au
tem misi ephesum. Penulā quā re
oꝑibꝰ nūciatū est nobis. Dixit enī scp̄tu-
ra vl̄ moyses in quodā loco de septīa die
sic Ideo nō determinās locū dicit ī quo
dā loco: qꝛ ⁊ hic locꝰ scripture satis notꝰ
erat illis: et qꝛ hic locus discretꝰ ⁊ egre-
giꝰ erat: vbi de saluatione ſmo habebat̃:

dignitate in𝔮 discretus ab illis: vbi de
tauro immolādo habetur sermo. Uel si
ibi non sit eni nihil oportet repetere: sed
dicamus opibus perfectis. Dixit i quo-
dam loco de die septima: sic illud ⁊ qđ se
quitur vim habet in ordine littere vnde
sumptū est: quasi diceret. Hoc et hoc fe-
cit deus: ⁊ his factis requieuit die septi
Deꝰ requieuisse dr̄ q̄ tn̄ laborē nō fatigat̄. ma. Non dicitur deus requieuisse quasi
qui labore aliquo vexaretur: sed vt per
hoc significaret requiem futurā ait. De-
us requieuit: id est cessauit ab omnibus
operibus suis ꝙ nihil postea operaturꝰ
sit: cuius materia vel similitudo in prio-
ri creatione nō precesserit. materia in re
bus corporeis: similitudo ī incorporeis
vt in aīabꝰ. Statim sexta feria facto ho-
mine sabbato requieuit: quasi per hoc di
ceret homini si obediēs mihi fueris: hec
eadē requies peracta obediētia parata
est tibi. Ubi ait. Requieuit die septima:
sic de requie nūciatum est vt ⁊ figura re-
quiei expectaret̄ scꝫ terra repromissiōis
Et veritas figure in diebus christi: ante
quē nemo verā habuit requiē. Sicut in
prefato loco: sic etiā in isto rursum nun-
ciatum est. Uel dicit scriptura de requie
illa: vbi ait rursum de eodē significat es-
se dictum. Sic in𝔮 nunciatū est: si introi
bunt in requiē meam. Ubi eni hoc dicen
do incredulis negabat requiē: significa
bat esse requiē fidelibus possidēdā. Hec
aūt scriptura inuenit̄ in dauid: q̄ iam de
figura scꝫ de terra illa promissionis non
poterat prophetare: quā filij israel iam
multo tēpore possederant. Et ita ſm da
uid nō de figura q̄ iam habebatur: sed de
veritate rei que ī xp̄o expectabat̄ hec ꝓ-
phetia erat. ſm moysen autē qui hoc idē
dicebat filijs israel ꝓphetia erat: ⁊ de fi
gura nondū habita: ⁊ de veritate in xp̄o
accipiēda. Premissis de eadem requie
duabꝰ nūciationibꝰ in figuris: subiūgit
tertiā ſm ipletionis veritatē dicēs. Qr
hoc ⁊ illo modo de req̄e illa nūciatū est:
ergo vt implerent̄ p̄dicta terminat iterū
agens de eadē requie. diem quēdā spūs
sctūs dicēdo hodie in dauid. Diē hūc di
cit quēdā. i. discretū ⁊ oībꝰ qui ante fue-
rūt p̄cellentē: qr in hoc die implet̄ salꝰ q̄
in anteactis diebꝰ nūciari tm̄ potuit nū𝔮
impleri. Dicendo hodie ī dauid post tm̄
tēporis. Multū eni tēpus preterierat a
iosue qui terrā ꝓmissionis iudeis distri-
buit / vs𝔮 ad diē dauid: vn̄ apparet da-
uid aliā requiē intellexisse futurā q̄ illā
terrā quā iā diu possederāt Dicēdo in𝔮
hodie sicut supra dictum est ibi. Hodie
si vocē eius audieritis nolite obdurare
corda vr̄a: qr sicut priores patres ꝓpter
incredulitatē etiā figurā ꝑdiderūt: sic et
vos (si icreduli fueritis) verā requiē nō
possidebitis. Post tm̄ tēporis ideo ter-
minat: qm̄ superest. i. restat adhuc quos-
dam itroire in illā requiē. Ideo etiā ait
nolite obdurare corda: qr hi q̄bus prio-
ribꝰ annūciatū est de requie ꝓpter incre
dulitatē suā: nec saltē introierūt in figu-
rā / nedū in ipsam veritatē. Uel ita manē
te eadē sentētia. Qr sic et sic pollicita est
requies illa: ergo vt impleant̄ ꝓmissa: su
perest quosdā introire in illā requiē. Et
qm̄ superest quosdā introire: ideo iterū
terminat quēdā diem post tm̄ tpis dicen
do hodie in dauid. Et qm̄ hi quibꝰ prio-
ribꝰ annūciatū est de requie illa ꝓpter ī
credulitatē nō introierūt in eā: ideo ho-
die si vocē eiꝰ audieritis nolite obdura
re corda vr̄a: sicut supra dictū est patri-
bus vestris. Uere superest quosdā intro-
ire in illā terrā: nā (sicut falso putat̄ a q̄
busdā) iesus. i. iosue nō p̄stitit eis illā re-
quiē. Si eni hic iesꝰ. i. iosue p̄stitisset eis
hāc requiē: nū𝔮 dauid loq̄ret̄ de alia re
quie lōge post iosue: dicēdo hac die. i. ho
die. Uel ita. Nū𝔮 dauid loq̄ret̄ de alia
die post hac. i. si intellexisset a iosue verā
requiē distributā esse. Assumat̄ ita. Sed
iesus iosue nō prestitit illis verā requiē.
Et qr ꝓmissa est ⁊ nōdum prestita / ita𝔮
hoc solū ex p̄missis relinquit̄ / scꝫ sabba
tismus pplo dei. Sabbatismus dicit̄ io- Sabbatismꝰ q̄d dicit̄.
cūditas: ⁊ illa delectatio q̄ fit in sabbato
significās iocūditatē veri sabbati. Et be
ne dico sabbatismus. nam q̄cun𝔮 ingres-
sus ē in requiē eiꝰ: siue abraā siue q̄libet
sctūs: īuenit hūc sabbatismū. Qr ita ait
Non solū xp̄s sed etiā ipse qui ingressus
est requieuit ab operibꝰ suis. i. ab omi la
bore: sicut ⁊ deꝰ quieuit a suis operibus
Quies eni dn̄i signū ⁊ causa fuit nr̄e q̄e- Quies dn̄i signū fuit nr̄e quietis.
tis. Deꝰ eni sexta die hominē fecit: sexta
etate redimere venit: sexta die et eiusdē
diei: sexta hora cū redemit quiescēs sab
bato in sepulchro: significās secū in eter
no sabbato quieturos. Et qr requies re-
linquit̄ populo dei: ⁊ quicū𝔮 ingrediēs
in illam sicut deꝰ ita requiescit: ergo be-

ne operando ⁊ sane credēdo festinemus
ingredi in illā requiē: ita festinemꝰ vt ne
quis nostrū incidat in idipsum exēplum
incredulitatis.i. in eandē incredulitatē
in quā patres nostri inciderunt. Nos di
co grauius nunc offendentes: qꝛ nos ha
bemus illos in exēplū cauēdi nobis: illi
sine precedēti exēplo ceciderunt. Festi-
nare nos oportet in requiē/⁊ non incide
re in incredulitatē: qꝛ sermo dei.i. verbū
Sapiē. xviij.c. patris iuxta illud. Omnipotēs sermo tu
us dñe a regalibꝰ sedibꝰ venit. Hic inq̄
sermo dei est viuꝰ.i. vitā habēs/suisq; vi
Sermonis diuini efficacia. tā ministrās. Cūq; sit viuꝰ est etiā efficax
.i. faciēs qđcūq; vult: remunerādo pios
dānando impios: ⁊ cū tātā habeat potē-
tiā/nō minorē habet sapiētiā. Est enī pe
netrabilior omī gladio.i. omī humano in
genio: ꝙ qꝛ occulta penetrat: dicitur gla
dius pforans interiora. Gladio dico an
cipiti: qꝛ sicut gladius anceps qui in me
dio tenet ante ⁊ retro percutit: sic huma
num ingeniū: ⁊ de sapiētia spiritali et de
sciētia humana intelligit. Sermo etiam
dei est ptingens vsq; ad diuisionē anime
ac spūs: qꝛ scit bene discernere que sint
anime.i. sensualitatis: et que sint spūs.i.
rationis. Discernit etiā ipsos actus sen-
sualitatis inter se ⁊ dispositiones: qꝛ ali
quādo sensualitas rationē secū trahit in
peccatū: modo bene operando consentit
spiritui. Scit etiā discernere ea q̄ sūt spi
ritus inter se/quō nunc repugnet sensua
litati qñq; consentiat: qñq; bene operari
secū cogat: ptingēs vsq; ad diuisionē cō
pagū. Uel (qđ idē valet) Discretor etiā
compagū anime ⁊ spūs: qꝛ scit seriem il-
lam quodā ordine cōpactam: nunc in sen
sualitate/nūc in spiritu: sicut qñ sensuali
tas desinit male agere: ⁊ dehinc bñ ope-
rando consentire spiritui: ⁊ sic gradatim
ascēdit etiā spūs: primū bene operari in-
cipit. dehinc ꝯtēplari illa celestia: a cele-
stibus transiēs figit oculū in ipsum deū.
Discretor etiā medullarū.i. omis subti-
litatis anime ⁊ spūs: qꝛ nulla subtilitas
eum latere potest. Discretor etiā omniū
cogitationū: qꝛ nouit quicquid homo co
gitat: nec solū cogitationū: sed etiam di-
scretor intentionū cordis: qꝛ nouit quic
quid per cogitatiōes intēdat. Et (vt sa-
pientiā eiꝰ breuiter cōprehēdā) nō est vl
la creatura inuisibilis.i. que nō appareat
in cōspectu eiꝰ qui tantꝰ est vt simul om
nia cōprehendat. Et cū sermo dei ita sit
efficax vt potētiā efficiendi quicquid ve
lit habeat: ⁊ cū adeo sit sapiēs: bene ⁊ po
terit/⁊ sciet: quid vnicuiq; debeat retri-
buere. In conspectu eius nulla creatura
inuisibilis: sed oīa sunt nuda.i. reuelata
⁊ (qđ maiꝰ est) etiā interius aperta ocu
lis.i. perspicacitati eiꝰ ad quē tam potē-
tem/tam subtiliter omia prospicientē no-
bis est sermo: huic enī reddituri sumus
rationem de singulis. Festinate ergo ad
eū relicto malo incredulitatis. Cōpara
uit quidē iesum: ⁊ maiorē ostendit ꝓphe
tis ⁊ angelis dicens eū filiū dei: sed quō
in eo pēderet tota salus hominū: necdū
dixerat: ad qđ possēt illi obijcere. Quid
prodest nobis si maior angelis sit filius
dei: cū deus in eo nō disposuerit nos sal-
uari? Ad hec respōdet paulus dicens ꝙ
in eo deus omnē salutē proposuit per sa
cerdotiū xp̄i: leuiticū destruēs sacerdo-
tium: ⁊ per gratiā xp̄i inutile pondus ve
teris legis. Littera sic iungit. Quia ad
istū tam potentē/tam sapientē nobis est
sermo: ergo teneamus cōfessionē spei no
stre.i. fidē per quā nobis conceditur spera
re futurā gloriā. Teneamus inq̄ haben-
tes pōtificem qui factus est nobis pons
in salutem. Pōtificē dico magnū longe
pre oībus leuiticis: q̄ pontifex noster pe
netrauit celos in sublimitate potētie: sa-
cerdotes autē de leui semel in anno lice-
bat introire in sancta sctōꝝ: vbi tamē nō
erāt nisi manufacta. Hic autē potētialiter
penetratis celis sedet in dextera patris.
Pōtificē istū dico iesum.i. saluatorē no
strū et potentē saluare: qꝛ filiū dei. Nos
talē habentes pontificē teneamꝰ spei no
stre cōfessionē. Iterū ne pre magnitudi-
ne iesu desperarēt infirmi fratres dicen-
do qꝛ filiꝰ est dei: quia celos penetrauit:
nunq̄ dignabitur cōdescēdere infirmitati
bus nostris ait paulus. Sine diffidētia Pontifex nr̄. xp̄s/benignꝰ ē.
teneamꝰ cōfessionē: qꝛ nō habemꝰ pōtifi
cē qui licet filiꝰ dei sit/nō tñ possit cōpa-
ti ⁊ cōdescēdere infirmitatibꝰ nostris: ⁊
sm̄ fragilitatē nature/⁊ etiam lapsis: sz
habemus pontificē tēptatū in carne per
oīa genera tēptationis. Tēptatū dico ꝑ
similitudine.i. qꝛ sil'is fuit nobis morta-
lis ⁊ passibilis. Uel tēptatū pro similitu
dine.i. vt exemplū in se daret nobis resi-
stendi tēptationibꝰ: ⁊ si tēptatum: tamen
absq; peccato. Ex eo enī ꝙ tēptatus est:

scit cōpati. Ex eo aūt ꝙ sine peccato: potest liberare. Ergo qꝛ ⁊ cōpatiētē ⁊ potētem liberare habemus pōtificē: ergo cū fiducia adeamus ad thronū gratie.i. ad christū. in quo nō quedā gratia: sed thronus et sedes est oīs grē. De plenitudine enī eius oēs accepimus: adeam⁹ ideo vt per eū cōsequamur misericordiā de commissis: et apud eū inueniamus gratiā in auxilio.i. auxiliatricē ad bene operādū de futuro. Auxilio inꝗ̄ nō ꝓuelle nostro sed opportuno: qꝛ quocūqꝫ modo deus opportunum videat / nunꝗ̄ suos inadiutos deseret.

Capitulum. v.

xv. dist. ca. si. ibi dbus et pauca. Omnis nāqꝫ pontifex ex hoībus assūptus ꝓ hoībus constituit in his q̄ sunt ad deum: vt offerat dona ⁊ sacrificia ꝓ peccatis. Qui cōdolere possit his qui ignorāt ⁊ errāt: qm̄ ⁊ ipse circūdatus est infirmitate: ⁊ ꝓpterea debet queadmodū pro pplo: ita etiā ⁊
viij. q. j. in scptu ris. De elec. q̄tr pro semetipso offerre ꝓ pctīs. Nec quisqꝫ sumit sibi honorē: sed qui vocatur a deo tanꝗ̄ aaron. Ita ⁊ xp̄s non semetipsū clarificauit vt pōtifex fieret: sed q̄ locut⁹ est ad eū.
ps. ij. Filius me⁹ es tu: ego hodie genui te. Queadmodū et in alio loco dicit.
ps. cix. Tu es sacerdos in eternū: s̄m ordinē melchisedech. Qui in dieb⁹ carnis sue preces supplicationesqꝫ ad
† Ar. poller. eū q̄ possit† illū saluū facere a morte: cū clamore valido ⁊ lachrymis offerēs / exaudit⁹ est pro sua reuerentia. Et quidē cum esset fili⁹ dei didicit ex his q̄ passus est obedientiam: ⁊ cōsummatus factus est oībus obtēperātibus sibi causa salutis eterne: appellatus a deo pontifex iuxta ordinē melchisedech. De quo nobis grandis sermo et interpretabilis ad dicendū: quoniā imbecilles facti estis ad audiendum. Etenī cū deberetis magistri esse ꝓpter tēpus: rursū indigetis vt vos doceamini que sint elementa exordij sermonū dei: ⁊ facti estis quib⁹ lacte opus sit nō solido cibo. Omnis enī qui lactis est particeps: expers est sermonis iusticie. paruul⁹ enim est. Perfectorū autē est solidus cibus: eorum qui pro consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionē boni ac mali.

Expositio capituli. v.

Dixit superius adeamus christū cum fiducia: vt per hūc pōtificē ꝯsequamur misericordiā et gratiā in auxilio. Nūc autē probat a minori ꝙ per hūc pōtificē xp̄m possumus misericordiā cōsequi dicens. Uere per christū possumus consequi misericordiā in auxilio. Nāqꝫ per ministeriū oīs pōtificis hoīes sub eo possūt misericordiā cōsequi: qui pōtifex longe minor qꝛ sumptus ex hoībus: xp̄s autē pōtifex ex deo. Et in quibusdā verbis pōtificē istum xp̄o cōparabit: ⁊ in alijs minorem ostēdet. Nec hoc repugnare videat̄ ꝙ ait. Omnē pontificē cōstitui: vt ꝑ ministeriū ei⁹ misericordiā cōsequant̄ subditi. Cū in multis hoc defuerit: qꝛ licet hoc deesset: vel ꝓpter peccatū ministri vel populi: ad hoc tn̄ pontifex cōsecratus fuit: vt per ministeriū ei⁹ misericordiā consequeret̄ ppl's / nisi i altero peccauerit. Ideo ita ait. Cōsequemur misericordiā ꝑ pontificem christū. Nāqꝫ omnis pontifex ex hominibus. Quia ante ꝗ̄ eligatur: sic est ex hoībus ꝙ nō plus possit ꝯferre alij ꝗ̄ ille sibi. Hic inꝗ̄ pōtifex assumptus.i. diuina volūtate electus. Electio enī diuina qua assumit̄: hoc efficit in eo vt possit intercedere ꝓ pop'lo: qui priusꝗ̄ sic assumat̄ / impotēs est in hoc: velut alius homo. Assumptus inꝗ̄ cōstituit̄ pro hoīb⁹ qui paulo ante erat ex hoīb⁹. Constituit̄ inꝗ̄ ꝓ hoībus: non vt prefsiteis in secularibus: sed in his que sunt.i. que pertinēt ad deū. scꝫ vt obsecret ⁊ sacrificet ꝓ illis

Dona ⁊ sacrificia differunt.

In his ad deũ ita constituit: vt offerat dona ⁊ sacrificia pro pctis populi delendis. Dona vocabantur in lege veteri ille minores oblatiões. Sacrificia autẽ quã do imolabat taurus vel huiusmodi. In xp̃o aũt p̃ces et q̃cũqʒ fecit vsqʒ ad horã passiõis dona dicunt. Sacrificia aũt qñ seipsum in ara crucis obtulit. Ubi ait assumptus ex hoĩbus: ibi ostẽdit maioritatẽ xp̃i/ qui ex electione dei assumpt⁹ sit/ in his que p̃dicta sunt similitudinẽ: q: si per illũ pontificẽ offerentẽ dona ⁊ sacrificia cõsequunt hoĩes misericordiã: quare nõ similiter ꝑ xp̃m hec eadẽ offerẽtẽ? Cõstituit inqʒ põtifex q̃ possit. i. q̃ in vsu habeat cõdolere his qui ignorãt. i. ignorãter ex simplicitate peccãt: ⁊ his qui errãt. i. sciẽter incidunt in peccatũ. Talis eni debet eligi qui oĩbus infirmitatib⁹ fratrũ sciat cõpati: nõ qui ĩpatienter p̃cipitet sentẽtiam dãnationis in subditos. In hoc bene xp̃s similis qui tẽptatus ꝑ oĩa cõpatitur infirmitatibus nostris. Dico possit ꝯdolere/ ⁊ vtiqʒ debet: qm̃ sicut subditi/ ita etiã ipse circũdatus est infirmitate. i. ⁊ fragilitate carnis: ⁊ sepi⁹ actu peccati. In hoc aũt xp̃s maior: q: absqʒ pctõ. Et q: ipse circũdatus est infirmitate: ꝓpterea queãdmodũ offert ꝓ ppl'o absoluẽdo a pctis: ⁊ ꝯseruando de futuro: ita etiã eodem modo debet (et necesse ẽ) offerre ꝓ semetipso in quo est infirmitas cõseruando de futuro: ⁊ ꝓ pctis p̃teritis delẽdis. In hoc iterũ xp̃s maior: q: non indiget vt offerat ꝓ se/ nisi tantũ ꝓ ppl'o. Quõ hic põtifex assumend⁹ sit: subiũgit dicens. Hic pontifex sic debet offerre: et quisqʒ horũ pontificũ non sumit. i. non se ad sumẽdũ honorẽ ingerit. Sumit dico sibi. i. respectu eoꝝ q̃ sua sũt. Sumeret sibi si ꝑ pecuniã/ si ꝓpter ꝑsonã/ si ꝓpt genus/ ꝓpter secularẽ potẽtiã: vel hmõi ingerat in honorẽ. Hec enim oĩa ex se sũt: sed qui ꝓpter virtutes: patientiam/ humilitatem ⁊ hmõi: sumeret ad honorem: hic non sibi. i. ex eo qđ suũ est: sed ex virtutib⁹ que dei sunt sumeret honorẽ. Nemo sumit sibi honorẽ: sed ille q̃ vocat a deo. i. q̃ diuina vocatiõe eligit. Nõ dicit vocat a deo q' vox diuia ibi audiat: sed si ꝓpter virtutes dei ab his q̃ sani sũt eligit. Idẽ valet ac si de⁹ diceret. Ueni q: dignus es accipere põtificatũ. Vocat a deo tanqʒ aaron a deo vocat⁹ est. Aaron tñ nõ cõmuni electione elect⁹ est: q: filij core cõtradixerũt: quare illato igne alieno: thurificãtes ab igne ꝯsũpti sunt: ⁊ datan ⁊ abiron ꝓ eodẽ murmurãtes: a terra absorpti sunt. Sed moyses ex p̃cepto dei ⁊ ꝑ miraculũ assũpsit aaron in sacerdotiũ. Precepit enim vt de. xij. tribub⁹ xij. viroꝝ. xij. virge in tabernaculo ponerẽtur: vt cuius virga floruisset: pontifex ſm manifestã volũtatẽ dei fieret. In electiõe aũt aaron ostẽdit/ q' si pauci sint q̃ iuste eligant ⁊ multitudo cõtradicat: tñ paucoꝝ sententia canonice eligentiũ sequẽda ẽ: multitudinis error reprobãd⁹.

Aaron q̃liter elect⁹ ẽ in pontificem?

Põtifex ille si tanqʒ aaron vocatus sit: non se ingerẽs in honorẽ: hoĩbus ꝓdesse potest. Sic ⁊ xp̃s simili de causa suis auxiliari potest: q: xp̃s nõ clarificauit. i. nõ se magnificando ingessit ad hoc vt fieret põtifex: sed pater clarificauit christum qui locutus est ad eũ dicẽs. Tu es filius meus: ego hodie genui te. sicut in principio epistole exposuim⁹. Hec autẽ nõ sũt verba q̃b⁹ pater eũ clarificauit: sed in q̃bus xp̃m sacerdotio dignũ ostendit. Qñ autẽ dñ xp̃s baptizaret ait. Hic est fili⁹ me⁹: in quo mihi bene cõplacui. In his verbis filiũ clarificauit. Adiũgẽs autẽ ipsum audite/ in hoc verbo pontificẽ cõsecrauit. Ut pater ostẽderet dignitatẽ filij. tu es fili⁹ me⁹. Ita de xp̃o ait: queãdmodũ de põtificatu eiusdẽ etiã in alio loco eiusdẽ scripture ait. Tu es sacerdos duraturus in eternũ ſm ordinẽ. i. ſm dignitatẽ ordinis melchisedech. Sacerdotiũ autẽ leuiticũ nõ in eternũ: sed in tpe duraturũ. Ideo sacerdotiũ xp̃i necesse est vt maneat in eternũ: q: sicut nisi ꝑ eũ beatitudo põt haberi: sic nisi ꝑ eũ habita põt retineri. In hoc iterũ q' in eternũ p̃lat⁹ est sacerdotio leuitico: q: illud ĩ tpe. Et si destruendũ sacerdotiũ ꝓdesse potuit: multo magis eternũ sacerdotiũ xp̃i qđ etiã alteri⁹ est dignitatis: q: ſm ordinẽ melchisedech. Qui xp̃s vt certi sitis vos ĩ eo ꝯsecuturos misericordiã in diebus carnis sue. i. passibilitatis ⁊ mortalitatis sue. Naturale eni est carnis pati et mori. In his inqʒ dieb⁹ obtulit preces ⁊ supplicatiões ad deũ. Preces vocat q̃scũqʒ postulatiões ante passiõis articulũ fecit. Supplicatiões dicit: qñ instãte hora passiõis tãta intẽtiõe orauit vt sãguineum sudorẽ emitteret. Obtulit inqʒ ad

Sacerdotium xp̃i manet in eternũ.

eum qui possit saluū facere illū a morte.
nō q̄ nō moriat̄:sed ne mors diu sibi do-
minet̄. Intendens per se liberatū a mor
te humanū genus/ ab eadē liberandū.
Obtulit inq̄ȝ ad eū cum clamore valido:
nō q̄ ita alte clamauerit:sed cū valido
clamore.i.cū maxima intentione/ꝛ cum
lachrimis. Alibi non inuenit̄ eadē hora
lachrimasse xp̄ȝ/nisi i h̄ euāgelio pauli:
cui nō min⁹ est credēdū: q̄ꝛ si ꝓ lazaro ꝛ
ꝓ destructiōe hierusalē miserādo vbiq̄ȝ
humano defectui lachrimasse dicit̄: mul
tomagis lachrimasse dicēdus est: vt con
summatione obediētie sue defectū hūa-
ni generis sanaret. Offerēs inq̄ȝ p̄ces cū
lachrimis exaudit⁹ est:cōpleto qd̄ postu
labat:pro sua reuerētia.i.ꝓ sua religiōe.
Uel pro sua reuerētia.i.pro obedientia
qua se patrē semꝑ reueritū fuisse proba-
uit. Nō tantū preces cū lachrimis obtu
lit:sed etiā didicit/ nō cognitiōe:sed per
experientiā rei obedientiā ex his q̄ pas-
sus est.i. per mortē: cū.i.q̄uis esset fili⁹
dei potēs oīa: sic tamē sacerdotiū suum
implere voluit. Et ipse cōsummatus .i.
mortuus. Uel cōsummat⁹.i. in dextera
patris/vt nihil imꝑfectū haberet consti
tutus:fact⁹ est causa salutis eterne oīb⁹
obtēperātib⁹ sibi:non illis q̄ sibi renuūt
obedire. Causa vtiq̄ȝ salutis bene pōt es
se:q̄ꝛ appellat⁹ est pōtifex nō ab hoībus
sed a deo:nec s̄m leuiticū sed iuxta digni
tatem ordinis melchisedech. Dicturus
eis q̄uo sacerdotiū suum legale destruat
sacerdotiū:ꝛ quomō omnia legalia in eo
finē habeāt:quomō vero suū sacerdotiū
precesserit legale /et in eternū sit ꝑman-
surū:ꝑmū eos (s̄m partē tū) aspera inue
ctione aggreditur:et cōuenienter primū
eos corrigit:vt correcti deuotiores sint
ad audiendū:et promiores ad credendū
dicēs. De quo.i.quomō christ⁹ sit ponti-
fex s̄m ordinem melchisedech. Restat
nobis sermo grādis.i.multa cōprehen-
dēs:et ininterpretabilis.i.qui modo nō
possit interpretari nec a me:q̄ꝛ nō habeo
cōgruos auditores /nec vobis interpre-
tabilis q̄ꝛ cape nō potestis. Ininterpre
tabilis dico ad dicendū.i. ad exponēdū
vobis: q̄m vos facti estis imbecilles ad
audiendū.i. ad intelligēdū. Uel sermo
iste grādis est et interpretabilis:q̄ꝛ mul
ta sacramēta hic continent̄ que oportet
exponi. Grādis ideo dico/ q̄m vos facti
estis imbecilles ad audiendū. Uere im-
becilles. Nā cū deberetis esse magistri
ꝓpter tēp⁹ ꝓlixū qd̄ habuistis ad discē-
dū: vos eni in ipso initio p̄dicatiōis cō-
uersi estis. Cū inq̄ȝ deberetis esse magi-
stri: nūc rursum idigetis vt vos doceami
ni que sint elemēta exordij sermonū dei.
In sermōib⁹ dei multi gradus ꝯtinētur
primū simplex istructio: de hinc media:
ad vltimū perfecta. Exordiū autē vocat
vt qn̄ aliquis docet̄ credere incarnatio-
nē: passionē christi: et hmōi simplicibus
opportuna. Elementa autē exordij sunt
vt seriatim enarrare materiā passionis.
vel aliq̄d hmōi. Uos etiā facti estis ta-
les q̄bus opus sit lacte.i. puerili isinua-
tione:ꝛ ita lacte quod non solido cibo.i.
ꝑfecta doctria. Uere ita lacte qd̄ nō op⁹
sit solido cibo. Nā oīs ille qui particeps
est lactis.i. cui necessaria est insinuatio
puerilis: hic talis expers sermonis est iu
sticie.i. doctrine iustorū.i. ꝑfectorū: ideo
expers q̄ꝛ paruulus est sensu. Uos autē
ꝑfecti malicia sensib⁹ vero pueri. Par-
uulorū est lac: sed ꝑfectorū est solidus ci
bus.i. solida doctria: ꝑfectorū.i. eorū q̄
habēt sensus.i. intellect⁹ suos ꝓ ꝯsuetu
dine.i. pro assiduitate studij exercitatos
ad discretionē boni et mali: vt bonum di
scernere sciant a malo: et etiā de bonis q̄
magis sint bona /que minus sciūt discer-
nere: et de malis similiter.

Lachri-
mat⁹ ē
sepe
christ⁹.

Sermo
dei mul-
tos gra-
dus con
tinet.

Capitulum. vj

Quapropt̄ intermit
tentes inchoatiōis
christi s̄monem ad
ꝑfectionē feramur:
non rursum iacien-
tes fundamentū pe
nitētie ab operib⁹ mortuis: ꝛ fidei
ad deū/ baptismatū doctrie/ iposi-
tionis q̄ȝ manuū: ac resurrectionis
mortuorū: ꝛ iudicij eterni. Et h̄ fa-
ciemus: si quidem permiserit de⁹.
Impossibile est eni eos q̄ semel sūt
illuminati: gustauerūt etiā donum
celeste: ꝛ participes facti sūt spūs
sancti: gustauerūt nihilomin⁹ bonū
dei verbū: virtutesq̄ȝ seculi venturi

⁊ ꝓlapsi sunt rursus renouari ad penitentiā: rursus crucifigentes sibimetipsis filium dei ⁊ ostētui habētes. Terra eni sepe venientē sup se bibens imbrē ⁊ germinās† (†Are. generās) herbā opportunā illis a q̇b⁹ colit̃ accipit benedictionē a deo: ꝓferens aūt spinas ac tribulos reproba est ⁊ maledicto ꝓxima: cuius cōsummatio in ꝯbustionē. (De pe. di. ij. si eni §. cōfidim⁹.) Confidimus autē de vobis dilectissimi meliora ⁊ viciniora saluti: tam etsi ita loquimur. (De pe. di. ij. nō est tā iniustus) Nō eni iniustus de⁹ vt obliuiscat̃ opis vr̄i ⁊ dilectiōis quā ostēdistis in noie ipsius: qui ministrastis sanctis ⁊ ministratis. Cupim⁹ autē vnūquēq; vestrū eādē ostentare sollicitudinē ad expletionē spei vsq; in finem: vt nō segnes efficiamini: verū imitatores eoꝝ qui fide ⁊ patientia hereditabunt ꝓmissiones. (Gen. xxij. c.) Abrae nāq; promittens de⁹: qm̄ neminē habuit per quem iuraret maiorē: iurauit ꝑ semetip̄m dicēs: nisi benedicens benedicā te: ⁊ multiplicās multiplicabo te: et sic longanimiter ferens adept⁹ est repromissionē. (De iure iur. ⁊ si christus) Hoies eni ꝑ maiorē sui iurāt: ⁊ oīs ꝯtrouersie eoꝝ finis ad cōfirmationē: est iuramentum. In quo abūdāti⁹ volēs de⁹ ostēdere pollicitatiōis sue heredib⁹ imobilitatē cōsilij sui: īterposuit iusiurādū: vt ꝑ duas res īnobiles q̇b⁹ impossibile est mentiri deū: fortissimū solatiū habeam⁹ q̇ confugim⁹ ad tenēdā ꝓpositā spem: quā sicut anchorā habem⁹ aīe tutā ac firmā: ⁊ incedentē vsq; ad interiora velaminis: vbi precursor pro nobis introiuit iesus fm ordinē melchisedech: pontifex factus in eternum.

Expositio Cap. vj.

CUs duriter icrepatis / iterum blādit̃: inserēdo se dicēs. Quapropter. i. q2 ꝓpter t p̄us mgr̄i esse deberetis: ⁊ q2 exercitatos sensus in lege dn̄i vos oportet habere: iō nos intermittētes sermonē inchoationis christi. i. elemēta exordij q̇b⁹ aliq̇s inchoat in cognitione christi. Hāc inq̄ pueritiā deserētes / feramur ad ꝑfectionem vt sciam⁹ quomō in principio erat verbū: ⁊ deus erat verbū: ⁊ cetera. Feramur inq̄ ad ꝑfectionē nō rursum iacientes fundamentū penitentie ab operibus mortuis ⁊ cetera. Opera mortua vocat. (Opera mortua q̄ sunt.) vel peccata que mortificant. vel priora bona propter peccatū superueniens mortificata. Penitere autē ab operib⁹ mortuis est fundamētū: q2 nisi hic lapis primū ponat̃: nihil edificabit̃. Fundamētū etiā fidei q̄ sit ad deū: qui eni aliūde querit iustificationē: vel nō oēs partes fidei credit: hic fidem nō habet ad deum. Fundamentū etiā doctrine baptismatū. Pluraliter ideo dicit baptismatū: q2 est baptismus in aqua: dicit̃ etiam baptismus in lachrimis penitētie. (Baptismus tripliciter dicitur) Tertio modo in effusione sanguinis ꝓ xp̄o. Fundamentū etiā iposit iōis manuū: nisi eni q̇s credat ꝙ per ipositionē man⁹ ⁊ peccata dimittant̃ accipiēdo spiritū sanctū ⁊ contra futura mala roboremur: hic fūdamētum nō habet: q2 irritū est quicq̇d superedificat. Fundamētū etiā resurrectiōis mortuorū: nisi eni q̇s credat resurrectionem xp̄i effecisse resurrectionē mortuoꝝ fidem perdidit: et nō habet supra q̄d edificet. Fundamentū etiam iudicij eterni. Eternū dicit iudiciū: q2 quicq̇d ibi constituet̃ de bonis siue malis in eternū durabit. Qui aūt futurū iudiciū nō credit: fūdamentū nō habet: quia infidelis est. Hec oīa ꝓpterea dicunt̃ fundamētū: q2 nisi hec ī fundamēto p̄cesserint: nemo aliter pōt bonū operari. Hec aūt oīa necessaria erāt illis: sc3 fundamētū penitētie ab opib⁹ mortuis / q2 peccauerāt grauiter: ⁊ bona opa q̄ in eis p̄cesserāt sicut supra ait: multa eos passos ꝓ xp̄o a contribulibus suis / peccando irrita fecerant. Iterū fides ad deū: q2 si itelligerēt qūo ex fide xp̄i oīs iustificatio habeat̃: nō recurrerēt ad circūcisionē q̄si sibi necessariam. Si iterū de baptismo bene docti essent: quomodo in illo oīa peccata dimit

tantur:legalia confiterent esse superflua.
Si etiã scirent quomõ per impositionẽ ma
nus spũs sanctus ⁊ priora dimittat ⁊ cõ
fortet cõtra ventẽtia mala: nõ curarent
legalia. Si iterũ resurrectionem christi
crederẽt esse efficientẽ cãm nostre resur
rectionis in gloria:nihil preter christum
quererent. Iterũ si pẽsarẽt quomõ xps
iudex futurus sit omniũ: per fidem iudi
cis soli studerent placere iudici. Qr his
oĩbus indigebant / propterea ait. Fera
mur ad pfectionẽ iaciẽtes (sicut lapis i
fundamento iacit) fundamentũ penitẽ
tie:et sequẽtia sicut exposita sunt. Iaciẽ
tes dico nõ rursum.i.nõ iterato põri mõ
vt sicut prius iecimus in vobis oia hec:
⁊ vobis peccãtibus destructa sunt:rursũ
eadẽ iterata destruant. Et scdm hãc sen
tentiã illud rursum negem⁹ tantũmodo
Vel si ad omia ponat negatio: sentẽtia
manet eadẽ sic. Feramur modo ad perfe
ctionẽ ita vt simus rursum.i. ampli⁹ ia
ciẽtes fundamẽtũ pnĩe:mõ qđ ẽ iaciem⁹
sed videte ne rursũ oporteat iacere. Sic
ad oia ponat negatio:manente sentẽtia.
Moneo feramur ad pfectionẽ:⁊ vtiq3 h
faciem⁹.i.ad pfectionẽ feremur:si qđẽ
de⁹ permiserit.i.si in vita hac spaciũ con
cesserit q̃ peccata nr̃a possint redimi.
Ideo dico si de⁹ permiserit: qr impossibi
le est in alia vita per penitẽtiã renouari:
ibi enĩ locus accipiẽdi:qđ meruit.hic lo
cus merendi. Et ita ait. Si de⁹ pmiserit
ideo dico:qr in futura vita non pmittet.
Impossibile enĩ est renouari p recupera
tam iusticiã aliquos i alia vita motos ad
penitẽtiã: qđ renouare rursus esset. Hic
enĩ licet qđ ibi iterari nõ pt:sc3 vt qs ibi
renouet. Renouari dico eos q̃ semel il
luminati p fidẽ qr crediderũt:q ẽt postq̃
fidẽ pfessi sunt:gustauerũt q̃si suauẽ gu
stũ et iocũdũ celeste donũ: sc3 remissio
nẽ de peccato p baptismũ/qđ donũ de
sursũ est. Hec duo circa fidẽ. Qui etiã fa
cti sunt participes spiritus sancti: q ge
nera linguarum: vel cetera dona habue
rũt. Qui etiã (qđ maius est) gustauerũt
nihilomin⁹ q̃ nos bonũ.i.iocundũ vbũ
dei.i.diuinitatẽ filij intellexerũt. Qui ẽt
gustauerũt.i.quadã anticipatione plĩba
uerũt virtutes venturi seculi.i. impassi
bilitatẽ et imortalitatẽ: eos qui etiã hec
oia habuerũt/et plapsi sũt: impossibile
est renouari rursus motos ad penitẽtiã:

et impossibile est eos rursum esse crucifi
gentes filiũ dei sibimetipsis.i. in alia vi
ta impotẽtes efficere vt viteri⁹ valeat si
bi crucifixio christi:et rursũ nõ habẽtes
filiũ dei ostẽtui.i. ostensioni vt imitent
eius ostensionẽ. Quasi diceret. Rursum
impotẽtes imitari filiũ dei. Vel aliter vt
iterationẽ baptismi negem⁹ i hoc versu:
impossibile est eos qui tales ⁊ tales fue
runt nedũ inferiores rursus renouari.i.
rebaptizari in otos ad penitẽtiã. Ipsi di
co si rebaptizant rursum crucifigẽtes si
bimetipsis filiũ dei: nõ q in re iterũ cru
cifigant:sed in peccati paritate: qr vna
fides. vnũ baptisma.⁊ christ⁹ cõsecrans
illud semel p peccatis nr̃is mortuus est
Ideo dicũt rursũ sibi crucifigere filiũ — Crucifigere iterũ xpm qđ est.
dei paritate peccati:qr si pri⁹ p baptismũ
iustificati postea peccauerũt/ primũ ba
ptisma putãt propterea sic irritũ esse/vt
si penitent iã de futuro ad iustificationẽ
nõ valeat. Hi tales itez volũt crucifige
re xpm: vt ex iterata crucifixione itera
tã habeãt remissionẽ. Nesciẽtes q vnũ
baptisma ⁊ vna mors xpi ita post pctm si
cut ante (solũmõ si peniteat) ad oẽm iu
stificationẽ sufficiat. Ostentui in priori
snia p ostẽsioni inusitate quidẽ ponit: s3
satis bene ẽ sm originẽ vocis: ab ostẽdo
ostẽdis. Ubi supra ait plapsi: illđ p /gra
uitatẽ casus designat sc3 i criminali. Di
xit superius feramur ad pfectionẽ: et qui
busdã interpositis adiũxit. Hoc inq3 fa
ciem⁹.i.ad pfectionẽ feremur: si de⁹ pmi
serit:⁊ de eodẽ subdit. Uere id faciem⁹:
q ad pfectionẽ feremur: et iustũ est qm
terra bibẽs imbrẽ. Per terrã hoĩes acci — Hoies terre cõparant.
pit: q vt fructũ faciat excolunt vbo dei.
Hec inq3 terra bibẽs imbrẽ.i.cũ magno
desiderio suscipiẽs diuini verbi doctri
nã: sicut enĩ imber siccatã et induratã ter
rã inebriat: sic verbũ dei cor induratum
mollescere facit:⁊ cõtẽperat: vt fructus
facere possit. Terra inq3 bibẽs imbrẽ se
pe venientẽ. Sepe ideo/quia nec assidua
ne vilescat: nec nimis parca: ne opportu
nitatẽ fructificandi amittat/ debet esse
diuina doctria: sed sepe vt sit opportu
nior vtriq3 cõtemperata. Venientem su
per se: quia et a deo ⁊ a preclaris /qui su
periores sunt i ecclesia descẽdit doctri
na. Terra inq3 sic bibens imbrẽ ⁊ gene
rãs herbã.i. fructum boni operis. Her
bã dico opportunã illis a quib⁹ colitur

.i. predicatoribus qui eam excolunt. Opportunam ideo quia facit non degenerem: sed fructum natiuitatis .i. secundum quod docentur operari: et vident in doctoribus suis. Hec inquam terra sic generans accipit benedictionem .i. multiplicationem bonorum a deo. Bona terra accipit benedictionem. Terra autem proferens spinas ac tribulos reproba est. Vel si habetur enim: ita iungatur non mutata sententia. Vere terra generans herbam opportunam accipit benedictionem. Nam terra proferens spinas ac tribulos reproba est. Proferens notat tam male peccare vt prauo exemplo corrumpat alios. Per spinas peccata accipit minus pungentia: per tribulos (qui asperius pungunt) grauiora. Terra inquam spinas ac tribulos proferens reproba est .i. inimica deo: et proxima maledicto .i. perditioni. Ubi ait: proxima significat penam quidem prope esse: sed adhuc per penitentiam posse euadere. Consummatio .i. finis cuius reprobe terre erit in combustionem .i. in perpetuum ignem nisi peniteat. Idem versus proxime littere coniungitur: non tamen sic idonee. Vere in alia vita: nemo potest renouari ad penitentiam. Nam terra .i. homo in hac vita tantum bibit venientem imbrem .i. potest niti ad emendationem. Hic enim locus merendi: ibi recipiendi. Vel secundum aliam sententiam impossibile est renouari .i. rebaptizari. Nam terra semel bibit imbrem .i. homo semel suscipit aquam baptismatis. ¶ Quia satis duriter eos increpauit dicens superius cum deberetis esse magistri: rursum indigetis vt doceamini: et cetera. Per hoc iterum quod prope dixit de benedictione bone terre: suasit eis fructum opportunum facere: et per contrarium deterruit. nunc blanditur eis: vt sicut nimis concussit: ita modo foueat blandimentis dicens. Tametsi ita loquimur increpando vos superius: tamen o dilectissimi nos confidimus de vobis meliora quam combustionem: et viciniora saluti vestre quam sint spine et tribuli. Ubi ait de vobis: significat talem naturam esse in eis que sit idonea correctioni. Meliora et viciniora hec comparatio non fit inter participantia. Propterea de vobis confidimus: quia multa bona olim operati estis: que si (postquam penituerit) deus non retribueret: iniustus esset: sed deus non est iniustus vt obliuiscatur operis vestri: quo omnia vestra omnibus communia fecistis: et dilectionis: quia hoc opus non timoris sed ex dilectione processit: quam dilectionem ostendistis in nomine ipsius .i. ad honorem dei. Operis vestri bene dico quia vestra ministrastis sanctis: et adhuc eadem dilectione ministratis. Triplex bonum notat in eis scilicet opus bonum: et dilectionem: et honorificentiam dei in opere suo. Ministrastis olim et adhuc iidem estis: cupimus autem de futuro vnumquemque vestrum vt nec vnus desit ab hoc opere: ostentare .i. frequenter ostendere eandem sollicitudinem administrandi sanctis vsque in finem vestrum. Ostentare dico ad expletionem spei .i. vt in futura beatitudine compleatur in vobis quod modo speratis. Ita cupimus ostentare vt non efficiamini segnes in hac sollicitudine: sed sitis imitatores eorum .i. sanctorum qui hereditabunt promissiones .i. promissas beatitudines: non propter genus: sed fide et patientia .i. per fidem: et quia diu sustinendo non fuerunt fatigati. ¶ Quia sciebat paulus multum placere illis si patribus corum diceret repromissam salutem ait: ac si quilibet interrogaret: sunt ne facte promissiones? Sunt vtique: nam abrahe. Et tria subiungit quod et promissiones facte sint: et per iusiurandum confirmate: et in abraam iam implete dicens. Deus promittens abrae iurauit per semetipsum: et ideo per semetipsum: quoniam neminem habuit maiorem per quem iuraret. Et quare? Ideo quia maiorem non habuit per se iurauit subdet: sed verba iusiurandi premittit: iurauit inquam dicens. O abraam nisi benedicam te / id est incremento virtutum ditauero te in hac vita. Benedicam dico benedicens / id est ita vt in officio benedicendi semper maneam: et nisi multiplicabo te in futura beatitudine remunerando fidem tuam. Multiplicabo inquam multiplicans / id est non huius multiplicationis finem faciens nisi hoc fecero: (defectio locutionis) sequatur quodcunque inconueniens. Et sic abraam certificatus. Abraam ferens longanimiter: quia et diu et multa aduersa sustinuit. Adeptus est tandem repromissionem / id est sepe promissam beatitudinem. Ideo iurauit: quia homo iurat. Ideo per se quia maior eo non est: homines enim iurant per maiorem sui: ideo deus post promissionem iurauit condescendens consuetudini hominum: quorum vsus est certos fieri per iusiurandum / sicut iesus in diebus suis secundum morem illius regionis in parabolis et similitudinibus loquebatur illis: cum tamen iurare dei nihil aliud sit quam immutabiliter stabilire. Hoies

Deus iurat per semetipsum

Iuramē tū est fi nis ↄtro uersie. iurant per maiorem sui: et iuramentum finis est oīs controuersie. i. altercatiōis eorū: valens ad confirmationem alteri⁹ partis: in quo. s. per iuramentum de⁹ volens abundantius ostendere. Abundanter enim per promissionem / sed abundantius ostendit per iuramentum. Volens ostendere immobilitatem. i. immutabilitatem sui consilij. Cōsiliū dei fuit (qđ vix aliqui cognouerāt) per fidē chri sti saluare homines. Hoc inq̄ꝫ consilium ostendens immobile heredibus pollicitatiōis. i. frequētis promissionis: posuit iusiurandum inter promissionem et impletionem medium. Ad hoc posuit vt p duas res immobiles. s. per promissionē et iusiurandum: in quibus impossibile ē mentiri deum: quia nec in altero p has duas res habeam⁹ solatium fortissimū: i. q̄ in oīi aduersitate fortes nos faciat: volentes ad horam pati vt in eternum re

Iusiu rādū qđ dicitur. gnemus. Iusiurādum dicitur quasi qđ ius est ad iurandum. Periurium autem non iusiurandum: sed ius non iurādum dicitur. In hoc iuramento dei auctoritatem habemus iurandi: ita tamē vt nec superflue iuremus: etiam si veritatem dicamus: nec vbi necesse est veritatem iuramento confirmare deseramus. Habemus solatium nos qui confugimus in omni tribulatione ad spem tenēdam / nō propter aduersa deserendam. Spem dico propositam iam nobis in abraā et impletam. Vel propositam. i. omnibus i fide sperantibus oblatā. Ille cōfugit ad spem / qui tribulationem spernit gaudio btitudinis / quā sibi futurā sperat. Quā spem habemus sicut anchoram aie tutā

Spes anchore cōparaī ac firmam: vt sicut anchora nauim tenet ne submergatur: sic spes animam nostrā faciat tutam / ne submergatur consentiē do iniquitati: ꝛ firmam q̄ nunq̄ꝫ refugiat pati saltē i minimo titubans. Spem etiā dico incedentem vsq̄ꝫ in interiora velaminis. i. in interiorem ꝛ velatam beatitudinem quā nemo viuētiū vidit. Interiora velaminis dicebaī locus sancta sanctoꝝ que retro velamē erāt. Ante velamē aūt loc⁹ dicebatur sancta in quo stabāt sacerdotes: sed ad sancta sanctorum semel in anno ingrediebatur pōtifex: que interiora velaminis significabant celestem beatitudinem nobis i hac vita velatam. Et sicut speramus illuc vtiq̄ꝫ icedemus: q̄

vbi. i. in que interiora introijt iesus precursor. i. pre nobis currens vt eū sequamur. Cursor ideo: quia nulla culpa cursum ei⁹ aliquando reflexit. Introijt inq̄ꝫ p nobis itroducēdis. Pro nobꝫ optime dico: q̄ fact⁹ est pontifex nr̄ duratur⁹ in etnū: ꝰm dignitatē ordis melchisedech.

Capitulum septimū.

Hic enim melchisedech rex salē sacerdos dei summi: qui obuiauit abrae regresso a cede regū: et benedixit ei: cui et decimas omnium diuisit abraā: primum quidem qui interpretatur rex iusticie: deinde autem rex salem quod est rex pacis: sine patre / sine mr̄e / sine genealogia: neq̄ꝫ initium dierum / neq̄ꝫ finem vite hn̄s: assimilatus autem filio dei: manet sacerdos in perpetuum. Intuemini autem quāt⁹ sit hic: cui et decias dedit de precipuis abraam pr̄iarcha. Et quidem de filijs leui sacerdotium accipientes: mandatū habent decimas sumere a populo ꝰm legem. i. a fratrib⁹ suis: quāq̄ꝫ ꝛ ipi exierūt de lūbis abrae. Cui⁹ autē gn̄atio nō annūeraī i eis: decias sū psit ab abraam: ꝛ hūc q̄ habebat re pmissiōes bn̄dixit. Sine vlla aūt ↄdictōe: qđ min⁹ ē / a meliore bn̄dicif. Et hic q̄dē moriētes hoīes decimas accipiūt: ibi aūt ↄtestaī q̄ viuit. Et vt ita dictū sit p abraā et leui: q̄ decias accepit decimatus est. Adhuc ei i lūbis pr̄is erat: qn̄ obuiauit ei melchisedech. Si ergo cō sūmatio p sacerdotiū leuiticū erat: (ppl's ei sub ipo legē accepit) q̄d adhuc necessariū fuit ꝰm ordinē melchisedech aliū surgere sacerdotē et non ꝰm ordinē aaron dici? Trans-

Gene. xiiij. c.

lato enim sacerdotio: necesse est et vt legis translatio fiat. In quo enī hec dicuntur de alia tribu ē: de qua nullus altario presto fuit. Manifestum est enim ꝙ ex iuda ortus sit dominus noster: in qua tribu nihil de sacerdotibus moyses locut⁹ est. Et amplius adhuc manifestum ē: si ꝭm similitudinem melchisedech exurget alius sacerdos: qui nō ꝭm legem mādati carnalis factus est: ſʒ ꝭm virtutem vite insolubilis†. (†ar. dissolubil.)

(Ps. cix) Contestatur enim: quoniam tu es sacerdos in eternum ꝭm ordinem melchisedech. Reprobatio quidē fit precedentis mandati propter infirmitatem eius et inutilitatē. Nihil enim ad perfectum adduxit lex. Introductio vero melioris spei ꝑ quam proximamus ad deū: ꝛ quātum est non sine iureiurando. Alij quidem sine iureiurando sacerdotes facti sunt: hic autem cum iureiurando per eum qui dixit ad illū. (Ps. cix) Iurauit dominus ꝛ non penitebit eum: tu es sacerdos in eternū. Intantum melioris testamenti sponsor factus est iesus. Et alij quidē plures facti sūt sacerdotes: iccirco ꝙ morte prohiberentur permanere: hic autem eo ꝙ maneat ī eternū sempiternum habet sacerdotium. Unde et saluare in perpetuum potest: accedens† per semetipsū ad deum: semper viuens ad interpellandum pro nobis. (†ar. accedētes.) Talis enim decebat vt nobis esset pontifex: sanct⁹, innocens, impollutus, segregat⁹ a peccatoribus: et excelsior celis factus. Qui non habet necessitatem quottidie quemadmodū sacerdotes prius pro suis delictis hostias offerre: deīde pro populo. Hoc enī fecit semel seipm offerēdo. Lex eī homines constituit sacerdotes infirmitatem habentes: sermo autē iurisiurandi qui post legē est: filiū in eternum perfectum.

Expositio Cap. vij.

Quomodo ꝭm ordinem melchisedech: multis interpositis tādem exequitur dicēs. Bene dico iesum pontificem ꝭm dignitatem melchisedech. Hic enim melchisedech rex salem: que nūc hierusalem: tūc dicebatur salem: ſʒ propter iebuseos eā postea inhabitātes additum est ieru ad salem: ꝛ exinde nomē habuit hierusalem. (Hierusalem salē dicebat.) Hic inꝗ rex salem fuit sacerdos dei summi.i. non ab hominib⁹ neq; per hominē: sed de dignitate sua confidens assūpsit sibi sacerdotiū dei: qui melchisedech obuiauit abrae regresso a cede regum, qui loth nepotē suum ducebant captiuum: ꝛ ei abrae benedixit melchisedech: cui benedicenti sibi abraam diuisit decias omnium spoliorum. Hic primum quidē dictus est melchisedech: qui.i.qđ nomē interpretat̄ rex iusticie. Deinde autē dict⁹ est rex salem: quod est interpretatum rex pacis. (Melchisedech rex iusticie interpretat̄.) Hic iterum melchisedech, sine patre, sine matre: non ꝙ parētes nō habuerit: sed quia scriptura eum habuisse nullaten⁹ dicit. Fuit etiam sine genealogia non habēs filios vel filias: neq; initium dierum habens, neq; finem vite: qđ scriptura loquatur: fortassis serio pretermittens. Hic autem melchisedech assimilatus ī premissis filio dei manet sacerdos .i. sacerdotium eius durat in perpetuum. Quomodo assimilatus filio dei: reuertētes exequamur per singula. Melchisedech dicitur rex iusticie: quis aūt rex iusticie nisi christus: qui per procellas mūdi suos regit in iusticia. Christus etiam rex salem.i. pacis: quia postꝗ suos hic ī iusticia rexit: in pace vera angelorum locatos regere non desinit. (Salem pax interpretat̄.) Sacerdos dei summi: quis autem tātus sacerdos sicut christus: qui propter obedientiam patris seipsum obtulit in ara crucis: qui obuiauit abrae regresso a cede quinq; regum. Quinq; reges, quinq; sensus corpis sūt ꝑ quos omnia vitia in homine dominant̄ vt per visum cupiditas. Dum desiderat

quod vidit: et sic p ceteros sensus. iuxta
Io.iiij.c quod in euāgelio mulieri dictū ē. Quinqȝ viros habuisti. Per abraam quicunqȝ fidelis intelligit: vnicuiqȝ autē fideli reuertenti a cede hostiū.i.vitiorū: p quinqȝ sēsus dñantiū obuiat xp̄s / dādo icremē tum boni operis. Legitur etiam ibi obtulisse abrae panem et vinum: qd̄ hic nō habetur: que panis.s. et vinum corpus et sanguinem christi significant: quorū participatione et peccata dimittuntur: et suscipiens de futuro contra vitia confortatur. Cui diuisit abraam.i. fidelis decias omnium: id est perfectiones oēs que habuit. Quisqȝ enim fidelis omnē perfectionem suam christo attribuit per.x. qui numerus perfectus est: quia vsqȝ ad decem numerus crescit / nec vltra: sed a principio recapitulat dicendo. xj.i. vnus et.x. perfectio designatur. Primum quidem dictus melchisedech qui iterpretat rex iusticie. Deide rex salem quod est rex pacis: ita christus prius regit suos in iusticia huius vite: in alia vita regit eos ī pace. Sine patre christus ꝼm carnem: sine matre ꝼm deitatem: sine genealogia: qꝛ filios carnis non habuit / nō habēs initium dierum / nec finem ꝼm diuinitatē / coeternus patri. Per precedentia satis cōmendata est dignitas melchisedech: sed nunc etiā ad augmentū dignitatis eiusdem intuemini quantus sit hic melchisedech: cui abraam patriarcha.i. princeps patrum nostrorum Isaac et Iacob dedit decimas: quasi seruus eiusqȝ tributarius / et de precipuis que habebat. Et hoc etiam alio modo intuemini quantus sit melchisedech: per hoc quia aliq̄ de filijs leui accipientes sacerdotium habēt mandatum sumere decimas a pp̄lo: nec alio modo auderent / et hoc ꝼm legem ī qua serui sunt. A populo dico.i. a fratribus suis / qui propterea quia frēs libenter tribuunt eis: in hoc qꝛ sumunt decias differunt a populo: q̄uis etiam ipsi filij leui exierūt de lumbis abrae / sicut reliqui de populo. Filij leui sumūt decias a fratribus / sed melchisedech gñatio cuiꝰ nō annumeratur in eis.i. in iudeis: hic tn̄ sumpsit decimas ab abraam et benedixit hunc in tēpore maioris dignitatis sue.s. quando iam habebat repromissiones a deo. ¶ Nūc ex premissis colligit: abraā dedit: melchisedech benedixit: sine vlla contradictione. Nullus enim hoc cōtradicere potest / qꝛ illud qd̄ minꝰ est benedicitur a meliore. Etiā enim si ꝼm aliq̄d maior sit qui benedicitur: in eo tamen constat esse minorem qꝛ ab eo qui benedicit: hoc qd̄ non habebat qui benedicitur accipit. Hoc etiam modo intuemini dignitatem melchisedech: quia hic quidem.i. in sacerdotio leuitico morientes homines accipiunt decimas. Ibi autem in superiori loco scripture contestatur moyses: quia melchisedech viuit: dum de vita loquens de morte nil adiunxit. Hoc etiam modo intuemini dignitatem eius: quia leui qui decimas accipit / ipse etiā leuiticus ordo decimatus est.i. decimas dedit. Et hoc dico vt ita dictum sit decimas dedisse leui per abraam.i. per materialē causā. Qñ ei abraā decimas dedit: adhuc oēs erāt ī lūbis abrae. Qd̄ optiē sed videt. Si ei oēs in adā peccauimꝰ: qꝛ in lumbis eius quando peccauit eramꝰ: quare leui dedisse decimas non dicatur qui in lūbis abrae erat abraam dante decimas? Et vere leui decimas dedit per abraam dantem: quia adhuc leui erat in lumbis patris sui abrae: qñ melchisedech obuiauit ei abrae danti sibi decimas. Si enim tunc temporis esset isaac: non diceretur leui tunc in lumbis abrae fuisse: sȝ in lumbis isaac: sed quia adhuc erat ī lūbis abrae per isaac similiter et leui. Leui dicitur decimatus in lumbis abrae: et non christus / licet filius sit abrae: qꝛ xp̄s non ꝼm concupiscentiam carnis de lumbis abrae natus: leui autem per legē mēbrorum que est cōcupiscentia carnis de lūbis abrae natus est. ¶ Ostēdit superius sacerdotem esse christum ꝼm ordinē melchisedech. Sufficienterqȝ probauit hoc sacerdotium et tempore et multa dignitate excellētius esse sacerdotio leui: quod iterum multis modis dep̄ssit. Nūc autem commēdato sacerdotio xp̄i trāsit vt ostendat quomō per sacerdotiū christi leuiticū destruatur sacerdotium: quo destructo ex necessitate p̄bat seq̄ destructionem legis. Littera sic iungitur. Qñ quidem christus factus est sacerdos ꝼm ordinē melchisedech: et hoc sacerdotiū omnimodo precesse leuitico satis probatum ē: ergo tu legalis rñde mihi de h̄ qd̄ sequitur. Si p sacerdotiū leuiticū erat ꝯsummatio.i. habebatur perfecta iustifi-

catio. Et bñ dico per sacerdotium debe
re fieri consummationem: qꝛ populus ac
cepit legem existentem sub ipso sacerdo
tio. In manu enim sacerdotis lex erat: ⁊
lex impleri non poterat: nec saltem mini
mum operari / nisi ministerio sacerdotū.
Si igitur consummatio erat per leuiticū
sacerdotium: quid adhuc postq̃ vetꝰ sa-
cerdotium consummaret / necessariū fu-
it dici a ꝓpheta dauid surgere sacerdotē
alium a leuiticis / ⁊ sm tribum / et sm ri-
tum. Surgere sm dignitatē ordinis mel
chisedech. Et ne ille diceret / vtiq̃ sur-
gat sm hunc ordinem ita commixto te-
neat ordinem aaron. Ad hoc ait. Ita di-
ci sm ordinem melchisedech / vt non sit ī
aliquo sm ordinem aaron. Surgere idō
ait: quia leuitici sacerdotes depssi erāt
impotentes excutere / vel a se / vł a popu
lo iugum peccati per legem. Hic autem
xp̄s surrexit / per cuiꝰ sacerdotium fide-
les excutientes iugum peccati ad beati-
tudinem exurgūt. Quasi diceret. Si per
leuiticū sacerdotium esset cōsummatio:
frustra surgeret aliud sacerdotiū sm mel
chisedech ad consummandum: sed surre
xit aliud sacerdotium. Leuiticū igitur
nō cōsummabat: habemus assūptionem
translato sacerdotio ⁊c̃. Littera tamē sic
iungitur. Quasi diceret aliquis. Quare
dicis legem sub sacerdotio: et sacerdoti
um esse destructū surgente alio sacerdo
te? Quid per hoc intēdis? Ideo vtiq̃ di
co legem sub ipso: et ipsum leuiticum sa
cerdotium esse destructum: quia trāsla-
to sacerdotio / necesse est vt fiat trāslatio
legis eius sacerdotij: cum lex sit ī manu
sacerdotis. Destructionem autem legis
probare intēdo / dum sacerdotium eius
destruo. Vere alius surrexit sacerdos: ⁊
vere sacerdotium ē translatū: quod idē
est: nā aliꝰ sm tribum / ⁊ sm ritū. Vł qꝛ
translatum est: qꝛ ⁊ sm tribum ⁊ sm ritū
Scd̃m tribum esse translatum priꝰ osten
dit dicens. Vere translatū est: vel hic sa-
cerdos alius est: nam xp̄s in quo. i. in cu
ius ꝯsideratione dicūtur hec: de alia tri
bu ē / et non de tribu leui: de qua alia tri-
bu nullus fuit presto. i. prestabiliter alta
ri. Et vere de alia tribu: quia manifestū
est ꝙ dn̄s noster xp̄s ortus sit ex iuda: in
qua tribu moyses nihil locutus est de sa-
cerdotibus / vt quilibet de illa tribu de-
beret sacerdos fieri. Trāslatio aūt sacer

dotij sm tribum iā precesserat in samue-
le / reprobatis filijs heli qui sm lineā ge-
§. j. ⁊ ca. ra mereri supplicia qui filiū dei cō
placuit. culcauerit / ⁊ sanguinem testamēti pollutū duxerit: in quo sanctificat⁹ est: ⁊ spiritui gratie cōtumeliā fece-
Deut. xxxij.f. rit? Scimus eni qui dixit. Mihi
Roma. xij.d. vindictā: ⁊ ego retribuā. Et iterū. Quia iudicabit dñs populū suum. Horrendū est incidere in man⁹ dei viuētis. Rememoramini autē pristinos dies in q̇bus illumiati magnum certamen sustinuistis passionū: ⁊ in altero quidē opprobrijs et tribulationib⁹ spectaculū facti: in altero autē socij taliter ꝯuersantiū effecti. Nam ⁊ vinctꝭ cōpassi estis: et rapinā bonoꝝ vestroꝝ cum gaudio suscepistis: cognoscentes vos habere meliorē ⁊ manentē substantiā. Nolite itaq͂ amittere cōfidentiam vestrā que magnā habet remunerationē. Patiētia eni vobis necessaria est: vt voluntatē dei facientes reportetis ꝓmissionē. Adhuc enim modicū aliquātulū qui venturus est veniet ⁊ nō tardabit. Iu- Abacuc ij.a.
stus aūt meus ex fide viuit. Qꝫ si subtraxerit se: nō placebit aīe mee. Nos autē nō sum⁹ subtractionis filij in ꝑditionē: sed fidei in acquisitionē aīe. ¶ Expositio capituli. x.

Christus ideo oblatus est ad exhauriēda pctā: q2 lex nō pōt facere ꝑfectos: scȝ nō exhaurire pctā. Et quare lex nō possit facere ꝑfectos ꝓmittit dicēs. Lex habēs vmbrā futuroꝝ bonoꝝ .i. future iusticie in presenti eccl'ia: ⁊ saluatiōis in futura. Ita habēs vmbrā q̇ nec ipsā imaginē reꝝ: q̇ nec habet in se aliquā ꝑtē veritatꝭ. Imago eni saltē figuras mēbroꝝ singulas ostēdit: vmbra autē ꝯfuse oīa cōmiscet. Lex inq͂ habēs vmbrā hisdē ipsis hostijs q̇ sēꝑ idē .i. imꝑfecte erant: q̄s hostias offerūt ꝑ singulos annos: et hoc indesinēter .i. vl' singulis mēsib⁹: vl' singul' ebdomadib⁹. Lex inq͂ hisdē hostijs totiens repetitis nunq͂ pōt facere ꝑfectos accedētes ad se q̇ non faciat perfectos. Probat ꝑ hoc: q2 si modo imolassent ꝓ aliquo pctō / ⁊ s̄m legē absoluerentꝭ ab illo: si iterū peccarēt: ⁊ ꝓ nouo pctō iterū immolarēt: faciebat sacerdos memoriā ꝑoris pcti ꝓ quo iā imolauerat: ostēdēs imꝑfectionē sacrificij illi⁹: ꝑ qđ si iustificat⁹ esset frustra vetus pcīm recapitularet. Qꝫ ita ait. Alioq̇ .i. si hostie legis ꝑfectos facerēt: ꝓculdubio cessassent ille hostie ꝓ ꝑteritꝭ pctis. Ideoq͂ cultores sacrificioꝝ semel imolata hostia mūdati nō vltra haberēt vllam cōsciētiā ꝑteriti pcti. Cessassent q̇dē offerri: sed hostie ꝓ preteritis nō cessarēt offerri: in ipsis enī

hostijs ꝓ recētib⁹ culpis ꝑ singulos an-
nos oblatis fit cōmemoratio preteritoꝝ
pctōꝝ . igit hostie ille perfectos facere
nō possunt. Et necesse est vt ꝑ singulos
fiat cōmemoratio preteritoꝝ: qꝛ ipossi-
bile est auferri pctā sanguine hircoꝝ et
tauroꝝ. Ideo qꝛ ꝑ sanguinē taurorum
et hircoꝝ auferri nequeunt pctā: ꝓpter
ea ingrediēs mūdū.i. ꝓpheta iducēs fi-
liū dei mūdū ingredientē ꝑ assūptionem
carnis dicī i voce filij ad patrē. O dn̄e pa
ter: tu noluisti hostiam et oblationē ſm
Hostie et oblatio- nes dif- ferunt. legalē traditionem. Hostias de aīalib⁹:
oblationē de panib⁹ et luminarijs dic:
Illa qdē noluisti sed aptasti.i. aptare mi
hi voluisti corp⁹: vt de corpore meo ho
stia tibi fieret bn̄placens et mūda. Cor-
pus christi aptū fuisse dicit: qꝛ et imune
a peccato: et passibile: et mortale fuit. Ni
si eni sine pctō esset: hostia mūda esse nō
posset. Si aūt impassibile et imortale fie
ret: mortē nō destrueret: quā imortalis
mortē gustare nō posset. Sꝫ qꝛ et imunis
a pctō et passibilis: et immortalis fuit: iō
cōgrue ait corpus aptasti mihi: hostiam
et oblationem noluisti: holocaustomata
etiā.i. sacrificiū totū incensū et ꝓ pctō.i.
hostia q vocabat pctm̄ vel ꝓ pctō. Hec
inqꝫ nō placuerūt tibi: et tūc postqꝫ vidi h
displicere tibi: vt mūda et placēs hostia
offerret tibi: dixi.i. deliberaui apud me
hoc: ecce opportune venio: qꝛ nūc repro
batis illis legalib⁹ hostia noua ero et be
neplacēs deo. Venio ad h vt faciā volū
tatē tuā.i. vt ꝓ modo volūtatis tue offe
rā tibi meipsum sacrificiū nouū in odorē
suauitatis. Or ita cōstruere debeamus.
Venio vt faciā: idē docet in sequētibus
Faciā volūtatē tuam: sic eni scriptū est
Liber d xp̄s. de me in capite libri. Liber dicit xp̄s hō
q in exēplū iusticie exposit⁹ est oīb⁹. Ca
Caput libri d diuini- tas in christo habitās put libri dr diuinitas habitās in xp̄o qđ
regit cū in oī ꝑfectiōe. Vel i capite libri
.i. in pricipio genesis vel psalterij. Scri-
ptū est in lege dn̄i volūtas ei⁹: et cetera
Premissa auctoritas quō itelligēda sit
paulus exponit: ita propheta i voce filij
dicens supius ad respectū supioris par
tis. ait supius. Dicēs inqꝫ hoc: qꝛ.i. ꝙ tu
pater noluisti oblationes et holocausta
et ꝓ peccato.i. nō postulasti hec ab eis vt
fierēt tibi: nec (etiā si faciūt iniussi) non
sunt placita tibi. Diceret aliquis fortas-
se / ideo nō placent: qꝛ nō fiunt ordinabi

liter ſm legem. Ad h remouēdū ait. Nō
sunt placita tibi ea q offerunt ſm legē
.i. licet fiāt ſm legis institutionē tunc re
ꝓbatis legalib⁹ hostijs dixi: ecce venio
vt faciā voluntatē tuā o de⁹. Hec inqꝫ di
cēs. In his verbis aufert ꝑmū testamē
tū ita vt statuat.i. ꝑpetuo durandum sta
biliat seqns / nouū scꝫ testamētū: in qua
volūtate.i. in quo nouo testamēto ex vo-
lūtate dei cōstituto nos sum⁹ sanctifica-
ti positione virtutū post emūdationē ma
loꝝ. Sanctificati dico per oblationem
corporis xp̄i iesu.i. ꝑ corpus xp̄i oblatū
semel: in qua semel facta oblatione suffi-
ciens fuit ad purgationē oīm macularū
¶ Opponeret aliqs: sacrificiū pontifi
cis ideo insufficiēs erat: qꝛ semel tm̄ in
anno fiebat: sed quottidiana sacrificia ꝓ
derant ad auferēda pctā. Ad h remouē
dū ait. Sicut pōtifex semel facto sacrifi-
cio auferre peccata non poterat: sic etiā
oīs quidem legalis sacerdos quottidie
ministrans presto est: et ipse sepe repetē-
do referēs easdē hostias heri hircū. ho-
die iterum hircū: qꝛ sicut heri sic nec ho
die proderat: offerēs inqꝫ easdē hostias
que hodie nūqꝫ possunt auferre peccata
Pontifex seu quilibet sacerdos legalis
repetens hostias peccata nequit aufer-
re: sed hic pontifex christus offerēs ho-
stiam nō repetitā: sed vnā solā pro pecca
tis omniū sedet.i. quiescit et regnat posi-
tus in dextera.i. in equalitate dei patris
sessurus ibi in sempiternum. Nec reuer
surus vt iterū offerat / quasi hostia eius
fuerit insufficiens: sed de cetero.i. de fu-
turo expectās ibi in dextera dei donec
inimici ei⁹ ponant scabellū pedū eius.i.
omni modo subiectiōis subijciant ei qđ
futurū est in die iudicij. Offerens hostiā
vnam: ideo vnā / quia vna sola oblatione
sanctificauit: et sanctificatos virtutū per
fectione cōsummauit: permāsuros i sem
piternū. Nos quidē dicim⁹ christū vna
oblatione sanctificatos cōsummasse. In
hoc autē contestatur.i. confirmat nos:
idem nobiscum affirmās etiam spiritus
sctūs: qꝛ postqꝫ dixit in hieremia. Hoc āt
ē testamētū qđ testabor ad illos: et h di-
cit dn̄s post dies illos dabo leges meas
in cordib⁹ eoꝝ: et supscribā eas in men-
te eoꝝ. Postqꝫ hoc dixit adiunxit spiri
tus sanctus: et iam amplius nō recorda
bor peccatoꝝ iniquitatum eoꝝ. In his

autem verbis contestat spiritus sanctus vnā oblationē ꝯsummasse sāctificatos: q2 vbi est pctōꝝ remissio: iā nō est necessaria oblatio ꝑ pctō. ¶ Postꝗ ꝑ pōtificiū christi sufficiēter vetus pōtificiū destruxit: ꝛ vetera sacrificia reprobata: et in sacrificio christi semel oblato oēm iustificationē consistere perhibuit: faciēs finem de huiusmodi / transit ad instructionē moralē: adhortās eos i pīmis vt puro corde integritatē fidei teneant: ꝛ si incūbat ꝑsequi / audacter ꝯfiteant: gaudētes pati ꝑ christo: ꝛ sic in fide: ꝛ ꝯfessione firmā spem habeant. Unde sic ait. Quia pontifex christ⁹ semel offerēs sanctificat veteres: nec quotidianis sacrificijs prodesse possunt. Itaqꝫ fratres nos habētes fiduciā i introitu. i. de introitu sanctorū scꝫ ꝙ nos sancta sanctorū vere introibim⁹: habētes dico fiduciā in sanguine christi: quē semel offerens ꝑ nr̄a emūdatione fudit: ꝙ viā. i. introitū sctōꝝ viam dico nouā. i. nouiter in christo reseratā: nemo eni ante christum ambulauit hāc viā quā iniciauit nobis christ⁹. Uiam nouā et viuentē. i. ꝑdurātē in eternū Iniciauit dico ꝑ velamē. i. per significatum illi⁹ velaminis qđ duo tabernacula diuidebat. i. ꝑ carnē suā. Uelamē eni illud qđ sancta sanctoꝝ occultabat: carnē christi / q̄ deitatē sibi vnitā velabat: pꝛefigurabat. Unde expirāte christo in cruce cōsummatis oibus: scissum est velū templi: significās apertā esse viam in christo intrandi in sancta sanctorū. Uel ita iniciauit nobis viā per velamē. i. ꝑ carnem suā: cui⁹ carnē et sanguinem in accessu mortis accipim⁹ viaticū ad patriā. Carnem dico ꝛ sanguinem specie panis velatā. Iniciauit nobis ꝑ carnē suā: et per se sacerdotē quottidie patrē pro nobis interpellantē. Sacerdotē dico magnū ad cōparationē legaliū. Magnū dico constitutū sup domū dei. i. ꝑsentē et futurā ecclesiā. Nos inqꝫ fratres habētes talē fiduciam accedamus. i. approximemus ad dn̄m cū vero corde. i. cū recta intelligētia i plenitudine fidei. i. habētes fidē: nō de q̄busdā tm̄: sꝫ de oīb⁹ credēdis plenariā. Accedam⁹ inqꝫ aspersi corda. i. habētes mūdata corda: nō solū a peccato: sed etiā a mala cōscientia: ꝙ nec cuiuslibet mali cōscientia nos mordeat: et abluti corp⁹ aqua mūda. i. habētes purificatā carnē baptismo mūdātē nos. Teneamus ope ꝛ corde cōfessionē: ꝙ si ingruāt mala: inde non formidemus id confiteri christū. Cōfessionē dico indeclinabilem. i. ꝙ nec ad dexterā declinem⁹ / nec ad sinistrā: q̄ confessio est causa nr̄e spei. Si eni fidē christi in cōspectu ꝑsecutoꝝ nō timuerim⁹ ꝯfiteri: tunc ꝑ certo sperare possum⁹ futurā glīā sctis. Diceret ille Quis tādiu ꝛ tāta tolerādo posset sperare rē fortasse nunqꝫ habendā? Ad hꝫ paulus. Si audacter cōfitemini: salua spes est vobis: q2 de⁹ est fidelis et mētiri non pōt: qui repromisit cōfitētibus se bona q̄ speratis. Teneam⁹ cōfessionē et cōsiderem⁹ inuicē. i. alter alterū nō in litigio ꝛ detractione: sed i ꝑuocatiōe charitatis ꝛ bonoꝝ operū. i. vt alter exēplo alteri⁹ ꝑuocet ad dilectionē ꝛ ad bn̄ operādū Nos dico nō deserētes collectionem nostrā. i. ꝯgregationē ecclesie: timore vigētiū persecutoꝝ territi: sicut est cōsuetudinis q̄busdā vt ad tp̄us credāt: ꝛ in tpe tēptatiōis recedāt. Nō deserētes: sꝫ ꝯsolātes collectionē ecclīe: tanto magis laborātes in hoc / quāto ampli⁹ videritis appropinquātē diē mortis. Uel ita ꝑuocemus frēs ad charitatem nō deserētes collectionē nostrā. i. si peccauerint frēs: nō ideo supbe indignātes separemur ab eis: sicut est ꝯsuetudinis q̄busdā / vt labēti fratri dedignent cōpati: sed cōsolātes nostrā collectionē: et tāto magis ꝑ ꝯpassionē reuocate eos a malis quāto videritis appropinquantē diē retributiōis. Malis male: bonis bn̄. Ideo teneam⁹ fidem et cōfessionē non deserentes collectionē nostrā. Hec oīa predicta ideo faciam⁹: q2 nobis peccātib⁹ voluntarie. i. ex volūtate ꝛ ꝓpria deliberatiōe i pctō manētib⁹: post acceptā noticiā veritatis. i. postꝗ xp̄m q̄ ē ipsa veritas cognouim⁹: fidēqꝫ suscepim⁹: si volūtas peccādi perdurat in nobis / iam nō relinquit: nihil ꝑderit nobis christus factus hostia ꝑ peccatis delendis. Uł ita iā nō relinquitur. i. nō reseruat christ⁹: vt ꝑ iterū peccātibus: iterū fiat hostia ꝑ pctis. Sꝫ hꝫ relinquit nobis: scꝫ q̄dā terribilis expectatio iudicij futuri: ꝛ relinquit nobis emulatio. i. inuidia ignis: q̄ emulatio cōsūptura ē aduersarios veritatis. Probat a minori puniēdos eē peccātes in xp̄m dicēs. Uere q̄ volūtarie peccat: in veritate punicē

Matth. xxvij. f. Mar. xv. d. Luce. xxiij. f.

Fratres peccantes non sūt supbe deserēdi.

Nā aliquis ꝑuaricando faciēs irritam
legē moysi q̃ non erat nisi vmbra verita-
tis moꝛit̃ sine vlla miseratione cōuictus
de pctō sub duob⁹ vel trib⁹ testib⁹. Et si
ꝑuaricās ĩ lege moysi moꝛit̃: quāto ma-
gis putatis cū mereri deterioꝛa suppli-
cia q̃ ꝯculcauerit filiū dei? Ille cōculca
bilem et nimis vilē itelligit filiū dei/qui
ad remittēda pctā cū ĩpotentē dicit: ni-
si adiūgat̃ circūcisio: et qui dixerit.i.in-
tellexerit sanguinē testamēti esse pollu-
tū.i.sanguinē xp̄i quo cōfirmatū est testa
Sangui nē xp̄i dicūt aliq̄ esse pollutum. mentū nouū. Sanguinē chꝛisti dicit ille
pollutū: q̃ in eo dicit nō posse mūdari oē
delictū. Si eni xp̄us munda hostia fuit:
ꝛ ab oī culpa mūdare potuit: q̄ꝫ si mūda
re nō potuit: sequit̃ vt polluta hostia fue
rit. in quo sanguine sanctificatus est qui
cūq; baptizat⁹. Ille etiā deterioꝛa me-
ret̃ q̃ fecerit cōtumeliā spiritui sancto.
Qui aliūde q̄ꝫ ꝑ spm̄ dicit pctā remitti/ĩ
spm̄ cōtumeliose agit. Spūi dico grē q̃
gratis dat̃/et gratis pctā remittit. Dice
ret ille. Licet lex moysi q̃ sine mīsicoꝛ-
dia erat/dānaret pꝛeuaricatoꝛes suos:
xp̄s tamen q̃ miam et grām attulit licet
peccem⁹: nō tm̄ non dānabit/sꝫ indulge
bit. Ad hoc remouēdū paul⁹ ꝓbat xp̄m
eē iudicē: nec ꝓpter miam deseruisse iu
diciū dicēs. Uere cōculcās filiū dei de
terioꝛa patiet̃. Nos eni scim⁹ eū q̃ dixit
h̄ in deuteronomio. Mihi reseruate vin
dictā. si ꝓxim⁹ peccat. mea est vltio in ꝓ-
ximū/ꝛ ego retribuā eis in tpē ꝓ mō de
licti. Qꝛ si peccare in ꝓximū nō deserit
inultū: quāto magis peccare in seipsū?
Et iterū scriptura appꝛobans iudicium
dei ait: qꝛ iudicabit dn̄s populū suū. Et
qꝛ dn̄s iudicās reddet vnicuiq; vindictā
peccati/videte ne peccetis ait paul⁹. Qꝛ
hoꝛrēdū est incidere in man⁹ dei viuētis
.i.q̃cūq; vult potētis. ¶ Post q̄ꝫ asperi⁹
coꝛripuit illos: nūc rememoꝛādo ꝑoꝛa
bona illoꝝ blandit̃ eis/vt q̃s terroꝛe iu-
dicij ꝑcussit: q̃busdā blandicijs alliciat
dicēs. Uidete ne incidatis in man⁹ dei:
sed rememoꝛamini pꝛistinos dies ĩ q̃b⁹
vos illuminati p fidē statim accepta fide
sustinuistis magnū certamē passionum.
Multa eni tūc passi estis a cōtribulibus
vestris. Sustinuistis vtiq; passiones: et
enim in altero.i.in vna pte q̃dē facti estis
spectaculū mūdo oppꝛobꝛijs.i.pꝛopter
oppꝛobꝛia ꝛ tribulatiōes illatas vobis.
In altero āt.i.ex vna pte effecti estis so-
cij ꝯuersantiū taliter sicut nos.i.omniū
illoꝛū q̃ in religiōe fidei cōuersabantur
vobiscū. Uere socij. Nā ꝛ vos compassi
estis vinctis: ministrādo eis in vinculis
necessaria de bonis vestris: ꝛ oppꝛobꝛia
et tribulationes passi estis. Uos eni su-
scepistis cū gaudio rapinā bonoꝝ vr̄oꝝ:
cognoscētes vos hr̄e in celis substantiā
melioꝛē: qꝛ spiritalē ꝛ ꝑmanētē. Et quā-
doquidē tales in pꝛincipio fidei fuistis:
itaq; nolite degenerando amittere cōfi
dentiā vestrā.i.bona opera ꝑ q̃ licet con
fidere: q̃ cōfidētia si perseuerat/magnā
habet remunerationē. Dicerēt illi: diffi-
cile est tot vexationes: ꝛ tādiu pati. Ad h̄
paulus. Nolite amittere: sed estote lōga
nimes in patiendo: qꝛ patiētia longani-
mis est vobis necessaria: vt patiendo fa-
ciētes volūtatē dei repoꝛtetis ꝓmissio-
nē.i.ꝓmissam gloꝛiā. Nec semꝑ opoꝛte-
bit pati: qꝛ adhuc modicū quidē tpis et
aliquātulū passionis: sed leue ꝛ momēta
neū restat. Et post hoc veniet vobis ille
q̃ vētur⁹ est. Et post q̄ꝫ venerit: nō tarda-
bit.i.nō tarde dabit vobis gloꝛiam quā
ꝓmisit: martyribus nō tardat̃ glīa: sed
statim excūtibus de mundo dat̃. His au
tē q̃ in pace ecclesie quiescūt tardare vi-
det̃: pꝛopterea qꝛ de q̃busdā q̃ illicite cō
traxerūt: necesse est pꝛi⁹ penitētiā agere.
Qui vēturus est veniet ꝛ nō tardabit: et
interim dū nōdū venit: vos iusti ex fide
viuetis: qꝛ dixit de⁹ ꝑ ꝓphetā: iust⁹ me⁹
ex fide viuit. Si vero iust⁹ subtraxerit se
a fide/nō placebit aīe.i. volūtati mee. Di
co si subtraxerit se: sed nos nō sum⁹ filij
subtractiōis ituri sic in ꝑditionē: sed su-
mus fidei in acquisitionē.i.ad hoc vt ꝑ fi
dem acquiramus salutē aīe nostre.

¶ Capitulum.xj.

Est aūt fides sperā-
darū substātia rez:
argumentū non ap
parētiū. In hac eni
testimoniū ꝯsecuti
sunt senes. Fide in- Gen.j.a
telligimus aptata esse secula verbo
dei: vt ex inuisibilib⁹ visibilia fie- Gen.
rent. Fide plurimam hostiam abel iiij.a.

q̄ cayn obtulit deo: per quam testi
moniū consecutus est esse iustus: te
stimonium perhibēte muneribus
eius deo: et per illam defunctꝰ ad
Gen. v. d Sapie. iiij. b. Eccli. xliiij. c. huc loquit̄. Fide enoch trāslatus
est, ne videret mortem: et non inue
niebat̄: q̄ trāstulit illū deꝰ. Ante
trāslationē eni eiꝰ testimoniū habuit
placuisse deo. Sine fide aūt īpossi
bile est placere deo. Credere enim
oportet accedentē ad deū q̄ est: et
Genes. vj. b. Eccli. xliiij. c. inquirētibꝰ se remunerator sit. Fi
de noe respōso accepto de his que
adhuc nō videbātur: metuēs apta
uit archā in salutē domꝰ sue: p̄ quā
dānauit mundū: et iusticie q̄ p̄ fidē
† Ar. factus. est, heres ē īstitutꝰ. † Fide q̄ vocat̄
xxxij. q. abraam obediuit in locū exire quē
iiij. quis ignoret. accepturus erat in hereditatem: et
Genes. xij. a. et xiij. a. exijt nesciēs quo iret. Fide demo
ratꝰ est in terra repromissiōis tanq̄
in aliena: in casulis habitādo cum
ysaac et iacob coheredibꝰ repromis
sionis eiusdē. Expectabat eni fun
damēta habentē ciuitatē: cuiꝰ arti
Genes. xxj. a. fex et cōditor deꝰ. Fide et ipsa sara
sterilis virtutē in cōceptione semi
nis accepit: etiā p̄ter tp̄us etatis:
qm̄ fidelē credidit eē eū q̄ repromi
serat. Propt̄ q̄d et ab vno orti sunt:
et hoc emortuo tanq̄ sidera celi in
multitudine: et sicut arena q̄ est ad
oram maris inumerabilis. Juxta
fidē defuncti sunt oēs isti: non acce
ptis repromissiōibꝰ: sed a lōge eas
aspiciētes: et salutātes: et confiten
tes: q̄ peregrini et hospites sūt sup
terram. Qui eni hec dicunt: signifi
cāt se patriā inquirere. Et siquidē
illius meminissent de q̄ exierūt: ha
xxiij. q. iiij. si ecclesia. bebant vtiq̄ tēpus reuertēdi. Nūc
autē meliorem appetunt id est cele
stē. Ideo nō ꝯfundit̄ deus: vocari

deus eorum. Parauit eni illis ci
uitatē. Fide obtulit abraam ysaac Genes.
cū tētaret̄: et vnigenitū offerebat in xxij. a.
quo susceperat repromissiones: ad Eccli. xliiij. c.
quē dictū ē: q̄ ī ysaac vocabit̄ tibi
semen: arbitrās † q̄ et a mortuis su † Ar. cogitās
scitare potens est deus. Unde eū et
in parabolā accepit. Fide et de fu Genes.
turis benedixit ysaac iacob et esau xxvij. d. et. xlviij
Fide iacob moriēs singulos filio c. et xlix
rum ioseph bñdixit: et adorauit fa a.
stigiū virge eius. Fide ioseph mo Gen. l. d
riens de p̄fectiōe filiorū israel me
moratus est: et de ossibꝰ suis māda
uit. Fide moyses natꝰ occultatus exo. ij. a
est mēsibꝰ tribꝰ a parētibꝰ suis, eo
q̄ vidissent elegantē infantē: et non
timuerūt regis edictū. Fide moy Exodi.
ses grādis factus negauit se esse fi ij. b.
lium filie pharaōis: magis eligēs
affligi cum populo dei: q̄ tempora
lis peccati habere iocunditatē: ma
iores diuitias estimans thesauro
egyptiorum improperium christi.
aspiciebat eni in remunerationē.
Fide reliquit egyptū: non veritus
animositatē regis. Inuisibilē eni
tanq̄ vidēs sustinuit. Fide celebra Exodi.
uit pascha et sanguinis effusionē: xij. b.
ne qui vastabat † p̄mitiua: tange † Ar. va
ret eos. Fide trāsiert mare rubrū starer.
tanq̄ per aridam terram: quod ex Exodi. xiiij. g.
perti egyptij deuorati sunt. Fide Josue.
muri hierico corruerūt circūitu die vj. c.
rum septē. Fide raab meretrix nō Josue.
perijt cum incredulis: excipiens ij. a.
exploratores cū pace. Et quid ad
huc dicam? Deficiet enim me tem lvj. dist. nasci. ibi iepte.
pus enarrantē de gedeon, barach,
sampson, iepte, dauid, samuel, et p̄
phetis: qui per fidem vicerunt re
gna: opati sunt iusticiā: adepti sūt
repromissiōes. Obturauerūt ora

leonum: extinxerūt impetū ignis. Effugauerūt aciem gladij: ꝯualuerunt de infirmitate: fortes facti sūt in bello. Castra verterūt exterorū: acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos. Alij autē distenti sunt: non suscipiētes redemptionē: vt meliorē inuenirēt resurrectionem. Alij vero ludibria ⁊ verbera experti: insuper ⁊ vincula / et carceres: lapidati sunt / secti sunt / tentati sūt: in occisiōe gladij mortui sūt. Circuierunt in melotis / in pellib⁹ caprinis: egentes / angustiati / afflicti: quibus dignus non erat mundus. In solitudinibus errātes: in mōtibus ⁊ spelūcis / ⁊ in cauernis terre. Et hi oēs testimonio fidei ꝓbati non acceperūt repromissionē: deo ꝓ nobis melius aliquid prouidēte: vt nō sine nobis cōsūmarent.

Expositio capituli. xj.

Quia de fide sermonē incepit dicēs. Nos sum⁹ filij fidei ⁊c. subiungit quasi diffinitionē fidei: que tñ non est diffinitio / sed fidei cōmēdatio. Ad cui⁹ fidei cōmēdationem diu īmorādo multa veterum exempla supponet. Ait autē. Nos sum⁹
Fides quid est. filij fidei. Fides aūt est substātia. i. existētia ⁊ acquisitio rerū sperandaꝝ. i. futurorum bonoꝝ: que singulariter ⁊ precipue sperāda sunt. Fides inq̃ sic est substātia futurorū bonoꝝ: qꝛ nec sine fide in quolibet subsistunt: nec nisi per fidē acquiruntur. Uel ita dicamus. Fides in presenti habita est in futuro substantia rerū. i. bonorum celestiū. Merito eni hic habite fidei tunc subsistūt bona illa in eo qui fidē in hoc mūdo habuit: rerū dico nunc per fidē sperandarū. Fides etiā est argumētū. i. approbatio rerū non apparētium. i. bonoꝝ: que (dū in hoc mundo manem⁹) videre non possumus. Si quis eni considerat abraam quo merito fidei possedit gloriā. idem de se potest sperare / ꝙ si per fidem imitabit abraā: sicut ille: quā non vidit / per fidem possidebit gloriā. Dico fides est substātia futurorū bonorū ⁊ argumētū. Propterea sic cōmēdo fidē: qꝛ in hac. i. in fide. senes. i. antiquiores patres consecuti sunt bonū testimoniū. Senes dicit nō etate: sed tēporis ꝓcessione. Abel enim si iunior annis: senior tamē q̃ abraā antiquitate ꝓcurris tēporis. Sed opponeret aliquis. Fidē dicis argumētum esse rerū que nō apparent. Sed quō credi possunt q̄ videri nequeūt? Ad hoc paulus. Fides vtiq̃ argumentū est rerū non apparētiū. Nam fide. i. per fidem intelligimus secula aptata. i. apte formata esse. Aptata dico verbo. i. filio vel imperio dei qđ idē est. Et si de seculis credimus ꝙ ꝑ verbū dei formata sint (qđ tñ nemo vidit hominū) Credam⁹ similiter per fidē de rebus nondū apparentibus. Secula inq̃ credimus aptata verbo dei ita vt fierent visibilia. i. res visibiles ex inuisibilib⁹: quādo eni chaos erat sicut scriptum est. Tenebre erāt super faciem abyssi. Gen. j. c. Tenebre ideo quia elementa illa videri non poterāt: etiā si tunc esset qui visū humanum haberet. Sed postq̃ elementa separata sunt: ⁊ creaturis formatis in quādam spissitudinem coalescēdo creuerūt: elemēta prius inuisibilia iam fuere visibilia. Nec mirum si videri non poterāt licet res essēt corporee / cum humorē illum qui est ī grano seminis vnde culm⁹ et spica pullulat: videre nec discernere possim⁹: licet in illa massa grani cōtineatur. Uel ita sunt verbo dei vt fierēt visibilia ex inuisibilib⁹. i. ſm īuisibilia q̄ precesserāt in cōsilio dei. Prius eni de⁹ ab eterno in ꝯsilio suo omniū creaturaꝝ formas disposuit: ⁊ ſm ꝙ singula in consilio ꝓordinata fuerāt inuisibilia adhuc ſm modū illū facta sūt visibilia ī tpe formationis singuloꝝ. Uere senes ꝯsecuti sūt testimoniū ꝑ fidem. Abel enim fide. i. per fidē obtulit hostiā plurimā. i. magis acceptabilem deo q̃ fuerit hostia caim. Hostia abel grata deo fuisse cognoscit / Hostia abel fuit grata: hostia uo caim ingrata fuit. quia agn⁹ quem obtulit igne diuino consumptus sit. Hostia caim reprobat: quia non superueniente igne manipulus frugū quē obtulit integer māsit. Per quā fidē abel iust⁹ consecut⁹ est testimonium hoc scȝ se esse iustum. Ait eni christus in euāgelio. A sanguine abel iusti ⁊c. Matth. xxiij. c. Moyses aūt iusticiā abel cōmēdat: ⁊ multi ꝓphetarū. Cōsecutus est abel testimoniū deo

perhibente testimonium muneribꝰ eius
sicut prefati sumꝰ: et per illam fidē abel
defunctus loquitur adhuc: qꝛ facit nos
loquentes de fide eius. Enoch etiā ꝑ fi-
dem quā habuit trāslatꝰ est ad alias pa-
trias: ideo ne videret mortē: ⁊ trāslatus
nō inueniebatur: qꝛ deꝰ trāstulit illū: qui si
ab hoīe trāslatus esset / facile inueniretur.
Deus ideo trāstulit eū: qꝛ ante trāslatio
nē habebat testioniū placuisse deo. Per
fidem sic isti placuerūt deo. Sine fide autē
īpossibile est aliquē placere deo. Uere si
ne fide nemo placebit deo. Nā accedē-
tem .i. volētē approximare ad deū / opoꝛ
tet credere qꝛ deus vnus est: et qꝛ deus
sit remūeratoꝛ īquirētibꝰ se. Si hoc solū
crederēt gētiles ꝙ creatoꝛ vnus esset: et
singulis ꝓ eoꝛū actibus retribueret sa-
tis esset illis. Noe etiā accepto responso
de his q̄ nō videbātur adhuc .i. de diluuio
futuro metuens illud diluuiū per fidem
quā habuit in verbis dn̄i / aptauit archā
in salutē domꝰ sue .i. ī qua saluaret filios
suos et filias. Per quā fidē: qꝛ ſm verbū
dei futurū credidit diluuium: dānauit .i.
dānabilem fecit mūdū. Dū enī noe credi
dit: et hoīes stultū esse crediderūt ꝙ pre-
parabat archā ī qua saluaret domū suā:
cōparatiōe fidei eiꝰ dānati sunt. Et ipse
noe est institutus heres iusticie eius q̄ est
per fidem. Nūc ad patres iudeoꝛū descē
dit ostendens in eis et in prioribꝰ omnē
iusticiā ex fide habuisse originē. Ille ēt
qui merito fidei nunc vocatur abraā prius
dictus abram ꝑ fidē / obediuit deo exire
de vr caldeoꝛū in locū illū quē merito fi-
dei accepturꝰ erat in hereditatē. Obe-
diuit inq̄ʒ et exijt de terra natiōis sue ne
sciens quo iret. Idem abraam ꝑ fidē mo
ratus est in terra repꝛomissionis tāq̄ʒ in
aliena: habitādo ibidē in casulis .i. in ten
toꝛijs cū isaac et iacob: nō ꝙ iacob eodē
tpe qn̄ abraam fuerit: sed qꝛ iacob eandē
terrā sicut abraā habitauit: inquirēs cū
patribus suis non illam sed veram terrā
repꝛomissionis. Isaac et iacob dico co-
heredibus eiusdem repꝛomissiōis: illis
enī frequēter deus sicut abraam repꝛo-
misit. Abraam ideo habitabat ī casulis:
qꝛ expectabat ciuitatem habentē funda
menta .i. stabilitatē eternitatis celestem
scʒ hierusalem: cuius ciuitatis deus est
artifex: id est arte sua disponens ibi sin-
gula: ⁊ idē eoꝛū q̄ disponit est conditoꝛ
ipsemet fabricās illa. Abraam habitans
in casulis ostēdebat se nō curare hieru-
salem terrenam: sed inquirere celestem.
Ipsa etiam sara sterilis: et nonagenaria
per fidem accepit virtutem in conceptio
ne .i. concipiendi seminis: ipsa dico non
solum sterilis: sed etiam preter tempus
etatis: quia (sicut dictū est) nonagena-
ria erat: accepit iō quoniā credidit de-
um esse fidelem .i. veracem qui illi ꝓmi-
serat semen. ꝓpter q̄ꝺ quia deum credi-
dit fidelē. Et ab vno vētre vel ab vno pa
tre: et h̄ vno emoꝛtuo vel ventre: vel pa-
tre / oꝛti sūt filij tanq̄ʒ sidera celi: nec ſm
claritatē virtutū cōparo siderībꝰ: sʒ eū-
do in multitudinē eoꝛū. Oꝛti sūt etiā si-
cut harene: nec iterū ſm sterilitatē tantū
arene cōparo: sed que est innumerabilis
.i. ſm īnumerabilitatē eoꝛum: q̄ arena est
ad oꝛam maris / id est iuxta littus genti
litatis. Multi enim de filijs abrae virtu
tibus micuerunt vt sidera: multi steriles
et infructuosi: in litꝰ † gentiliū sunt pre-
cipitati. Et oēs isti abraam scʒ / isaac / et
iacob defuncti sunt: etiam cū moꝛerētur
existentes iuxta fidē .i. credentes se acce
pturos promissa dei. Defuncti inq̄ʒ sunt
non acceptis repꝛomissionibus in vita:
sed aspicientes eas repꝛomissiones futu
ras a longe .i. in diebus chꝛisti: et salutā
tes sicut naute patriam quā a lōge vidē-
tes multum desiderant: et confitētes de
se quia ipsi sunt super terram peregrini /
semper ad alia transeuntes: et hospites
.i. aliunde venientes. Ideo et sic confitē-
tes: qui enim dicunt hec scilicet se pere-
grinos esse et hospites: his verbis signi
ficant se veram patriā inquirere. ¶ Dice
ret aliquis. inquirebāt alienam: quia foꝛ
tassis ad suam patriam reuerti non pote
rant. Ad hoc paulus. hec dicebant: et si
quidem meminissent illiꝰ patrie de qua
exierunt / volētes illuc reuerti: vtiq̄ʒ ha
bebāt tempus / id est oppoꝛtunitatem re-
uertendi. Sed nunc postq̄ʒ illius nō me-
minerant / appetunt melioꝛem patriam /
id est celestem. Et quia celestem appetūt
ideo deꝰ non confunditur / id est nō erube-
scit vocari deus eoꝛum vt dicatur deus
abraā / isaac / et iacob. Ideo deus eoꝛū
vocatur: quia parauit illis celestem ciui-
tatem. Abraam iterum per fidem obtulit
isaac cum temptaretur: deꝰ non tempta-
bat abraam quasi qui fidem eius ignoꝛa

Enoch trāslatꝰ est / ne moꝛtem videret.

Fides noe recō mēdatur.

Abrae fides magna fuit.

Fides sare cō mēdatur.

† Al's. ritus.

ret: sed vt ipse abraam et mundus virtutē sue fidei cognosceret. Et ne putaretur abraam ideo imolare isaac: quia in alio filio implendas expectaret promissiones ait. et ipse abraam qui susceperat repromissiões ad quē dictum est: quia in isaac vocabit tibi semē: ipse offerebat huncvnigenitū: arbitrans / quia deus potens est eum suscitare a mortuis: et per eum suscitatum abraae vocari semē. Unde quia ita credidit: accepit eum filium et in multiplicationē seminis: et in parabolam .i. in figuram christi. Aries enim qui inter vepres cornibus herens repert⁹ est: et isaac vnū christum deum hominem significabant. Per hoc igit̄ quod aries qdē est imolat⁹ / isaac vero morti subtractus: significatū est christum s̄m carnem passurum: s̄m diuinitatem vero mortis discrimen non esse sensurū. Aries enim immolatus carnem christi immolādā. Ysaac vero subtractus diuinitatem christi nō ledēdam per passionem prefigurauit. Ysaac etiā benedixit iacob: et esau habita fide: et de illis quomodo maior seruiret minori: et de futuris quorū tipū gerebant: scʒ quomodo primogenitus iudaicus populus primogenita sua (cultū scʒ dei) desereret: et minor gentilis sibi vsurparet. Jacob in egypto moriens per fidem benedixit singulos filiorum ioseph: scʒ manassem et ephraim: et adorauit fastigium virge eius ioseph: qui secundus a rege egypti sceptrum gerebat in signum sue dignitatis / adorauit fastigiū virge .i. christum per ioseph figuratum: cui virga equitatis est virga regni sui. Joseph moriens fide .i. per fidelem memoratus de profectione filiorum israel quod profecturi essent de egypto: et hoc memorans mandauit de ossibus suis vt deferrentur ad sepulturam abrae: confidēs et resurrecturos esse cum christo illos quibus facta erat repromissio si corpora eorum inuenirētur in terra repromissionis. Moyses natus per fidem: quia crediderunt parentes hunc magnum futurum: vidētes ei⁹ elegantiam occultatus est tribus mensibus a parentibus suis / eo quod vidissent infantem elegantem: et non timuerunt edictum regis qui omnem masculum in pueris hebreorum iusserat interfici. Moyses etiam grandis factus / negauit se esse filiū filie pharaonis per fidem: eligēs magis affligi cū populo dei / quam habere iocunditatem temporalis peccati: et improperium christi quod in se patiente pro christo prefigurabat: estimans esse diuitias maiores omni thesauro egyptiorū. Ideo sic estimās: quia aspiciebat in remunerationem futuram non in laborē presentem vel iocunditatem. Moyses per fidem reliquit egyptū: educēs inde populum iudeorum: non veritus animositatem regis egyptiorum. Ideo nō veritus: quia sustinuit inuisibilem / id est expectauit deum quē videre non poterat tanquam corporaliter eum vidēs / adhibēs fidem sermonibus dei. Idē moyses celebrauit pascha effusiōe sanguinis agni per fidem: ideo ne qui vastabat primogenita egypti tāgeret iudeos. Fidē habuit in sanguine agni quod per virtutem agni innocentie (id est christi quem prefigurabat) posset saluari. Filij isrl' per fidē trāsierunt mare rubrū tanquam per aridam terram. Et ne quis dicat hoc fuisse casum quod scilicet trāsire mare egyptij experti / deuorati sunt. Muri hierico per fidem corruerunt circūitu septem dierum. Raab meretrix excipiens exploratores iudeorum cum pace non perijt cum incredulis propter fidem qua credidit quod deus traderet vrbem in manus iudeorum. Multa de laude fidei dixi: et quid adhuc amplius dicam: tempus enim (si exequar oīa de fide) deficiet / id est deseret me enarrātē de gedeon qui vellus in area posuit. De barac qui fide populū liberauit. De samson qui per fidem multa operat⁹ est. De iepte qui dux populi liberauit populum licet stulto voto filiam immolauerit. De his quattuor in libro iudicū plen⁹ inuenitur. De dauid etiā qui multa per fidē fecit: et de samuel et alijs prophetis qui vicerunt regna / id est reges superauerūt per fidem: qui etiam operati sunt iusticiam per fidem: adepti sunt repromissas beatitudines per fidem. Obturauerunt ora leonum per fidē vt daniel. Extinxerunt impetum ignis vt tres pueri. Effugarūt aciē gladij vt iudas machabe⁹. Conualuerūt de infirmitate vt ezecchias. Fortes facti sūt i bello quam plures euerterūt castra exterorum illis fugatis. Mulieres acceperūt mortuos suos de resurrectione venietes: vt vidua sareptana per heliam filium vnicum: et suna

mitis per heliseum. Alij autem distenti
sunt in eculeis / vt septem machabei non
suscipientes redemptionem / id est nolē=
tes a tormentis redimi vt merito passio=
num inuenirēt meliorem resurrectionē.
☞ Quāto enim magis quis patitur: tanto
melius coronabitur. Alij vero sūt exper
ti ludibria: et verbera insuper: et vincu=
la: ⁊ carceres. Lapidati sunt: secti sunt vt
esaias. Tēptati sunt: an timore pene ne=
garent fidē. Mortui sunt in occisiōe gla
dij. Circūierunt fugiēdo hac illac in me
Melota qd est — lotis. Melota est (vt aiunt) vestimentū
de pilis camelorum. Uel melus animal
est qd dicit taxo / et a melo melota dici=
tur. Circūierunt etiam in pellibus capri
nis / egentes tēporalibꝰ: angustiati ani=
mo / afflicti corpore: quibꝰ sanctis mun
dus non erat dignꝰ vt tales haberet: vel
qbus dignus non erat mundus: fm ver=
ba impiorum dicentium / hij tales inqui
namentum mūdi sunt: purgetur mūdus
ab illis. Errantes in solitudinibus vt
mathatias: et qui cum eo erant: et in mō=
tibus: et in speluncis: et in cauernis ter=
Spelunce q̄ dicū tur. — re. Spelūce naturales fouee sūt. Cauer
ne arte cauate. Et hi omnes probati te=
stimonio fidei non acceperunt repromis
sionem / id est repromissam hereditatem
deo prouidente aliquid melius pro no=
bis: scilicet vt priores sancti non cōsum
marentur in perfectione iocunditatis
sine nobis. Si enim sine incarnato chri=
sto acciperent illi eternam beatitudinē
christus non incarnaretur: quia frustra
cum alio modo salus existeret: ⁊ sic prio
res sancti saluarentur sine nobis.

Capitulum. xij.

Ephes. iiij. f. Coloss. iij. a. j. pe. ij. a — Ideoqꝫ et nos tantā
habentes impositā
nubem testium: de=
ponentes omne pō
dus: et circunstans
nos peccatum per
patientiam curramus ad proposi=
tum nobis certamē: respiciētes in
auctorem fidei / ⁊ cōsummatorem
iesum: qui ꝓposito sibi gaudio su=
stinuit crucem: confusione contem
pta: atqꝫ i dextera sedis dei sedet.
Recogitate enim eū qui talem su=
stinuit a peccatoribus aduersus se
metipsum cōtradictionem: vt non
fatigemini animis vestris deficiē=
tes. Nondum enim vsqꝫ ad sangui
nem restitistis aduersus peccatum
repugnantes: et obliti estis conso=
lationis que vobis tanq̄ filijs lo=
quitur dicens. Fili mi noli negli= — prouer. iij. a
gere disciplinam domini: neqꝫ fati — Apoc. iij. d.
geris: dum ab eo argueris. Quem — xxiij. q. iiij. ca
enim diligit dominus castigat: fla — vidictis.
gellat autem omnem filium quem
recipit. In disciplina perseuerate.
Tanq̄ filijs vobis offert se deus.
Quis enim filius quem nō corri=
pit pater? Qꝫ si extra disciplinam
estis: cuiꝰ participes facti sunt om
nes: ergo adulteri ⁊ non filij estis.
Deinde patres quidem carnis no
stre eruditores habuimus: ⁊ reue=
rebamur eos. Num multo magis
obtemperabimus patri spirituum
et viuemus? Et illi quidem in tem
pore paucorum dierum fm volun=
tatem suam erudiebāt nos: hic au=
tem ad id quod vtile est in recipiē=
do sanctificationem eius. Omnis
autem disciplina in presenti quidē
videtur non esse gaudij: sed mero=
ris: postea autem fructum pacatis=
simum exercitatis per eam reddet
iusticie. Propter qd remissas ma= — xlix. di.
nus et soluta genua erigite: ⁊ gres= — ca. j. v. claudus
sus rectos facite pedibus vestris:
vt non claudicans qs erret: magis
autē sanet. Pacē sequimini cū om — Roma.
nibus et sanctimoniā: sine qua ne= — xij. d.
mo videbit deū. Contemplantes
ne quis desit gratie dei: ne qua ra=
dix amaritudinis sursū germināS
ipediat: et per illā inquinent multi

Genes. xxvii.b Ne quis fornicator aut prophan⁹ vt esau: qui propter vnam escam vē † Al. p. didit primitiua † sua. Scitote eni mogeni= quoniā et postea cupiens heredita ta. re benedictionem / reprobat⁹ est. Non enim inuenit penitentie lo= cū: q̄q̄ cum lachrymis inquisisset Exodi. xix.b. eam. Nō enim accessistis ad tracta bilem: et accessibilem ignem: et tur binem: et caliginem: et procellam: et Exodi. xx.c. tube sonum / et vocem verborū: quā q̄ audierūt: excusauerunt se ne eis fieret verbum. Non enim portabāt Exodi. xix.b. quod dicebatur: et si bestia tetige rit mōtem / lapidabitur. Et ita ter ribile erat quod videbatur. Moy ses dixit. Exterrit⁹ sum et treme būd⁹. Sed accessistis ad syon mō tem et ciuitatem dei viuentis hie rusalem celestē: et multorum miliū angelorū frequentiā: et ecclesiā pri mitiuorum qui cōscripti sunt in celis: † Al. re. spūs vel spūum. et iudicem oīm deū: et spūm† iusto rum pfectorū: et testamēti noui me diatorē iesum: et sanguinis aspersionem: meli⁹ loquentē q̄ abel. Vi dete ne recusetis loquentē. Si enī illi nō effugerūt recusantes eū q̄ su per terrā loquebat: multo magis nos qui de celis loquentem nobis auertim⁹: cuius vox mouit terrā tunc: nūc autem repromittit dicēs. Aggei. ii.b. Adhuc semel: ego mouebo non so lū terrā: sed et celum. Quod autem adhuc semel dicit: declarat mobili † Al. fa cturam. um translationē tanq̄ factorū † vt maneant ea que sunt immobilia. Itaq; regnū immobile suscipiētes † Al. ha beam⁹. habem⁹ † gratiam: per quā seruia mus placentes deo cum metu et re Deut. iiii.b. uerentia. Etenim de⁹ noster ignis consumens est.

¶ Expositio Cap. xij.

Adductis tot cōmendationibus fidei infert ex omnibus. Quan doquidē fides tot testimonijs commendabilis est: ideo sicut priores ita et nos habentes tantam nu bem testium cōmendantium fidem impo sitam nobis. Nube ideo dicit: quia sicut nubes ab estu protegit et pluuia: sic pre fatorum sanctorū exempla muniunt nos Exēpla sanctorum muniūt nos cō tra irruē tia mala contra irruentia mala. Nos etiam sicut illi deponentes per penitentiā omne pō dus peccati qd perpetrauimus: deponē tes etiam peccatum nos circunstans vn diq;. i. omnē prauā suggestionē per patiē tiā curram⁹: nō reflexi a bono certamē propositū nobis. nō eni ad blādicias vo cati sumus: sed ad tolerandos labores Curram⁹ inq̄ imitando aspicientes in ie sum auctorem fidei nostre. i. qui nos cō summabit in gloria si fides nostra perdu ret integra. Qui iesus sustinuit crucē cō tempta non tantum acerbitate: sed etiā confusione. i. erubescentia de ignominio so genere mortis. Sustinuit inq̄ gaudio proposito sibi in gloria merito passionis Vel proposito sibi terreno gaudio. i. ter renis facultatibus propositis sibi a cru cifixoribus suis si vellet se diffiteri filiū dei. Atq; ideo q₂ crucem sustinuit: confu sionem contēpsit: sedet in dextera sedis . i. in equalitate sedentis dei patris. Cur ramus propositum certamen imitantes iesum: qui contēpta confusiōe sustinuit crucem: cum inq̄ aspicite crucem in mor te sustinentē: recogitate etiā eūdē iesum q̄ sustinuit cōtradictionē. vt sicut in mor te: sic etiam imitemini cum in patienda contradictione. Quicq̄d aduersitatis tu lit iesus vsq; ad horam passionis: signifi cat hic per contradictionē. Vel si habet: enim ita iungatur. Debetis aspicere iesū sustinentem crucem. Nam etiā hoc qd in christo minus est: sc₃ cōtradictionē quā sustinuit recogitate. i. frequēter debetis mandare memorie. Et ita ait. Recogita te iesum qui sustinuit contradictionē ta= lem. i. adeo cōtemptibilem et difficilem: quod q̄ magis potuit grauare eū: ipse q̄ peccatum nō nouit / illatā sibi a peccato ribus sustinuit non aduersus petrum vel quēlibet discipulorum: sed aduersus se= metipsum. Recogitate inq̄ hāc contra dictionem: ad hoc vt memores eius non fatigemini / id est ne sitis fessi patiendo

aduersa: vel si fatigamini corpore: ne fa-
tigemini in animis vestris: sed carne in-
firma spiritus tamen prompti sint. Si eni
tanta sit contradictio vt fatigentur ani-
ij. Cor. mi sicut idem paulus de se ait. Grauati
j. b. sumus supra modum: ita vt tedat nos vi-
uere: non tamē deficiētes: sicut nec pau-
lus defecit: licet fatigatus esset animus
Deficere esset si timore tribulationum fi-
dem negarent: debetis vtiqꝫ sine fatiga-
tione et defectu sustinere: quia et si resti-
tistis: nondū tamen vsqꝫ ad sanguinē / id
est nōdum effusus est sanguis vester: ꝙ si
oportet: pro fide patiendum est. Nondū
vsqꝫ ad effundendum sanguinem restiti-
stis: vos tamen repugnantes aduersus
peccatū. Ita dicēs in altero laudat eos
quia repugnauerunt. In altero ostēdit
adhuc posse ascēdere scꝫ ad effusionem
sanguinis. Repugnātes inqꝫ aduersus
peccatum ne locū haberet in vobis. Dū
enim impijs consentire renuitis / cōtra
peccatum statis: quibus si cōsentiretis:
peccatum statim locum haberet ī vobis.
Repugnastis olim aduersus peccatum:
& nunc quare obliti estis consolationis:
.i. diuinitatis vos in tribulatione conso-
lantis? que diuina consolatio loquitur no-
bis non tanqꝫ alienis: sed tanqꝫ filijs qs
fouere intendit dicens in salomone. O
prouer. tu fili mi noli negligere disciplinā .i. per-
iij. a. secutiones et verbera que sunt discipli-
na. In his eni homo addiscit quanta sit
fragilitas sua: & qꝫ parū virib9 suis pos-
sit: nisi presto sit gratia dei. Disciplinam
dico non persecutorum sed domini: ipsi
eni nihil possunt nisi ex permissione dei:
hoc modo purgare filios suos volentis
Noli negligere disciplinam: neqꝫ fatige-
ris .i. ne fessus refugias pati dum argue-
ris / id est reus esse conuinceris a deo p
hanc disciplinam indulgente tibi. Per
hanc enim disciplinam: homo et fragili-
tatem suam cognoscit: et (si patienter su-
stineat) indulgentiā promeretur de pec-
catis. Non debes fatigari dum argue-
ris: eū eni quē diligit dn̄s castigat .i. ī ca-
stitate & continentia vitiorum per disci-
plinā agit: illū quē diligit castigat: om-
nem autem filium quem recipit priusqꝫ
☞ recipiat / flagellat. Licet enim peccata
dimittat: nulli tamen pena remittitur:
quin vel in hac vita vel in futura solua-
tur. vel ab ipso homine spontanea volū-
tate / qd̄ opus accepti9 est: vel alio sibi
inferente. Sicut per originale probare
possum9: qd̄ quidem in baptismo dimit- Origi-
titur: pena tamen eius peccati (mortali- nalis
tas scilicet et passibilitas) relinquitur. pcti pe-
Et quando qdē disciplina domini adeo na per
commendabilis est: igitur perseuerate baptis-
in disciplina / id est in patientia tribula- mū non
tionū: in qua vtiqꝫ perseuerare debetis. tollitur.
deus enim offert se vobis in tribulationi-
bus adiutorē tāqꝫ filijs. Benedico tāqꝫ
filijs: qr qs est filius quem non corripiat
pater? Deus vtiqꝫ filium non habebit in-
correctum. Filius non erit nisi qui cor- Fili9 nō
ripitur. Qd si / id est si vero vos estis ex- est q nō
tra disciplinam: ꝙ subtrahatis vos a di- corripit
sciplia domini: cuius discipline partici-
pes facti sunt omnes filij dei. Si inqꝫ ex-
tra disciplinam estis: ergo non estis fi-
lij legitimi: sed estis filij adulteri / id est
adulterini quibus pater non adhibet pe-
dagogos: quia eos non curat. Uel estis
filij adulteri / id est diaboli adulterātis
vos. ¶ Probauit p testionia scripture
debere eos perseuerare ī disciplina: nūc
rationibus humane cōsuetudinis idem
approbat. Quasi diceret. Qd in discipli-
na perseuerandum nobis sit per auctori-
tates ostēdi: deinde post testimonia scri-
pturarum humane consuetudinis ratio-
nes induco ad idem probandum. Nos
qdē habuimus patres nō animarū: sed
carnis nostre: lineam enim carnis ab ip-
sis traximus: & carni nostre a carne parē-
tum diriuate deus aīam contulit. Hos
autem patres habuimus eruditores et
reuerebamur / id est honorem sibi exhi-
bendo timebamus eos. Reuereri enim Reuere-
est cum timore honorem impendere. Et ri qd est
si patres carnis reuerebamur: nōne mul-
to magis obtemperabimus patri spiritu-
um / id est deo qui dat animas longe cor-
pore digniores: cui obtemperantes vi-
uem9 in eternum: qd̄ patres carnis nec
sibi nec nobis conferre queunt. Patri
vtiqꝫ spirituum magis obtemperandum
est: quia illi qd̄ patres carnis ī tempore
paucorum dierum erudiebant: nos sm̄
voluntatem suam hic ad grāmaticam: il-
le ad fabrilē artem: plerūqꝫ ad inutilia
Hic autem pater spirituū ad id (qd̄ pro
certo vtile est) erudit nos per disciplinā

in recipiendo sanctificationem eius/id
est patientiam et ceteras virtutes: posi-
tione quarũ suos sanctificat. Et illi pos
sent obijcere dicentes. Quis potest pati
huiusmodi disciplinam in qua semper
meror nunꝗ̄ gaudium: ipse idem vt sol-
uat obijcit sibi dicens. Ego quidem cõ-
mendo vobis patientiam discipline: sed
tamen confiteor ꝙ omnis disciplina in
presenti tempore quidẽ videtur his qui
superficiem rei tantum aspiciunt: non es-
se gaudij/sed solummodo meroris. Me-
ror enim hic semper est: nunꝗ̄ gaudium
Nũc solutionem subdit: videtur quidẽ in
presenti esse meroris: sed postea/id est in
futuro exercitatis per eam disciplinam:
non adulterinis extra positis reddet de-
us fructum iusticie. Fructum dico non si
cut fructus est mundi: qui nũꝗ̄ est in trã
quillitate: sed fructum pacatissimum/
id est in omni quiete possidendũ. Prop-
ter quod/quia exercitatis per disciplinã
adeo fructuosa erit iusticia sua: erigite
ideo remissas manus/id est operationes
charitatis prius intensas: modo disso-
lutas. Erigite etiam genua soluta/id est
fortitudinem prius habitam: nunc timo
re discipline resolutã. Ideo per genua soluta
amissionẽ virtutis significat: quia in genib⁹
pri⁹ apparet tremor si fuerint dissoluta:
erectio si fuerit confortata. Erigite genua
et facite pedib⁹/id est affectionib⁹ vestre
Gressus primus fidei qs est. fidei/rectos gressus. Prim⁹ gressus fi
dei est cõfiteri: deinde si necesse sit pati.
ita rectos facite vt nõ erret aliqs vestrum
recedens a via fidei: nec saltem sit clau
dicans in via: posset enim fidem tenere
sane credens et claudicare in ea si time-
ret confiteri. Et pro assertione fidei non
erret aliquis: sed magis sanetur ab erro
re si forte errauerit. Ut autem recti sint
gressus vestri/sequimini pacem cum om
nib⁹: etiam cũ inimicis. Sequimini eti-
am sanctimoniam/id est omnem sancti-
tatem: sine qua pace et sãctimonia nemo
videbit deum. Quomodo sanctimonia
sequenda sit: insinuat dicens. Sequimi-
ni sanctimoniam: contemplãtes ne quis
vestrum desit gratie dei: gratia enim dei
parata est vobis: videte ne repellatis eã
Contemplantes etiam ne aliqua radix
id ẽ suggestio peccati. Radix dico ama
ritudinis: licet quidam putent esse dul-
cedinis. Videte inquã ne radix huiusmo-
di impediat vos germinans sursum/id
est prorumpẽs in actum peccati. Tunc
enim suggestio sursum germinat: cum quod
male suadet per actum consummat. Vi
dete ne qua radix sic vos impediat: et per
illam sursum germinantem inquinentur
multi: proniores ad imitationem turpi-
tudinis ꝗ̄ honestatis. Contemplantes
etiam ne quis vestrũ sit fornicator/aut
prophan⁹/cultum dei deserens: sicut fuit
esau: qui propter vnam escam lenticula
rum vendidit primogenita sua fratri suo
iacob. De fornicatione esau non alibi in
uenimus. Vel si allegorie insistimus: di-
camus ita ne sit quis fornicator in cultu
dei. Fornicatores erant qui fidei christi
necessariam esse circuncisionem crede-
bant: aut ne quis sit prophan⁹: fidem pe-
nitus deserens. Ne sitis sicut esau putã
tes vos in fructuosa penitentia euade-
re: quia scitote hoc de esau ꝙ et ante ven
ditionem: et postea cupiẽs hereditare be
nedictionem primogeniti reprobat⁹ est:
et si non a patre tamẽ a deo. Vere repro-
batus: non enim inuenit locum peniten
tie. penituit quidẽ se vendidisse primitiua:
sed hec penitentia locum oportunitatis
nõ habuit: quãꝗ̄ inquisisset eã penitentiã
cum lachrymis. Si enim lachrymaretur
confitendo peccatum: et puniendo ini-
quitatem suam: locum haberet ei⁹ peni-
tentia: sed quia in ipsis lachrymis indi-
gnabatur de electione fratris: cogitans
se interficere fratrem si posset: ideo loc⁹
penitentie sibi negatus est. Debetis pa-
cem et sanctimoniã sequi: videre ne ama-
ritudinis radix germinet in vobis: et ce
tera: quia nõ accessistis ad legem impor
tabilem et terribilem facientem et inu-
tilem sicut prior lex: sed accessistis ad le-
gem multa facilitate iocundam ad gra-
tiam adiutricem ad celestium repromis-
sionem. Et diffuse ait sic incipiens: non
accessistis ad ignẽ tractabilem et acces-
sibilem. In datione enim veteris legis
ignis fuit corporeus si pateretur de⁹ qui
posset tractari humanis manibus: et ad
quem possibile esset accedere. Nec ac-
cessistis ad turbinem/et caliginẽ/et pro-
cellam. Turbo enim/id est ventorum cõ
motio ibi fuit: et tenebrosa caligo: et pro-
cella. Ventis enim percellentibus se inui-

cem contusio erat grandinis: nec ad so=
num tube et vocem verborum. Clangor
enim tubarum ꝛ vocalia verba ibidẽ au=
dita sunt: quã vocem iudei qui audierũt
excusauerunt se: obtendentes fragilita=
tem suam ne fieret eis verbum / id est ne
dominꝰ loqueretur eis: sed moysi ꝛ moy
ses illis: ideo sic se excusauerunt: qꝛ non
portabant / id est non poterant portare il
lud qđ dicebatur eis. Deus ideo in tan=
ta asperitate terroris legem dabat eis:
quia sciebat per lenitatem dilectiõis nil
boni eos operaturos: et ideo q̃si seruos
per supplicia cogendos. Presignabat
etiam in tãta multiplicitate terrorũ eos
nunq̃ posse portare legem illam. Et di=
ctum erat in acceptione legis: quia si be
stia tetigerit montem illum in quo daba=
tur lex lapidabitur. Vel ſm quosdam
ex iudicio: vel ſm alios ex grandinis cõ
tusione. Hec omnia per oppositum figu=
rabant dationẽ noue legis. Nos enim
accipiẽdo gratiam accessimus ad ignẽ /
id est ad ardorem spiritus sancti: nec tra
ctabilem / nec accessibilem: sed spiritua=
lem. Sonus tube qui fuit ibi suggestio=
nem significauit: que sic ad actũ peccati
vt tuba prouocat ad bellũ. Quãto enim
iudeis prohibebatur: tanto ardentiꝰ rue
bant in vetitũ. Ibi iterũ fuit turbo .i. cõ=
motio suggestionũ / actꝰ scꝫ peccati. In
noua gratia / et suggestio / et actus pec=
cati remouetur. Ibi iterũ fuit procella /
id est contusio grãdinis / scilicet consue
tudo peccandi. Fuit iterũ caligo / id est
excecatio ex consuetudine peccandi pro
cedens. In gratia ista et cõsuetudo pec=
candi remota est: ꝛ omnis cecitas illumi
nata: ibi fuit vox verborum quã audire
non potuerũt. Hic inspiratio interiꝰ quã
qui prelibat / multo desiderio currit vt
cõprehendat. Illi nõ portabant qđ dice
batur. Onus autẽ huiꝰ leue / et iugũ sua
ue est. Ibi dictũ fuit si bestia tetigerit
montem lapidabitur: quia hic si quis be
stialis vite: ꝛ intellectus posuerit os suũ
blasphemando in montem / id est in diui
nitatem lapidabitur contusus potẽtia
deitatis: et eo ꝙ adeo terribile erat qđ
videbatur / ita dixit ipse moyses. Exter
ritus sum animo: et tremebundus corpo
re. Ad legem terroris et inutilem non ac
cessistis: sed ad syon / id est ad vitam spe=

culatiuam. Syon dico montẽ / id est alti
tudine virtutum eminentem: et ad ciui=
tatem dei viuentis / id est ciuibus suis vi
tam eternam dantis: scilicet ad celestem
hierusalem: et ad frequentiam multorũ
milium angelorum: vt cum eis in gloria
dei personetis: ꝛ ad ecclesiam primitiuo
rum / id est patriarcharum ꝛ prophetarũ
qui conscripti sunt senatores in celis: et
ad deum patrem omnium iudicem: ꝛ ad
spiritus iustorum et perfectorum / id est
quos spiritus sanctus iustos facit: ꝛ per
fectos propter diuersitates donorum:
sicut iohannes solet pluraliter ait spiri=
tus. Et accessistis ad iesum datorem no
ui testamenti. Vel ita dicamus ad dñm
omnium ꝛ ad deum spirituum / id est ani=
marum iustorum perfectorum. Accessi=
stis etiam ad aspersionem sanguinis / id
est ad sanguinem christi quo aspersi mũ=
dati estis. Sanguinem christi dico lo=
quentem melius q̃ sanguinem abel de
quo scriptũ est. Sãguis fratris tui abel
clamat ad me de terra: ideo melius quia
sanguis abel vltionem: sanguis christi — Sãguis xp̄i re=
clamat remissionẽ. Et quia sanguis chri — missio=
sti loquitur ꝓ vobis: videte itaq̃ ne ma= — nem cla
le agendo recusetis illum loquẽtem pro — mat.
vobis: quia malo vestro si recusatis. Si
enim illi recusantes eum qui loqueba=
tur super terram / id est moysem vel an=
gelum non effugerunt vltionem: multo
magis nos non effugiemus qui auerti
mus deum loquentem nobis / non de ter
ra / sed de celis. Vox cuius loquẽtis: tũc
in datione veteris legis terram mouit:
nunc autem repromittit in aggeo dicẽs.
Adhuc semel: adhuc ideo / quia iam mo
uerat terram. Ego mouebo / non solum
terram quã olim moui: sed etiam celum
mutabilitatem eorum transferens in im
mutabilitatem. Nunc paulus exponit.
Hoc aũt dicit ꝓpheta adhuc et semel: p
adhuc declarat trãslationem mobilium
Translata enim elementa de mobilitate
fient immobilia. Trãslationem dico mo=
bilium tanq̃ factorũ .i. sicut eorum q̃ fe=
cit. Qui enĩ ea de nihilo fecit: facta leuiꝰ
transferre potuit. Semel dicit vt trans=
latione facta ea maneãt immobilia que
modo sunt mobilia. Et qñquidem oĩa
in immobilitatẽ transferentur: itaq̃ nos
suscipientes regnum immobile .i. nos in

immobilibus regnaturi habem⁹ aliquã gratiam in nobis a deo premissam. Nisi enim precederet in nobis aliqua gratia dei non susciperemur ab eo in immobilitate regnaturi. Uel ita: qz translata manebunt omnia immobilia: itaqz nos q̄ tūc erimus suscipientes regnum illud imobile: habeamus aliquã gratiam per quã placentes deo seruiamus ei / cum metu animi ꝛ reuerẽtia.i.timore corporis ꝛ exhibitione honoris. Necesse est vt seruiamus deo cum metu et reuerentia. Etenī deus noster est ignis consumens.i.excoquens omnis peccati rubiginem: ꝛ ideo necesse est vt purgatos inueniat / nō purgandos.

Seruire deo debemus cū metu et reuerentia.

Capitulum.xiij.

Ro.xij.c. i.pe.iiij.b.

Charitas fraternitatis maneat in vobis. et hospitalitatẽ nolite obliuisci. Per hãc enim placuerūt quidã angelis hospitio receptis. Mementote vinctorum tãq̃ simul vincti: et laborãtium tanq̃ ꝛ ipsi in corpore morãtes. Honorabile connubiū in omnibus: et thorus immaculat⁹. Fornicatores enim ꝛ adulteros iudicabit de⁹. Sint mores sine auaricia: contenti presentibus. Ipse enī dixit. Nō te deserã neqz derelinquã: ita vt confidenter dicamus. Dñs mihi adiutor est: non timebo q̄d faciat mihi homo. Mementote prepositorum vestrorum qui vobis locuti sunt verbum dei: quorum ituētes exitum conuersationis / imitamini fidem. Jesus christus heri et hodie: ipse et in secula. Doctrinis varijs et peregrinis nolite abduci Optimum est enim gratia stabilire cor: non escis que non profuerūt

Josue.j.a. Ps.cxvij. Dist.xj.nolite. Dist.xij de his.

ambulantibus in eis. Habem⁹ altare de quo edere non habent potestatem qui tabernaculo deseruiūt. Quorum enim animalium infert sanguis pro peccato in sancta p põtificem: horum corpora cremantur extra castra. Propter q̄d ꝛ iesus vt sanctificaret per suum sanguinē populum / extra portã passus est. Exeamus igitur ad eum extra castra: improperium eius portãtes. Nō enim habemus hic manentem ciuitatem: sed futuram īquirim⁹. Per ipsum ergo offeramus hostiã laudis semper deo. id est fructum labiorum confitentium nomini ei⁹. Beneficẽtie autem et communionis nolite obliuisci. Talibus enim hostijs promeretur deus. Obedite prepositis vr̃is: et subiacete eis. Ipsi enim peruigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri: vt cum gaudio hoc faciãt ꝛ nō gementes. Hoc enim non expedit vobis. Orate pro nobis. Confidimus enim quia bonam conscīetiã habemus: in omnibus bene volentes conuersari. Amplius autē deprecor vos hoc facere: quo celerius restituar vobis. De⁹ autem pacis qui eduxit de mortuis pastorē magnum ouium in sanguine testamēti eterni dominum nostrum iesum christum: aptet vos in omī bono vt faciatis voluntatem eius: faciens in vobis quod placeat corã se p iesum christum: cui est gloria in secula seculorum amen. Rogo aūt vos fratres vt sufferatis verbū solacij. Etenim perpaucis scripsi vobis. Cognoscite fratrem vestrum timotheum dimissum: cum quo si celeri

michee.ij.a. Gar.v.d De cele. miss.c.in cle.

us venerit videbo vos. Salutate omnes prepositos vestros: et omnes sanctos. Salutant vos de italia fratres. Gratia cum omnib⁹ vobis. Amen.

Expositio Ca. xiij.

Cum metu et reuerentia seruite deo. Charitas etiam pseuerāter maneat in vobis. Charitas dico fraternitatis quā fraternitas reposcit. Hoc ei ꝙ fratres estꝭ exigit vt vos inuicē diligatis: ⁊ nolite obliuisci hospitalitatem que est pars charitatis / i qua olim valuistis. Per hoc ꝙ ait / nolite obliuisci: signat eos prius deuotos in hospitalitate / nunc remissos esse. Ideo sectanda est hospitalitas: quia per hanc virtutem placuerūt quidā deo: vt abrāā et loth: quos deus inde signauit sibi placuisse / angelis receptis hospitio. Iō ei
Hospitalitas est deo gta angelos suos immisit quasi hospites / vt per hoc hospitalitatem gratam sibi esse cognoscerent. Charitas maneat i vobis. Mementote etiam vinctorum .i. his ministrate qui in vinculis opprimunt: tāq̄ simul vincti .i. memores vos simul eē victos: q2 si illi in carcere / vos vincti molestia carnis. Vel ita. Mementote vinctoꝝ tanq̄ simul vincti .i. sicut velletis reminisci vri: si similiter in viculis essetis. Mementote etiam laborantium quocūq̄ genere mundane miserie: tanq̄ ⁊ ipsi laborantes sitis: qđ idem ait tanq̄ morantes in corpore. Quicunq̄ enim premit onere carnis: nunq̄ expers est erūne ⁊ laboris Sit etiam in omnibus vobis honorabile cōnubium. hic remouet fornicationem. Et cōiugijs celebratis sit thorus immaculatus. hic adulterium abdicat. Iō moneo ꝯnubia: castitatem thori: remouendo fornicationem et adulterium: q2 de⁹ iudicabit .i. dānabit fornicatores et adulteros: non ꝙ homicidia ⁊ reliqua mala iudicare non debeat: sed nunc de his duobus tantum sermo erat. Mores etiā vestri sint sine auaricia vt non concupiscatꝭ superflua. Vos dico contenti p̄sentib⁹: dei enim est prouidere de crastinis. Debetis eē sine auaricia. Ipse enim de⁹ dixit ad iosue ⁊ per eū ad omnem fidelē. O tu iosue seu quicunq̄ fidelis: ego non deseram te penitus abiectum / neq̄ saltē aliqua hora derelinquam te inadiutum: De⁹ hoc dixit ita: vt supra hoc qđ pri⁹ diximus: nos scꝫ contentos esse presentibus / nunc confidenter dicamus. Dominus est mihi adiutor / et ideo non timebo quid faciat mihi homo / etiā si tollat presentia. Mementote etiam prepositorum vestrorum: vt eis cōformemini qui locuti sunt vobis verbum dei / quoꝝ exitū .i. finem bonū eē intuētes. Exitum dico cōuersationis .i. bone operationis in q̄ conuersantur. Imitamini primum fidē coꝝ vt sic bona conuersatio et bonus exitus similiter sit in vobis. Dicerēt illi / nō possumus perfectionem eorum sequi: q2 ipsi ab ipso christo edocti habuere maiorem affluentiam gratie q̄ nos possimus habere. Ad hoc paulus. Bene inquit imitari potestis. Iesus christus enim qui fuit heri quantum ad illos / hodie etiā est paratus in eodem q̄tum ad vos: ip̄e etiam presens erit in omnia secula sperātibus in se: quibus ait. Ecce vobiscū sum vsq̄ ad consummationem secul. Imitamini Matth. xxviij. d. fidem prepositorum: sequētes doctrinā eorū. Et doctrinis varijs: que nunc vnū nunc aliud asserunt: et peregrinis: id est extraneis aliunde q̄ a nobis procedētibus. his inq̄ doctrinis nolite abduci ab eo quod a nobis accepistis. Erant enim quidam seductores qui dogmatizabant ex eo ꝙ paulus oēs cibos mūdos esse: et sanctificatos a deo dixerat / vt quanto magis ingurgitarent ventrem opulētia escarum: tanto magis essent grati deo q̇ omnes cibos sanctificauerat ad edēdū. inde ait. Nolite huiusmodi doctris abduci: quia optimum est / non corpus: sed cor stabiliri et confirmari gratia .i. ex libertate quam deus intulit nobis in vsu omnium / q̄ stabiliri escis .i. multiplicatione voluptatis: que esce non profuerūt ambulantibus .i. voluptatibus et supra modum locū dantib⁹ in eis. Escis vtiq̄ Cor escꝭ nō ē stabilēdū. non debemus cor stabilire: q2 habemus altare .i. corpus christi qđ in altari consecratur: supra quod participatū a nobis vota ⁊ orationes deo offerimus: de quo altari .i. corpore christi non habent potestatem edere quicunq̄ deseruiunt tabernaculo .i. corporis voluptatibus: sic enī ad horam mansuri sumus in corpe sicut

miles in tabernaculo militari: pbat du-plici auctoritate / veteri primum: deinde noue legis eundem sensum in vtraqz colli gens auctoritate qd pmisit dicens. Vere qui deseruiunt tabernaculo voluptatis / non habent facultatem edere de hoc altari: qui nō sūt extra castra. i. qz fm dimissiones voluptatum non execūt corpora sua. Et ita ait. Eorum animaliū quorum sanguis infertur per pontificem in sancta sanctorum pro peccato populi delendo: et hoc semel in anno. Horum animalium corpora cremantur extra castra Mos erat (sicut sepe fati sum?) vt pontifex legalis semel in anno sanguinē inferret in sancta sanctorum. Hic autē sāguis assumebatur de animalib⁹ extra castra crematis. Pontifex autem ille christus est / qui pro peccato omnium delēdo sanguinem suum i cruce fusum intulit i sancta sanctorum. Et autem illud aial cremebatur vt cinis fieret / signū erat contritionis christi quam sustinuit: cinis cuius. i. memoria passionis debet aspgi super capita. i. in mentibus singulorū. Et extra castra cremebat: significabat omnē volētē mūdari oportere vt exeat extra castra. i. carnales voluptates. Nunc subiungit noui testamenti auctoritatem idem cum veteri sentientem dicēs. Propter qd comprobandum. s. qꝫ qui tabernaculo deseruiunt / non habent edere de h altari / vel pptер qd prefiguratum in veteri nunc implendum. Jesus etiam pass⁹ est extra portam / significans participātes altari suo debere fieri extra portam . i. extra sensus voluptatis. Sēsus enim porte sunt anime: quia per oculos ducit ad concupiscendum qd videt / et sic p̄ ceteros sensus. Jesus passus est extra portam: ideo vt per proprium sanguinē sanctificaret populum. Or iesus extra portam passus est: igitur exeamus ad eū positi extra castra. i. extra voluptates tabernaculi: nec hoc solum: sed etiam portantes (si necesse fuerit) improperiū ei⁹ . i. mortem crucis. Et vtiqz sic debemus exire: quia etiam si volumus hic manere non habemus hic manentem ciuitatem: sed inquirimus futuram. i. eternam. Et qñquidem futuram inquirimus: ergo vt apprehendamus eam offeramus p ipsū iesum hostias laudis. i. laudes non min⁹ qꝫ hostie promerentes deo: et hoc semp

Et qꝫ dico hostias laudis ē dicere: offeramus fructum labiorū. Per labiorū facilitatem: per fructum designat vtilitatem. Labiorum dico confitentiū nomini. i. glorie ei⁹. Offeram⁹ laudes. Beneficentie autem. i. largitatis elemosinarū et communionis (postqꝫ non propria: sed communia dicebatis) nolite obliuisci. Nec debetis obliuisci: quia talib⁹ hostijs. i. per beneficentiam et communionem / deus promeretur in passiua significatione. Ut autē horum memores sitis / obedite prepositis vestris qui pfecti sūt / et bene vos instruunt: et subiacete eis. i. obedite: vt omnem subiectionem verbo et opere exhibeatis illis. Debetis vtiqz subiacere eis: quia ipsi peruigilāt p vobis / quasi illi qui reddituri sunt rationes p animabus vestris sibi cōmmissis. Et itā sic subiacete eis vt faciant hec. i. peruigilent pro vobis cum gaudio: et nō gemētes pro duricia et intemperantia vestra. Dico non gementes. nō enim expedit vobis hoc vt eos gemere faciatis. Obedite prepositis et orate pro nobis. Diceret illi. Tu gentem nostram et ritus nostros persequeris / et quomodo dicis: orate p nobis? Ad hoc paul⁹. Orare p nobis debetis. Nos enim confidimus. i. confidēter vobis dicimus qꝫ habemus bonā conscientiam in omnibus. i. ad omnes: volentes bene cōuersari ad illos. Ubi autem conscientia pura est / et opus mūdū est: necergo molesti sitis mihi. ¶ Dixit supi⁹ orate pro nobis: nunc aūt deprecor vos amplius hoc facere. i. orare pro nobis instātius / quo. i. eo qꝫ restituar vobis celerius deferens mecum fructus elemosinarum si forte soluar a vinculis. Dico orate pro nobis / ego autem sic oro p vobis. Deus pacis aptet vos in omni bono: qui deus eduxit dominum nostrum iesū christum de mortuis. i. a numero mortuorū. Jesum dico pastorem magnū. i. sup omnia magnificatum. Pastorem dico nō luporū: sed ouium. i. mansuetorum. Pastorem dico factum in sanguine. i. per oblationem sanguinis sui. Sanguinem dico confirmatorem testamenti eterni. i. i eternum duraturi. Hic inqz deus aptet vos in omi bono. Aptatos eos itelligit si bona volūtas in eis fuerit. Aptet ita vt faciatis voluntatem eius dei: nec virib⁹ vestris: sed ita faciatis vt ipse sit faciens in

vobis hoc qđ placeat coram se.i.i bene-
placito eius faciens dico per iesum chri
stum cui est glīa in secula seculorū amē.
¶ Qr aliquātulum asperius correxerat
illos / nunc blanditur eis ne moueant vi
sa asperitate verborum dicens. Deus sic
aptet vos: ego autem fratres rogo vos
vt hoc verbum non reprehēsiōis (vt for
te aliqui de vobis estimant) sed epistolā
solatij sufferatis.i.in omni patiētia susci
piatis. Et potestis satis sufferre: qr scri-
psi vobis perpaucis. Hic significat eos
impatiētes / quibus multo plura scripsis
set si patienter audituros cognosceret.
Sufferte verbum et fratrem vestrum ti-
motheum a me dimissum ad vos: vl'a vi-
culis quibus ligatus mecum erat nunc
dimissum. Eum inq̄ delatorem hui⁹ epi
stole cognoscite.i.honorifice ꝛ cum omi
charitate suscipite / cum quo videbo vos
sicut estimo si celerius reuertēs a vobis
venerit ad me. Salutate omnes preposi-
tos vestros. Ipsis eni: quia pfecti erāt
nō scribebat epistolam: sed quibusdā sub
ditorum incorrectis. Salutate etiā om-
nes sanctos in ecclesia vestra. Erant eñ
quidam subditorum perfecti quib⁹ simi-
liter non scribebat. Salutāt vos fratres
de italia. Gratia dei cum omnib⁹ vobis
amen. Signū pauli ꝙ epistola sua esset.

¶ Epistola beati pauli ad Lao
dicēses: nuper in antiqua biblio-
theca inuenta.

Paulus apostol⁹ nō ab hominib⁹ / neqꝫ per hominem / sꝫ p iesum christum: fra trib⁹ qui sunt Lao dicie. Gratia vobis et pax / a deo patre nostro et domio iesu christo. Gratias ago christo p omnē orationem meam: eo ꝙ per- manentes estis in eo / et perseuerā- tes i operib⁹ bonis: promissum ex pectātes in die iudicij. Neqꝫ desti- tuant vos quorūdam vaniloq̄a in- sinuantium / vt vos auertant a veri tate euangelij / qđ a me predicatur. Et nunc faciet deus / vt qui sunt ex me / ad profectum veritatis euāge- lij / deseruientes sint / et facientes benignitates operum / que sunt sa lutis vite eterne. Et nunc palā sūt vincula mea / que patior i xp̄o: qui- bus leto: et gaudeo: et hoc mihi fa- ctum est ad salutem perpetuam: qđ ipsum factum orati ōibus vestris / et administrāte spiritu sancto / siue per vitam / siue per mortem. Est ei mihi viuere / vita in christo: ꝛ mori gaudium vel lucrum. Et ipse i vo- bis faciet misericordiam suā / vt eā dem dilectionem habeatis et sitis vnanimes. Ergo dilectissimi / vt au distis presētiam domini: ita retine- te et facite in timore dei / et erit vo- bis vita in eternum. Est enim de⁹ qui operatur in vobis / ꝛ facite sine retractu vel peccato / quecunqꝫ faci tis. Et qđ est optimum dilectissimi gaudete in christo / et precauete sor didos omnes in lucro. Omēs sint petitiones vestre palam apud deū: et estote firmi in sensu christi / ꝛ que integra / et vera / et pudica / et casta / et iusta / et amabilia sunt facite. Et que audistis et accepistis in corde retinete / et erit vobis pax. Saluta te oēs fratres in osculo sctō. Salu- tāt vos sancti omēs. Gratia domi ni nostri iesu christi cum spiritu ve- stro. Et hāc facite legi colossēsib⁹. Et colossensium vobis.

¶ Finiunt epistole beati pauli.

¶ Incipit epistola Aniani ad euã gelum presbyterum.

Domino sancto euãgelo presby
tero Anianus Salutẽ. Recen
ti experimẽto didici ꝙ sint vti
lia obsequentibus imperia bo
norum. qui rectiore quadã ingrediẽtes
benignitatis via: beneficia deferunt sub
specie iussionis. Quid enim mihi iocũdi
us / quid fructuosiꝰ imperare iussisti: ꝙ
vt ex beati viri Johãnis operibus: in no
stram linguã aliqua transferrẽ. i. septem
libellos eius quos super apl'i pauli lau-
dibus in ecclesia aliquãdo disseruit: In
quo mihi ⁊ si in sermõe peregrino admo-
dũ rudi: plus euenit tñ voluptatis et cõ-
modi: ꝙ laboris. Secutũ est eni vt eũ ti
bi dũ vertere conor e greco pressius ipse
cõbiberẽ: pleniusq; tam insignis doctri-
ne veritate perfruerer: maxime cũ vbiq;
diues ingenium in materia locupleti ore
versetur. Beatus eni hic Paulus expri
mitur: nõ fucate alicuius laudis adum-
bratus coloribus: sed inuiolabili virtu-
tum suarũ veritate formatus. Quẽ tam
integre vbiq; tam solide: nunc ex magni
tudine operũ: nunc ex illuminatione di-
ctorum: modo ex cõsilio vario: modo ex
dispensationũ ꝓfundo: tum ex tolerãtia
passionũ: tum ex claritate signorum exi-
mius laudator asseruit: vt non eũ depin
xisse solum: verũ quasi ad prebendũ rur
sus ꝑfectionis exemplũ quodãmodo re-
suscitasse videaẜ. Nam cum ab alijs cete
rorũ merita laudanẜ: vsitatũ quid clam
solet atq; exile resonare: ⁊ velut in supfi-
cie circũuagante sermone virtutes ipse
noibꝰ magis suis ad cõmemorationẽ vi
dẽtur venire ꝙ rebus. Btũs autem Jo
hãnes paulũ altius intuẽdo: dilucideq;
in mediũ ꝓferẽdo: ipsas mihi videtur in
spexisse venas: ac medullas virtutũ ex-
pressisse. Que ita omnes in ista laudatio
ne viuunt: ita floribus suis decorãtur et
fructibus: vt eas prope non minꝰ ab hoc
tam sublimiter explicatas: ꝙ ab aposto-
lo fortasse miremur. Ob quidẽ opus eo
esse apud te amabilius debet / ⁊ gratius:
quo de sanctarũ scripturarum luce ruti-
lans: clarissimi sideris vice: noctem ma-
nichei erroris exagitat. Quãtum eni no
bis consolationis exoritur: cũ cernimus
tam erudito / tãq; illustri orientis magi-
stro: eam quã in nobis traducianus op-
pugnat astrui veritatẽ: quã certe beatus
Johãnes vt in oĩbus libris suis: ita hic
quoq; ab omĩ munitã latere custodit / ar
mat / accendit: vt videaẜ non tam presen-
tes informasse discipulos: ꝙ nobis con-
tra vere fidei oppugnationẽ auxilia pre
parasse. Quãtus eni ille aduersus neces
sitatem: quãtus ꝓ libero surgit arbitrio
quam nostroꝝ libris vbiq; continẽs: vo
luntatis iure seruato diuine gratie presi
dia cõmendat: quã contra omniũ vitioꝝ
tenebras: quã pro cunctarũ speculo vir-
tutum splendidissimũ vas electionis op
ponit: Primo beatũ paulũ libello et oĩ-
bus preferendo sanctis: ⁊ angelis confe
rendo. Secũdo ex virtutibus eius atq;
sentẽtijs bonum asserendo nature. Ter
tio eius charitatẽ pre cunctoꝝ salute fer
uentissimã cõprobãdo. Quarto de voca
tione eiꝰ: ⁊ confirmata vbiq; ab ipso euã
gelij veritate dicendo. Quinto de passio
nibus eius: ⁊ dispensationum varietati-
bus disserendo. Sexto soluendo omnes
illas q̃stiones q̃bus traducianus os inni
tẽs beatũ paulũ vitioꝝ obfuscatione cõ-
maculat. Et scʒ fidelibus suis apostoli-
co exemplo peccata conciliet. Septimo
ignem ʒeli eius in christũ. ⁊ ante honorẽ
quoq; apostolatus feruorẽ docendi su-
pra ceteros efferendo vt satis liq̃do cla-
reat extinctam esse peccandi necessitatẽ:
quam aduersus manicheos et doctrina
apostoli depreliatur ⁊ vita. Uerum nos
in tam egregij interpretatione operis / ⁊
si nihil (vt puto) de sensuũ veritate: non
tamẽ parum de eloquij venustate perdi-
dimus splendorẽ tam nobilis stili: ⁊ elo-
cutionum gratiã exprimere non valẽtes
Sed ne sic quidẽ te istud imperasse peni
teat. Neq; enim verendũ tibi est: ne forte
asperitate translationis offensus / lectio
nis huius careas voluptate: cum quic-
quid nobis ex cultu defuit: ornatuq; ver
borum: id totum illius quem transtuli-
mus magnifica inuenta compẽsent. Est
enim sanctus Johannes tam clarus to-
tus / ac fulgidus: vt facile possit sentẽtia
rum suarũ lumine etiam inter nostri ser-
monis nubila coruscare.

¶ Incipit liber scti Joānis chriso stomi de laudibus btī Pauli aplī Homelia pꝛima.

Nihil pꝛsus erraverit: qui pratū quoddā insi gne virtutum / ac para disum spiritalē / Pau li animū nūcupaverit. Tam multa enim grā floꝛuit: tanteqꝫ huic grē ꝯgruente / vite per fectione resplēduit. Qm̄ enī vas electio nis effectus est: ⁊ bene semetipsum emen dare curavit: largissime in eum spūs mu nus effusum est: vnde ⁊ mirabiles nobis fluuios genuit. Nō ſm paradisi fontem quattuoꝛ tm̄: sꝫ multo etiā plures: ⁊ quot tidie fluentes. Non terrā irrigantes: sed aīas hominū ad pducēda virtutū germi na suscitantes. Quis ergo ad explicāda istius merita sermo sufficiet? Que autē lingua laudibus eius invenit equalis: cū oīa que sūt in hoībus bona aīa vna possideat: ⁊ ea cūcta plene / atqꝫ cumula te: nec solū hominū: sꝫ etiā (qꝺ est ampli us) āgeloꝝ? Nequaqꝫ ergo possumꝰ eiꝰ explicare pꝛeconia. Nec tm̄ iccirco reti cebimus: quin potius ppterea dicemus Est enī hoc maximū laudis genus: cum oꝛationis copiā virtus superat / ⁊ magni tudo laudati. Sicqꝫ vinci multo est no bis gloꝛiosius: qꝫ sepe vicisse. Unde igi tur oppoꝛtuniꝰ laudū eiꝰ sumamꝰ exoꝛ diū? Unde inqꝫ incipiemus aliunde nisi ab hoc ipso pꝛimū: vt ostēdamꝰ cū bona oīm possidētē? Siue enī pphete potētiꝰ in se aliqd ostenderīt / magisqꝫ mirabile: siue patriarche: siue iusti: siue apl'i: siue martyꝛes. hec oīa simul colligēs Pau lus cū tanto habet cumulo: cū qꝫto nul lus eoꝝ bonū quo excellebat / impleuit. Hoc itaqꝫ diligētiꝰ intuere. Abel obtu lit sacrificiū et inde laudat. Sed si pauli hostiā adducamus in mediū: qꝫtū celum a terra / superioꝛ apparebit. Quem ergo vultis vt memoꝛē? Non enī vna tm̄mo do est. Siquidē semetipsum per dies sin gulos imolabat. Quā tm̄ rursus hostiam dupliciter offerebat: tum in coꝛde / tū in coꝛpoꝛe suo moꝛtificationem iesu sine in termissione circūferens. Nam ⁊ ad peri cula iugiter parabat / cōsummās volun tate martyꝛiū: ⁊ naturā in se moꝛtificādo carnis. nihil minus qꝫ immolate deo ho stie munus implebat / imo etiā multo am plius. Non oves enim offerebat / aut bo ves: sed semetipsum p dies singulos du pliciter (vt diximus) immolabat. Pro pter qꝺ cōfitēdo dicebat. Ego enī iam ī molor: sanguinē vtiqꝫ suum imolationē vocās. Neqꝫ vero his tantūmodo sacri ficijs contētus fuit: sed qꝛ bene seipm cō secraverat deo: etiā oꝛbē vniuersum stu duit offerre. Qui terrā videlicet ac ma re: grecia simul / atqꝫ barbariā / omnem pꝛoꝛsus (quāta est sub sole) regionē qſi volitans circuiuit. Non simplici laboꝛe velut in vacuum itinera percurrens: sed peccatoꝝ spinas pariter euellens: ⁊ ver bū seminans vbiqꝫ pietatis: fugās erro res: veritatē reducēs: ex hoībus faciēs angelos: quinimo ipsos hoīes qſi ex de monibus angelos pducēs. Propter qꝺ iā hic post sudoꝛes plurimos ac trophea innumerabilia trāsiturus p discipuloꝛū cōsolatione dicebat. Sed ⁊ si imoloꝛ su per sacrificiū ⁊ obsequium fidei nr̄e: gau deo ⁊ cōgratuloꝛ oībus vobis. Propter qꝺ ⁊ vos gaudete / ⁊ congratulamini mi hi. Quidnā igit huic hostie reperietur equale: quā Paulꝰ gladio scti spūs im molauit: quāqꝫ in illo altario obtulit: qꝺ supꝛa celos locatum est? Sed abel dolo germani pcussus occubuit: atqꝫ hinc ef fectus est clarioꝛ. Ut ergo inumeras ti bi ostēdi moꝛtes: tot vtiqꝫ quot etiā dies beatus iste in pꝛedicatione vixit. Sin ve ro eam quoqꝫ vis nosse moꝛtē que nouis sime etiā rebus impleta ē. Abel quidē a fratre vt nihil a se leso: ita nullis affecto beneficijs interēptus est. Paulus vero ab eis est interfectꝰ quos innumeris ma lis cupiebat eripere: et ppter quos susti nuit vniuersa mala que passus est. Sed noe iustus in generatione sua atqꝫ perfe ctus: ⁊ solus erat talis in cūctis. Sed et paulus solus inter oēs talis inuētus est Et ille quidē se tantūmodo legit seruas se cū liberis: hic aūt multo seuioꝛe vnda rū inundāte diluuio: nō archam coaptā do cōpagibus tabularū: sed epl'as cōpo nēdo pro tabulis: nō duos / vel tres / aut quīqꝫ cognatos: sed vniuersum pꝛoꝛsus oꝛbem mergi periclitantē: ex medijs flu ctibꝰ liberauit. Nec vero erat hec talis archa / vt vno circūferret loco: que vtiqꝫ oꝛbis terminos cōpꝛehendit. Nam vsqꝫ

Pauli animus paradisus spiritalꝰ fuit.

Flumina diuersa ex aīmo pauli fluxerūt.

Bona oīa virtutū angeloꝝ qꝫ hoīm in paulo reperiunt.

Paulꝰ pfectiꝰ obtulit deo sacrificiū qꝫ abel.

Paulꝰ oꝛbē vniuersū offerre studuit.

Passio apostoli fuit magis meritoꝛia sibi qꝫ occisio abel ipsi abel.

Paulꝰ pfectiꝰ genꝰ humanū ex medijs fluctibus liberauit qꝫ noe.

nūc oēs in hāc archā Paulus inducit: quā certe capacē saluāde multitudinis preparauit. Que suscipiens irrationalibus pene animalib⁹ stultiores: imitatores efficit angelorū. Et hinc quoqꝫ illam vincit archā: qꝛ illa quidē coruū recipiens: coruū rursum emisit. Et includens lupū: feritatē ei⁹ mutare nō potuit. Hic vero accipitres / miluosqꝫ suscipiens: fecit colūbas. Et excludēs irrationabilitatē oēm atqꝫ feritatē: māsuetudinē spiritus introduxit. Manet hodieqꝫ hec archa nauigans: nec tñ aliqñ dissoluit: nec valet tabulas ei⁹ vlla malicie laxare tēpestas: quin potius ipsa tēpestatis motus nauigādo cōpescuit. Quod satis consequēter effectū est. Non eni bitumine ac pice: sed scō spū eius tabule sūt puncte. Sed abraā mirant oēs: qꝛ cum audisset abraā exi de terra tua ꝛ cognatione tua: et domos reliquit / et patriā: et amicos / atqꝫ cognatos. quorū omniū iacturā solo diuini amoris pcepto pensabat. Nam et nos eum, ppterea miramur. Sed quid paulo possit equari qui nō modo patriā. cognatos / ac domū: sed ipm quoqꝫ mundū reliquit: imo etiā celū et celū celi? Et hec oīa xpm suscipiendo despexit vnū p cunctis / illud ꝛ solū: id est xpi charitatē requirēs. Neqꝫ psentia inquit: neqꝫ futura: neqꝫ altitudo: neqꝫ pfundū: neqꝫ creatura alia poterit nos separare a charitate dei que est in xpo iesu dño nostro. Sꝫ abraā in periculū seipm tradēs hostib⁹: filiū fratris eripuit. At Paulus non fratris filiū: neqꝫ tres aut quinqꝫ vrbes: sed orbē vniuersum de ipsa diaboli extorsit manu. innumerabilia p dies singulos pericula sustinēdo: ppriisqꝫ mortib⁹ maximā securitatē alijs cōparādo. Caput bonorū eius culmenqꝫ philosophie est: qꝫ filiū voluerit imolare. Sed hec quoqꝫ inueniem⁹ paulū primas ptes tenentē: qui nō filiū sed semetipm (vt dixi) milesim molauit. In isaac quidē aliqs ammirat et alia quidē plurima: sed pcipue patientiā. Qm puteos fodiēs: ꝛ de ppriis exagitatus laborib⁹ minime resistebat: sed factos a se puteos obrui patiebat: atqꝫ ad aliū semp migrabat locū. Neqꝫ collecta suorū manu in aduersarios irruebat: sed ppria possessione vbiqꝫ cedebat / quo adusqꝫ illorū iniquissimā expleret cupiditatē. At Paulus nō puteos cernēs lapidibus obrutos: sed ppriū corpus: nō solum sicut ille cedebat: sed eos etiā a qb⁹ lapidabatur incestū studebat euchere. Quāto eni amplius obruebat iste fons: tāto erūpebat magis ac plures ex se fluuios effundēdo manabat. De longanimitate atqꝫ patiētia huius filiū Jacob scriptura mirat. Et q̄ namilla est tā adamātina prorsus aīa que pauli patientiā possit imitari? Neqꝫ eni bis septē annorū: sed totius vite seruitiū p sponsa ptulit xpi: nō adustus solū estu diei / ꝛ noctis gelu: sed tētatiōes mille ppetiēs. Et nūc qdē vberib⁹: nūc vo lapidib⁹ scissus atqꝫ collisus. Et modo quidē bestijs: modo aūt fluctib⁹ pugnans: modo etiā nimie atqꝫ cōtinue reluctās fami dieb⁹ ac noctib⁹. et inter certamina vbiqꝫ psiliēs: captas oues ex diaboli faucib⁹ abstrahebat. Sꝫ ioseph pudicitie virtute decoratus est. Et ego vereor ne iam ridiculum sit huic paulū laudare: q̄ semetipm mūdo crucifigens: ita non solū humanorū corporum pulchritudines: sed oīa etiā que videnꝫ rebus clara ac decora cernebat. quēadmodū nos fauillā cineremqꝫ despicimus: qui quasi mortu⁹ prorsus ad mortuū immobilis pmanebat. Itaqꝫ cū tanta animi cura cōprimeret incētiua viciorū: ꝛ nature nihil humanū ad aliquē aliqñ perpessus est. Stupēt certe Job oēs hoies et valde vtiqꝫ consequenter. Est eni ille athleta mirabilis: ꝛ qui paulū ipm velut ex aduerso possit aspicere ob patiētiā puritatēqꝫ vite: ob testimoniū dei: ppter illam fortissimā cū diabolo pugnā: ppter victoriā que pugnā secuta est. Et paul⁹ non mensibus tm̄: sed annis plurimis in agone pdurās tam clarus emicuit. Nō terre gleba famē carnis radēs: sed in ipsius intelligibilis os leonis frequenter incurrēs. Et pugnās aduersus tētationes innumeras: omni erat lapide tolerantior. Qui nō a trib⁹ et quattuor amicis / sed a cūctis infidelibus: a falsis etiā fratrib⁹ opprobria sustinebat: cōsputatus ab oīb⁹ atqꝫ maledictus. Sed illi⁹ erat magna hospitalitas ꝛ cura parentū siue pauperū. Nec nos quidē istud negam⁹: sed pauli eā liberalitate inferiorē docemus. Et tanto inferiorē q̄to aīe est corpus inferius. Quā eni ille curā impēdebat carne debilibus: hanc iste aīa morbidis exhibebat. Nūc mētis sensib⁹ clau-

Marginalia: Benef. viij. — Paul⁹ sua doctrina aīalia ferocia fecit mitia — Benef. xij. — Paul⁹ pl⁹ reliquit q̄ abraā. — Nō solū vt abraā paul⁹ filiū fris abhostibus eripuit: sed vniuersū orbē de ipsa diaboli manu extorsit. — Patientia maior i paulo fuit q̄ in isaac — Paul⁹ ioseph i pudicitia superauit. — Jobi patientia paul⁹ superauit.

dicātes dirigēdo: in recti itineris incessu: nūc nuditate deformes. stola celestis philosophie vestiēdo. In corporalibus quoq3 bñficijs tāto iste superabat / q̄to est amplius in fame & egestate viuētē indigētib⁹ ferre presidiū / q̄ idipm de diuitiarū affluētia ministrare. Nā illi⁹ quidē oīm aduenīēti apericbat dom⁹. Huius vero aīa vniuerso patebat orbi: ac fidelium pplos benigne mētis recipiebat hospitio dicēs. Non angustiamini in vobis: angustiamini vero in visceribus vestris. Et ille quidē cū boues ac oues haberet innumeras: erat in pauperes liberalis. Hic vero nihil amplius corpe suo possidēs: de hoc ipso sufficiēter indigētibus ministrabat. Qd alicubi ipe cōmemorās necessitatib⁹ (inquit) meis: & his qui mecū erant ministrauerūt man⁹ iste. Corporis eni sui operā velut ex quadā possessione fructus esurientib⁹ deputabat. Sed vermes videlicet ac vulnera feuosq3 atq3 intolerabiles fetō Job inferebat dolores. Et ego fateor. Sed si p tam multos annos pauli verbera: & cū iugi fame etiā nuditatē / cathenas / carcerē / insidias / periculaq3 psideres: que a domesticis / ab extraneis / a tyrānis: a toto postremo patiebat orbe: addas huc etiam his pfecto amariora. i. pro eis qui labebant dolores sollicitudinē: quā p ecclesijs oībus vstionē: quā p scādalizatis singulis perferabat. Videbis quā oīni erat saxo durior anima ista ppetiens: & ferrū atq3 adamātē firmitate superabat. Que eni Job corpore: hec paulus mente sustinuit: quē omni ferme molestior de singulis quibusq3 labētibus mestitia cōsumebat. Unde & iuges lachrymar ex eo fontes: non diebus solū / sed etiā noctib⁹ effluebāt: omniq3 muliere parturiente vehementius effligebat in singulis. Propter qd etiam dicebat. Filioli mei quos iterū parturio. Quē vero iam quispiam post iob putet esse mirabilē? Moysem pfecto. Sed hūc etiā paulus satis eminēti virtute trāscendit. Cuius quidē multa sunt alia preclara: sed caput sancte illius anime atq3 fastigiū est: qm p iudeorū salute deleri elegit e libro. Sed moyses cū ceteris optauit perire: paulus pro ceteris. Non eni cū percūtib⁹ perire voluit: sed vt saluarent alij ipe de glīe eternitate decidere. Et ille quidē pharaoni: ille autē diabolo quottidie repugnabat. Et ille p vna gente: iste vero pro vniuerso orbe certauit: non sudore: sed sanguine vice sudoris vndiq3 pfluente eum: nō solū habitabiles mūdi partes: verūetiā deserta ad cultū religionis adduceret. Nec solū grecorū pplos: verū & barbarorū. Poterā quidē & Jesum naue / & Samuel & alios pphetas in cōparationē vocare: sed ne sermonē faciam longiorē: ad ipsa eorū capita conscendā. Cū eni istis excelsior apparuerit: nulla prsus de alijs ambiguitas relinquet. Quinam ergo eminentiores videntur? Quis post hos alius nisi Dauid: & Helias / ac Johānes quorū vn⁹ prioris / alter secūdi est precursor aduentus? Propter qd etiā nois cōmunione cōiuncti sūt. Quid igitur in dauid precipuū reperit? Sine dubio hospitalitas: atq3 erga deū feruens amor. Et quis ampli⁹: imo quis ita vt anima pauli hec vtraq3 cōpleuit? Ammirandū autē in helia ego minime reor: qz celū clausit: qz induxit famem: quia ignem de celo sermone cōposuit. Sed qz zelauit p deo: eratq3 in hoc mētis affectu ipso igne vehementior. Sed si pauli zelū diligenter inspicias: tanto eū inuenies excelsiorem q̄to ille pphetis ceteris eminebat. Quid eni illis verbis reperiat equale que glorie dñi zelando dicebat: quoniā optabā esse anathema pro fratrib⁹ meis qui sūt cognati mei fm carnē. Propterea a celis sibi propositis: ac premijs / & coronis tardauit ac distulit dicens. Permanere autem in carne necessarium pp̄ter vos. Propterea non solum ista que cernitur: sed illam quoq3 que itelligitur creaturā nequaq3 sufficere sibi credidit / ad ostēdēdū zelum et charitatē qua ardebat in christū: sed etiam aliā que non est sermone formauit: vt quod tota voluntate cupiebat exprimeret. Sed iohannes in cibum locustas: et mel siluestre sumebat. Sed paulus ita in medio mundi strepitu: quēadmodū ille i eremo quiete versatus est. Nō quidem pastus locustis: aut melle siluestri: multo autem his victu viliore ptentus: ac necessario quidē indulgens cibo: pre feruenti pdicandi studio. Verū illius aduersus herodē apparuit magna pstantia: & iste nō vnū aut duos / aut tres: sed innumeros in sublimi positos potestate corripuit: immo longe illo

Margin notes:

Job .j.

Sal. iiij. Moyses posterior est ipso iob.

Moysē paulus eminēti virtute trāscendit.

Paul⁹ optauit deleri de libro vite: moyses tñ cū ceteris perire.

Paul⁹ dauid helye & ioh̄ni baptiste pfertur.

Paul⁹ angelis venit cō parād⁹.

ſeuiores tyrānos. Reſtat vt paulum iam angelis cōparemus. Ideoq̧ relinquentes terram etiam celorum faſtigia tranſcam⁹: ſed null⁹ ſermonē noſtrū accuſet audacia. Si enī ioannē ⁊ ſacerdotes dei ſcriptura angelos noīauit: q̄d mirū ſi preſtantiorem omnibus paulū illis virtutibus cōferamus? Quid ergo eſſe in angelis magnificū predicam⁹? Profecto q̄ cum omni cura obediūt deo. Qđ dauid quoq̧ ammirando dicebat. Potens virtute facientes verbum eius. Huic enim bono prorſus nihil eſt equale: etiam ſi ſint milies icorporei. Hoc eſt enī qđ maxime eos preſtat beatos: q̄ obediunt preceptis dei: q̄ cum in nullo aliquando cōtēnunt. Hoc igitur ⁊ in paulo plene aīaduerti poteſt: cum omni diligentia et cautione ſeruatum. Non ſolum autē ſmonē ei⁹ impleuit: verūetiā precepta ſupraq̧ precepta: hoc q̄ppe declarās ait. Que ē ergo merces mea? Ut euangelium p̄dicans ſine ſumptu ponā euangelium dei.

Obedire deo pfecte angelos maxime pſtat eē beatos.

j. Cor. ix.

Quid vero aliud in angelis propheta mirat? Qui facit (inquit) angelos ſuos ſpiritus: et miniſtros ſuos ignem vrentem. Sed hoc etiam in paulo poſſum⁹ inueni re: qui velut ignis ac ſpiritus, totum terrarū percucurrit orbem: percurrendoq̧ purgauit. Sed necdū celū iſte ſortit⁹ eſt. Et hoc eſt omnino mirabile: q̄ talis verſabatur in terris: ⁊ mortali adhuc carne circūdatus cū incorporaliū poteſtatū virtute certabat. Quanta ergo nos ſumus cōdēnatione digni cum vno homine bona omnia in ſe congregante: ne minimā quidē eorum partem ſtudem⁹ imitari. Hec aſſidue mente voluentes: et noſipſos inculpabiles prebeamus: ⁊ ad illi⁹ zelum ſtudeamus accedere: vt ad eadem bona peruenire mereamur: ex miſericordia domini noſtri ieſu chriſti: cui gloria ⁊ imperium in ſecula ſeculorum amen.

Ps. ciij.

Homelia ſecunda.

QUid ſit homo, et quāte nature nr̄a nobilitas: quanteq̧ capax virtutis hoc animal: p̄cipue ex omnibus paulus oſtēdit. Qui nunc ſtetit aduerſus crimiatores humane creature clariſſima p deo voce reſpōdens: cohortans ad ſtudia virtutis: ⁊ impudentiſſima blaſphemantium ora concludēs. Docēs quoq̧ q̄ iter angelos homineſq̧ non grande ſit medium: ſi tamē noſipſos diligētius extollamus. Nō enī aliam ſortitus eſt ille naturam: nec diſſimilem nactus animam: neq̧ alterū habitans mundum: ſz in eadem terra: eadēq̧ regione: ſub eiſdem ⁊ legibus nutritus: ⁊ moribus: cunctos qui nunc vel ſūt homines vel fuerunt altius virtute tranſcendit. Ubi igitur nunc illi ſunt qui vitia in procliuo: virtutem in arduo collocarūt? hic enim illis palā repugnat dicēs. Qđ enim in preſenti eſt momentaneum ac leue tribulationis noſtre ſupra modum in ſublimitate eternum nobis glorie pōd⁹ operatur. Si autem huiuſmodi tribulationes inueniuntur leues: q̄to magis bē que in nobis ſūt voluptates? Neq̧ vero hoc ſolū in illo mirabile ē: q̄ pre abūdātia deuotionis quodammodo non ſenſit dolores pro virtute ſuſceptos: ſed etiam q̄ virtutem ipſam nec mercede penſauit. Nam nos quidem propter eam nec propoſita mercede certamus: quam ille cōplectens etiam ſine premio diligebat, cūcta illa que aſperitate ſui videntur impedire virtutem cum omni magnanimitate perpetiens. Qui neq̧ infirmitatē corporis, neq̧ multitudinem circūſtantium vndiq̧ negociorum: neq̧ tyrannidē nature: nec quicq̧ aliud cauſatus eſt: cum vtiq̧ maior illi q̄ cūctis et milicie principibus et regibus terre eſſet cura cōmiſſa. Sz quottidie celſior, quottidie aſſurgebat ardentior: ⁊ intentatis ſibi periculis, noua ſēp alacritate pugnabat. Idq̧ ſignificās dicebat. Eorum que retro ſūt obliuiſcēs: ad ea vero que priora ſūt extendens me. Qui cum ſibi mortem iā imminentem videret, ad communionē delectationemq̧ gaudij alios puocabat dicens. Gaudete et congratulamini mihi. Ac periculis, iniurijs, opprobrijſq̧ propoſitis, rurſus exultat. et corinthijs ſcribens ait. Placeo mihi in infirmitatibus meis: cum vtiq̧ hec ipſa eſſe diceret arma iuſtitie: oſtendens hīc ſibi fructū maximū prouenire. Itaq̧ cum īter medias inimicorum verſaretur inſidias: ouans tamen de omni eorum referebat īpugnatione victorias. et vbiq̧ ſciſſus verberibus: affectus iniurijs atq̧ maledictis, quaſi triumphales pompas ageret: crebraq̧ trophea ſtrueret ornabat: grāſq̧ referebat deo dicens. Deo autem grās: qui ſemper triumphat nos. Itaq̧ ad cō-

Paul⁹ cunctos hoīes et pſītes, et futuros virtute trāſcēdit.

ij. Cor. iiij.

Aduerſitates tēpales ſicut cēſēde ſunt parue: ſic et voluptates mūdane reſpectu eternoꝝ.

Paulo maior erat cura cōmiſſa q̄ principib⁹ vel regib⁹.

Paul⁹ delectabat i ſuis afflictionib⁹.

ij. Cor. xij.

fusionē ꝛ iniurias quas ob ꝑdicandi stu-
dium sustinebat: magisq̄ ad bonoꝝ oble
ctamēta ꝑperabat: mortis potius q̄ vite
desideriū appetēs / paupertatis q̄ opulē-
tie: ꝛ multo amplius laborē desiderans:
q̄ alij requiē post laborē. Ac merorē ma
gis eligēs: q̄ alij voluptatē. studiosius
pro inimicis orans: q̄ alij aduersum ini
micos. Cōuerterat enī orbē terrarū: im
mo nos eum vere peruertimus. Ab illo au
tem sic est custoditus: quēadmodū a deo
fuerat institutus. Illa enī oīa que appe-
tebant a paulo / nature congrua: hec ve
ro que idem ille fugiebat: cōtraria iudi-
cantur. Unde istud ꝓbari pōt? Quia ho
mo vtiq̄ cū eēt paulus: ad illa tñ magisq̄
ad ista currebat. Unum enī illi formidā-
dū erat atq̄ metuendū: offensa nimirum
dei: nec quicq̄ aliud oino. Ergo ne desi
derabile illi aliud erat: nisi placere sem-
per deo. Non dico autē q̄ nihil ꝑsentiū
desiderabat: sed nec ipsoꝝ aliqd futuro-
rū. Non enī mihi dicas vrbes ꝛ gentes /
exercitus / pecunias / ꝓuincias / potesta
tes. Hec enī ille nec quasi aranearū fila
reputauit: sed ea ipsa pene que ꝓmittunt
in celis: ꝛ tunc eius ardentē in xp̄o amo-
rem videbis. Hic siquidē pre illius dile
ctione nō angeloꝝ: nō archangeloꝝ: am
miratus est dignitatē: nec quicq̄ hoꝝ si
mile cōcupiuit. Quod enī erat maius oibus
xp̄i amore fruebatur: cū hic beatiorē se cū
ctis putabat: sine hoc autē neq̄ dñatuū
neq̄ principatuū socius esse cupiebat: sȝ
cū hac dilectione magis esse vel extremus
optabat: imo etiā ex numero punitoꝝ q̄
sine hac inter sūmos ꝛ honore sublimes
Hoc enim erat illi maximū ac singulare
tormentum: ab hac charitate discedere.
Hec illi erat gehenna. hec sola pena: hec
infinita ꝛ intolerāda supplicia: sicut etiā
perfrui charitate xp̄i. Hoc illi vita: hoc
mundus / hoc angelus / hoc ꝑsentia / hoc
futura / hoc regnum / hoc promissio / hoc
bona videbant innumera. Preter hoc ve
ro nihil in tristiū parte ponebat. Horum
enī que hic habentur nihil asperū / nihil
etiam suaue reputabat. Sic despiciebat
vniuersa que cernimus: vt solet herba
iam putrefacta contēni. Tyrānos vero
ac populos spirātes furorē: velut quos-
dam esse culices estimabat. Mortē vero
ac cruciatus / ꝛ mille supplicia / quasi lu
dum putabat esse puerorū: dūmodo pro

Paulus optabat paupertatē ꝛ alia aduersa vehemētius q̄ homines mundiales ad ꝓspera.

Paulus solū desiderabat placere deo.

Paulus summū putabat incōmodū charitate et dei dilectiōe priuari.

Paulus mortē re putabat

pter xp̄m aliquid sustineret. Tunc enim
et hec amplectebatur libēter: ꝛ decorabatur
vinctus cathena: magisq̄ vero diadema-
te coronatus. Etenī coronatus carcere
habitabat celum: ac libētius verbera ex
cipiebat ꝛ vulnera: q̄ alij brauia diripi-
unt. Et dolores nōminus q̄ ꝑmia dilige-
bat: cū ipsos vtiq̄ dolores loco duceret
premioꝝ. Propterea enī illos etiam gra
tiā noīabat. Quē sensum diligēter expē-
de. Premiū certe erat dissolui et esse cū
christo: permanere aūt in carne: certamē
Sed tñ ꝓpter xp̄i desideriū premia dif-
ferebat cupiditate certaminis: idq̄ ma-
gis necessariū esse dicebat. E regione ve
ro anathema a xp̄o fieri certamen erat ꝛ
dolor: magis autem supra certamen: su-
praq̄ omnē dolorē. At vero esse cū xp̄o:
erat premiū singulare. Paulus tñ pro-
pter christū illud maluit q̄ istud eligere
Sed ꝑfecto dicat hic aliqs: qm̄ hec om-
nia ꝓpter xp̄m suauia esse dicebat. Hoc
plane etiā ipse ꝯfiteor: qm̄ que nobis sūt
causa tristicie: hec illi pariebāt maximā
voluptatem. Et quid ego pericula / erū-
nasq̄ cōmemoro? In merore enim maxi
mo ille versabatur: ꝓpter qd̄ dicebat. Quis
infirmatur ꝛ ego non infirmor? Quis scan
dalizatur ꝛ ego non vror? Et si in mero-
re quoq̄ dicat qs inesse aliquā volupta
tem: multi enī illoꝝ qui filioꝝ mortibus
vulnerantur aliquid ꝯsolationis accipiūt
cū suis fletibus relinquuntur: magisq̄ do-
lent cū dolere ꝓhibentur. Sic ꝛ paulus no
cte ꝛ die ꝯsolationē accipiebat ex lachri
mis. Nullus siquidē tā certo affectu ma
la ꝓpria q̄ ille deflebat aliena. Quēad-
modū enī illum opinaris afflictū: cū per
ditionē defleret. Qui vt illi salui fierent:
a celoꝝ gloria cupiebat excludi. Et hoc
vnde manifestū est? Quia scȝ nō saluari
illos multo acerbius estimabat: q̄ semet-
ipsum perire. Aut si nō acerbius nunq̄ ali
ud optasset qd̄ vtiq̄ quasi tolerabilius ele
git. Qui cū certe spe maxima futuri pre-
mij pasceretur: non ꝑfunctorie aliud opta
bat: sed clamabat dicēs. Qm̄ tristicia est
mihi magna: ꝛ cōtinuus dolor cordi meo.
Hūc ergo ꝛ de singulis (vt ita dixerim)
habitatoribus mundi tam vehementē do
lorē: ꝛ in cōmune ꝓ cunctis ꝛ gētibus vi
delicet ꝛ vrbibus: ꝛ ꝓ vnoquoq̄ peculia
riter lamētantē: cui nā rerū aliquis pote
rit comparari? Cui / ferro? Cui / adamā-

ludum puerorū.

Phil. i.

ij. Cor. xi.

Paulus et suis doloribus et afflictionibus ꝯsolabatur.

Paulus deflebat aliorū ꝑditionē.

Ro. ix.

ti? Quidnā illā aliquis appellet animā?
Paulꝰ adamante fortior / et auro preciosior.
Aureā ne magis: an adamantinā? Nam
et omī erat adamante fortior: ꝛ auro gē-
misq preciosior. Et alterā quidē mate-
riā firmitate: alterā vero superabat pre-
ciositate. Cui igit rei hec ab aliquo aīa
cōparet? Earū quidē que sunt oīno nul-
li. Nā si vel auro adamātis fortitudo: vl'
adamāti honor daret auri: tūc forte ali-
quomodo cōparatio eiꝰ pauli possit aīe
cōuenire. Sed quid ego adamantē ꝛ au-
rū ad similitudinē adduco pauli? Mun-
dum si e diuerso appendas omnē: etiam
tunc videbis aperte paulū vergere pon
dus examinis. Si eni de his qui in melo
tis ꝛ speluncis in exigua orbis parte ver
sant hoc dictū ē: qūto magis nos dicimꝰ
paulū mūdo ꝛ oīm que in mundo sunt di
Paulꝰ dignior est celo.
gniorē. Si igit etiā mūdus eo dignꝰ nō
est: sit forte vel celū. Sed istud quoq in-
uenit inferius. Si eni iste non celū solū:
sed etiam que habent in celis dei postpo
suit charitati: qūo non magis dñs qui tā
to est benignior paulo: quāto malitiā bo
nitas antecellit innumeris eū celis iudi
cat digniorē. Non eni nos tantū diligit
deus: quātū a nobis ipse diligit. sed tan-
to effusius: quātum nec sermo quidē suffi
cit explicare. Cōsideremus ergo quātis
illū honoribus (etiā ante tēpus resurre-
ctiōis) extulerit. In paradisum rapuit:
Paulū deꝰ his honorauit honoribꝰ.
In celum tertiū subleuauit. Ineffabilis
arche fecit esse pticipē: taliūq mysterio-
rū consciū: que nulli hoīm fas fuerit con
fiteri. Nec imerito. Siquidē paulus in
terra gradiēs / sic se agebat in cūctis: qsi
angelorū societate frueret. Nam passibi
li adhuc corpori colligatꝰ illorū pfectio-
ne gaudebat. Tātisq fragilitatibꝰ sub-
ditus in nullo inferior: supernis virtuti-
bus apparere certabat. Nam ꝛ tanq pē
natus totū docendo peruolauit orbē: et
velut incorporeꝰ labores pericula q cō-
Paulꝰ in terra vitā duxit angelicam.
tēpsit: et quasi iam celū possidēs cuncta
prorsus terrena despexit: ꝛ tanq cum ip
sis iam incorporeis virtutibus degeret:
ita iugi mētis intētione vigilauit. Et an
gelis quippe sepe diuersarū gentiū cura
cōmissa est: sed nullus illorū ita creditū
sibi populū gubernauit: vt paulꝰ vniuer
sum gubernauit orbē. Nec vero dicas:
Paulo maior hoīm cu
q2 hec nō perficiebant a paulo. Hoc eni
etiā nos fatemur. Sed si nō ipse erat q cū
cta complebat: nequaq tū ab eorū operū
laudibus separat. Nā vtiq dignū se tan ra cōmissa est q̄ angelis
te gratie preparauit: per quā tam magni
fica ꝛ gloriosa pficeret. Michaeli gens
cōmissa est iudeorū. Paulo vero terre /
ac maria / atq vniuersi orbis habitatio:
ipsumq desertū. Et hec non ad iniuriā
(quod absit) dicimus angelorū: sed ostē
dimus esse possibile illis hominē copu-
lari: iuxtaq illorū merita cōsistere. Cuiꝰ
autem rei gratia non angelis potius hec
predicationis cura cōmissa est: vt nullū
scilicet excusationis colorē de ses inue-
niret: ac negligens: ac ne tu ad diuersita
tem nature cōfugeres dormiendo. Dein
de vt tanto etiam maior operū ammira-
tio nasceretur quāto de natura inferiore
procederet. Quomodo eni non ammira
bile hoc atq improuisum videtur: cū ex
terrena lingua sermo prosiliēs mortē fu
gat: peccata dissoluit: tenebras cecitatꝭ
illuminat: ꝛ mutatione mirifica terrā cō
uertit in celum. Propter hoc igitur stu-
peo virtutem dei: propter hoc ammiror
promptū animū pauli: quoniā se talem
studuit exhibere: quoniā tante se gratie
capacem parauit. Uos autē rogo vt nō
miremini solum: verūetiam imitemini
tam clarum hoc virtutis exemplū. Sic
nāq poterimus coronarū eius esse par-
ticipes. Nā si aliquis nos dixisse miraf:
quia quicunq habuerit pauli merita ea
dem sit habiturus ꝛ premia: ipm audiet
ista dicentē. Certamen (inquit) bonū cer ij. Thi. iiij.
taui: cursum cōsummaui: fidem seruaui.
De cetero reposita est mihi corona iusti-
cie: quā reddet mihi dñs i illa die iustus
iudex. Non solum autē mihi: sed ꝛ omni
bus qui diligunt aduentum eius. Uides
certe vt cunctos in eandē glie cōmunio
nē vocet. Quia igitur oībus eadē coro-
na posita est: studeamꝰ oēs digni illis bo
nis que pmissa sunt inueniri. Nec solū
magnitudinē atq eminētiā in illo debe-
mus considerare virtutū: ꝛ pmptū illud
animi eiꝰ atq robustū: p qd ad tantā me
ruit gratiā puenire: sed ꝛ nature societa
tē per quā nobis in cūctis ille participat
Et sic etiā que valde sunt ardua: facilia
nobis videbunt ac leuia. Breuiq hoc tē
pore laborātes incorruptibilē illā gesta
bimꝰ atq imortalē coronā: gratia ꝛ mi-
sericordia dñi nostri Jesu christi: cui est
gloria ꝛ imperiū in secula seculorū. Amē.

¶ Homelia Tertia.

Beatus Paulus qui tantã vim humane alacritatis ostẽdit: vt ad celũ quoq3 ipm valeat subuolare: pretermittẽs angelos aliasq3 virtutes: aliqñ quidẽ suo exẽplo xpi nos fieri imitatores iubet dicendo. Imitatores mei estote: sicut et ego xpi. Aliqñ quidẽ de se reticẽs ad ipsius nos imitationẽ dei extẽdit dicẽs. Estote imitatores dei sicut filij charissimi. Jã vero demõstrãs / qz nihil ita hanc imitationẽ pariat: qz si ita viuat aliquis / vt bonum ei⁹ in cõe pficiat: atq3 vniuersis vtiliora puideat adiũxit. Ambulate in charitate dei. Ideo cum dixisset / imitatores dei estote: cõtinuo de charitate disseruit: qz hec precipue virtus hoies deo facit primos. Quãtecunq3 eñi sint alie inferiorẽ tenẽtes locũ: cũcte erga hoim studia versant: vt est cõtra cõcupiscentiã pugna: z qd aduersus gulã gerit bellũ: vt in auaricie interitũ acies ordinata: vt cũ iracũdie furore cõflictus. Diligere vero deo nobisq3 cõmune est: ppterea z dñs iperabat. Orate p persequẽtib⁹ z calũniãtib⁹ vobis: vt sitis filij patris vrĩ qui in celis est. Hoc igitur z paulus cunctor intelligẽs caput esse bonor: omi in se studio exprimere curauit. Nemo enim ita dilexit inimicos: nemo erga insidiatores suos tam bñficus fuit. Nullus p afflictorib⁹ suis tanta perpessus est. Non enim illa q̃ patiebat / sed nature copulã cogitabat: quãtoq3 amplius efferebant inimici: tãto magis eorũ miserebat insaniã. Ut eñi aliquis indulgẽtissimus pater afficit erga filiũ freneti cõprehensum: cui⁹ quãto magis puitijs ictibusq3 pulsat: tanto eũ poti⁹ miserat ac defiet. Ita paulus qui de ipsa magnitudine passionũ cor a qb⁹ affligebat estimaret furorẽ: maiora illis adhibebat fomẽta pietatis. Audi igitur q̃ cõpatiẽter: quãq3 mãsuete nobis pro illis loquat: qui cũ q̃nquies verberabãt. Qui cathenis onerauerãt. Qui vinculis cõstrinxerãt. Qui ipsum ei⁹ sitiebãt cruorem. Quiq3 illũ q̃tidie discerpere cupiebãt. Testimoniũ (inquit) illis perhibeo: qm emulationẽ dei habẽt: sed nõ fm sciẽtiam. Rursus eũ qui se supra illos superbius efferebat refrenãs. Noli (ait) altũ sapere: sed time. Si eñi de⁹ naturalibus ramis non pepercit: ne forte nec tibi parcat. Quia eñi cognouerat dñicã iam in illos processisse sententiã: qd vnũ z solum in sua erat potestate prestabat. Sepe lachrimabat. Uehemẽter p illis dolebat: Uolẽtes eis insultare phibebat: atq3 in q̃tũ poterat laborabat vmbrã eis excusationis obtendere. Et qz ppter cõtumaciã eorũ atq3 duriciã: persuadere illis sermone nõ poterat: ad orones conuertebat assiduas. Fratres inquit: volũtas quidẽ cordis mei z obsecratio ad deum fit pro illis in salutẽ. Sepe quoq3 illos meliore sollicitat dicens. Sine penitẽtia eñi sunt dona z vocatio dei: vt non pertinacius vsq3 ad finẽ desperatiõe moriant. Que vtiq3 oĩa sũt amãtis: z valde cor vtilitatib⁹ puidẽtis: vt cum dixit veniet ex syon qui eripiat z auertat impietates ab iacob. Mordebat nãq3 vehemẽter: ac penitus dissecabat cum eos persecũtes videret. Propter qd z multa solacia adhibebat huic dolori aliqñ quis dicens. Ueniet ex syon qui eripiat z auertat impietatẽ ab iacob: aliqñ vero et isti nõ crediderũt nisi illor misericordiã cõsequãtur. Facit aut hoc etiã hieremias vim quãdam inferẽs atq3 cõtẽdens excusationẽ aliquã p delinquẽtibus inuenire. Nũc quidẽ dicens. Si peccata nr̃a restiterunt nobis. Et rursus. Non est in hoie via ei⁹: nec homo ibit et diriget iter suum. Et rursus alibi. Memẽto qm puluis sumus. Mos eteñi est oĩno celeberrimus: vt hi qui p delinquẽtibus deprecãtur: z si nihil idoneũ afferãt ad rogãdũ: saltim vmbrã quãdã p eis excusationis opponãt / nõ certa vbor ppꝛietate munitã: nec q̃ trahi possit i dogmata: sed q̃ pro percũtib⁹ tm̃modo cõsolet dolentẽ. Nõ ergo huiusmodi excusationes scrupulosius põderemus: sed intelligam⁹ esse illas dolentis anime: z dicere aliquid pro peccatorib⁹ requirentis. Juxtaq3 hunc modũ hec que superius dicta sũt sentiamus. Putas autẽ qz erga solos iudeos talis extiterit: ad alios vero vel domesticos / vel extraneos: nõ se multo ciã prebuerit mitiorẽ. Audi igitur qd ad timotheũ sit locut⁹. Seruũ indt dñi nõ oportet litigare: s3 mãsuetũ eẽ ad oẽs: doctorẽ / patientẽ / cũ modestia corripiẽtẽ eos qui resistũt: neqñ det illis de⁹ penitentiã ad cognoscendã veritatẽ: z resipiscant a diaboli laqueis: a quo capti tenent ad ipsius volũtatẽ. Uis autẽ pbare q̃ mode

Marginal notes: I. Cor. iiij. — Ephe. v — Mat. v. — Nemo tm̃ q̃tũ paul⁹ dilexit pximos suos. Neamicos / sue Inimicos Paul⁹ afficiebat erga suos psecutores sicut pr indulgẽtissimus erga filium freneti tactum. — Ro. x. — Ro. xj. — Ibidẽ. — Esaie lix. d. — Ro. xj. d. — ij. Thi. ij.

Paul⁹ cum modestia magna pctõres corripiebat: ꝛ nõ nisi cũ lachrimis.

ste: etiã cum illis loquať qui in pctõ corruerãt? Audi qd corinthijs dixerit. Timeo (inquit) ne cum venero humiliet me deus apud vos: et lugeã multos ex hijs qui ante peccauerũt: ꝛ nõ egerunt penitentiã sup immũdicia / ꝛ fornicatione / et impudicitia quam gesserũt. Et ad galathas. Filioli (ait) mei quos iterũ parturio donec formeť xp̃s in vobis. Et i causa ei⁹ qui fuerat fornicatus nõ minus eo ipso qui p peccato suo lamẽtabať dolet: proq₃ illo alios dep̃cať dicẽs. Cõfirmate in illo charitatẽ. Sʒ ꝛ qñ ab eccl'ie illũ corpe separabat / q₃ multis ꝩ lachrimis gemituq₃ faciebat. Ex multa (iquit) tribulatiõe ꝛ cordis angustia scripsi vobis per multas lachrimas / nõ vt cõtristemini: sʒ vt sciatis quã charitatẽ habeã abũdantius in vobis. Et rursus. Fact⁹ sum iudeis tãq₃ iude⁹: his qui sub lege erãt / quasi sub lege essem. Factus sũ infirmis infirmus. Oĩbus oĩa factus sum: vt oẽs facerem saluos. Vidisti ne queso animã oĩa terrena superantẽ? Omnẽ eni p̃rsus hoiem deo exhibere cupiebat: et omnes (quãtũ ad ip̃m spectat) exhibuit. Quasi eni vniuersum mũdũ ipse genuisset sic p turbabať: sic currebat: sic oẽs in regnũ dei festinabat inducere. docẽdo / pollicẽdo / meditando: tum orãdo p ipsis: tũ ipsis etiã supplicãdo: et terrẽdo demones et corruptores aiaꝝ fugando. Aliqñ epistolis: aliqñ p̃sentia: nũc sermone: nũc rebus per discipulos: p semetip̃m erigere labẽtes: stantes vero firmare: humi iacẽtes attollere: sanare cõtritos: torpentes oleo exhortationis animare: inimicis insonare terribile: hostes minaciter intueri: more optimi cuiusdã ducis et medici artis sue instrumenta gestantis. Protector ipse bellantiũ: ipse sedulus egrotoꝝ minister: ꝛ vn⁹ oĩm officioꝝ p̃sonas exercitui vbiq₃ custodiẽs. Nec in spũalib⁹ solũ tam egregiũ conseruabat ducẽ: sed in carnalib⁹ quoq₃ plurima sollicitudinis ac prudẽtie sue documẽta prestabat. Audi itaq₃ quẽadmodũ etiam pro vna muliere ad vniuersum scribat pp̃lm dicens

Gal. iiij c.

G. cor. ij

Ibidem

j. cor. ix

Paul⁹ vt pr̃ filios curabat.

Ro. xvj.

Cõmẽdo autẽ vobis phebẽ sororẽ meã que est i ministerio ecclesie q̃ est cẽchris: vt eã suscipiatis in domo digne sanctis: et assistatis ei in quocũq₃ negocio vestri indiguerit. Et iterũ. Nostis (ait) domũ stephane vt vos subditi sitis eiusmodi: ꝛ

Ibidem

rursus. Cognoscite q̃ eiusmodi sũt. Est eni hoc quoq₃ p̃priũ ac familiare in dilectione sanctoꝝ. Sic nãq₃ ꝛ heliseus mulierẽ illã susceptricẽ suam nõ spũalib⁹ solum: verũ etiã carnalib⁹ beneficijs remunerat. Propter qd̃ multa sollicitudine curaq₃ dicebat. Si est tibi sermo ad regẽ vel ad p̃ncipẽ. Et qd mirũ si cõmẽdationem per l'ras prestitit paulus: qui ꝛ ad se aliquos euocans: nec de viatico eoꝝ curã gerere dedignatus est: idq₃ ipsum in ep'la sua scribere? Siquidẽ cito scribens ait. zenam legisperitũ / ꝛ apollo sollicite premitte: vt nihil eis desit. Qui cõmendans aliquos tam studiose scripsit atq₃ sollicite: multo magis sicubi vidisset periclitãtes cuncta fecisset. Ad philemonẽ quoq₃ p̃pter onesimũ scribens. Vide q₃ oẽm ipendebat studiũ: q₃ intẽte ac sollicite depreceť. Qui autẽ p vno seruulo maximeq₃ fugitiuo: ꝛ qui ex reb⁹ dñi multa substraxerat: integram oĩmq₃ affectu plenã ep'lam sine cũctatione cõposuit: qualis circa alios fuerit attẽde. Vnũ enim hoc ille dignũ pudore putauit: aliqd scʒ p cuiuslibet salute negligere. Propter hoc agebat oĩa: ꝛ cõmouebat: nec omnino quicq₃ p his qui saluãdi erãt cunctabať impẽdere. Non verba: non pecunias: nõ deniq₃ corpus ipsum. Qui eni milies semetip̃m tradiderat in mortẽ: multomagis si habuisset: nec pecunijs pepercisset Et quid dico si habuisset: cũ p̃bare possim nec pepercisse eũ pecunijs: etiã nihil habentẽ? Sed ne ambiguũ puteť esse qd̃ dicimus: audi ipsũ rursus loquẽtẽ. Oĩm libẽter inq̃t impẽdã: ꝛ supimpendar ip̃e p aĩabus v̾ris. Et ad philippeñ scribẽs ait. Necessitatibus meis ꝛ his qui mecũ erãt ministrauerũt manus iste. Cũ ergo celsus in omniũ consisteret arce virtutũ: omnẽ tñ flãmã precipuo charitatis ardore vincebat. Vt eni missum in ignẽ ferrũ totũ p̃fecto ignis efficiť: sic paulus charitate succẽsus tot⁹ effectus est charitas Qui quasi cõmunis toti⁹ mundi esset pater: ita in amore hoĩm ipsos eoꝝ imitabatur parẽtes. imo cũctos nõ carnales modo: verũ etiã spũales patres sollicitudine ac pietate superabat: et pecunias: et verba: ꝛ corpus: ꝛ animã: p his quos diligebat ipendẽs. Propter hoc itaq₃ charitatẽ etiã plenitudinẽ legis vocabat: et vinculũ p̃fectiõis: ꝛ oĩm bonoꝝ matrem

iiij. reg. iiij.

Paul⁹ p salute p̃ximorũ oĩa ipẽdebat Act. xx g.

et initiũ finẽꝙ virtutũ. Propterea ꝙ di-cebat. Finis autẽ precepti est charitas/ de corde puro: ⁊ cõsciẽtia bona. Et rursus. Non adulterabis/non occides/⁊ si qđ est aliud mãdatũ in hoc verbo instauratur. Diliges primũ tuũ sicut teipsum. Quia igitur ⁊ initiũ ⁊ finis: ⁊ bona oĩno vniuersa dilectio est: vel in ipsa paulum studeamus imitari. Etenĩ hic illius operalis effectus est. Non enĩ mihi ꝓponas mortuos quos sepius suscitauit: neꝙ leprosos quos eadem virtute mũdauit: nihil a te horũ requirit deus. Possideo charitatẽ pauli: ⁊ pfectã adipisceris coronã. Cuius vero ista sentẽtia est? Ipsi nutritoris vtiꝙ charitatis: qui eã ⁊ mirabilibus et signis: ⁊ alijs bõis mille ꝑposuit: q̃ enĩ ipse eam abunde ac vehemẽter acceperat: ideirco etiã acrius atꝙ examinatius vim ei⁹ intelligit. Per ipsam et enĩ ille ad tam celsum pfectiõis cacumẽ ascendit: nihilꝙ eũ ita dignũ deo: vt virtus prestitit charitatis. Et idẽo dicebat Imitamini dona meliora: ⁊ adhuc excellentiorẽ vobis viã demõstro charitatẽ. ꝑfecto optimã viã planissimãꝙ ꝓnũciãs. In hac igit̃ etiã nos iugiter ambulem⁹: vt ⁊ paulũ (imo dñm pauli) videre mereamur: ⁊ incorruptibiles cõseq̃mur coronas: gratia ⁊ mĩa dñi nr̃i iesu xp̄i cui est gl̃ia ⁊ imperiũ in sc̃la sc̃lor. Amen.

Marg.: j. thi. j. b — Matth. xix. c. — Roma. xiij. c. — Paul⁹ a nobis imitãd⁹ est q̃ ad charitatẽ nõ autẽ q̃ ad miracl'a — j. Cor. xij.

Homelia Quarta.

Beatus Paul⁹ q̃ nos hodie cõgregauit: quiꝙ terrã ⁊ etiã illuminauit orbẽ: vocationis sue tpe aliq̃n cecat⁹ ẽ. Sed illius cecitas illuminatio toti⁹ orbis effecta est. Q̃m enĩ videbat male: bene eũ excecauit de⁹ vt vtiliter tã videret in reliquũ. Simul enĩ ⁊ documentũ ei sue virtutis ꝑbuit: ⁊ in passione eius figurauit futura: ⁊ modũ eius ꝑdicatiõis edocuit ꝙ sc; oporteret eũ priora studia penitus excludere: ⁊ quasi cõniuẽtẽ oculis semet ipsum vndiꝙ cohercere. Propter qđ ipse idem istud significãs clamat. Si quis videt̃ inter vos esse sapiens: stultus fiat vt sit sapiens. Neꝙ ergo potuisset rursus bene videre: nisi prius excecat̃ fuisset bene: ⁊ ꝓpriã sapientiã qua perturbabatur excludẽs fidei se p cũcta cõmitteret. Sed nullus hoc audiẽs: vocationẽ istã necessitatẽ putet. Siquidẽ potuit redire vnde discesserat. Multi enĩ et in nouo et in veteri testamẽto cũ maiora sepe mirabilia vidissent retro vt legim⁹ sũt reuersi: vt nabuchodonosor: vt iudas: vt elimas magus: vt simon: vt ananias: vt saphira: vt oĩs ppl's iudeor. Sed nõ ita paulus. Illustrato enim ẽtis aspectu ad sincerissimũ illud lumen cursu tetendit: atꝙ ad celũ pernicitur subuolauit. Qđ si interroges cui⁹ rei gr̃a sit cecatus: accipe ipsũ loquentẽ. Audistis inquit cõuersationẽ meã aliq̃n in iudaismo: q̃m supra modũ ꝑsequebar ecclesiã dei: ⁊ expugnabã illam: ⁊ ꝓficiebã in iudaismo sup multos coetaneos meos i genere meo. Abũdãtius emulator existẽs paternarũ mearum traditionũ. Quia enĩ vehemẽs quidem erat ac ferus: frenis quoꝙ vehemẽtiorib⁹ indigebat: ne sc; impetu ipso ei⁹ qua ferebat̃ alacritatis arrept⁹: prolata ad se dei verba ꝯtẽneret. Propterea igitur furorẽ ei⁹ indomitũ prius cõprimit: et cõcitatos ꝑcipites illius iracũdie fluctus cecitatis bñficio redigit inquietẽ. et cũ demũ celesti cũ donat affatu: ostẽdens ꝓprie inaccessibilẽ sapientiã ⁊ supeminentẽ oĩbus diuine sciẽtie sũmitatẽ: vt disceret cui tandem aduersario repugnaret: quẽ certe non modo punientẽ ferre nõ posset: sed nec bñficia cõferẽtẽ. Nõ enĩ ille obscuritate tenebrarũ: s; luminis nimietate cecat⁹ est. Et cur inq̃s hoc ante nõ factũ est? Ne queras istud: neꝙ velis esse curiosior: sed cõcede incõprehẽsibili ꝓuidẽtie dei salutes hoĩm notis sibi tẽpor opportunitatib⁹ ordĩare. Sic enĩ etiã ip̃se fatebat̃ dicens. Cũ aũt placuit ei qui me segregauit de vtero matris mee: et vocauit p gratiã suã vt reuelaret filiũ suũ in me. Nihil tu igit̃ scruteris ampli⁹ q̃n hoc dicit ⁊ paul⁹. Istud enĩ tũc vtiꝙ fieri oportuit: cũ iã scandala vtiꝙ creuissent. Ab ipso vtiꝙ discam⁹: q̃m null⁹ neꝙ ante paulũ: neꝙ ipse paulus ex se ĩmmo eũ inuenit: sed ipse se xp̄s ostẽdit. Et idcirco dicebat. Nõ vos me elegistis: s; ego elegi vos. Ceterũ cur ante nõ credidit: cũ videret resurgere mortuos/ambulare claudos/paraliticos roborari/demones effugari? Nullũ enĩ ille fructũ ex his oĩb⁹ cõsecut⁹ est/cũ tñ nõ ignoraret ista: q̃ tñ erat circa aplos curiosus. Qui certe cũ lapidaret̃ stephan⁹ astabat: ⁊ faciẽ ei⁹ videbat angelico fulgore radientẽ. Cur ergo nihil inde lucratus est? Or

Marg.: Paul⁹ excecat⁹ est vt clari⁹ inde videret. — j. cor. iij — Paul⁹ q̃re excecat⁹ est. Gal. j. c — Paul⁹ cecat⁹ ẽ nõ tenebrarũ ob scuritate: s; nimietate luminis Gal. j. — Christũ null⁹ inuenit: s; seipsum xp̄s ostẽdit. — Paul⁹ q̃n excecationẽ nõ credidit: non obstantibus miraculis.

neccdū vtiqꝫ fuerat vocatꝰ a xp̄o. Cu ve
[Vocatio apl̄i nō īposuit sibi necessitatē]
ro hec audiēs noli vocationē istā necessi
tatē putare. Non eni deꝰ hoīes cogit vo
cādo: sed post vocationē quoqꝫ permittit
cos ppꝛiarū esse dn̄os voluntatū. Nam
et iudeis seip̄m qn̄ opoꝛtuit reuelauit: sꝫ
illi ppter gloꝛiā quā ab hoībus require-
bāt: vltro se offerentē suscipere noluerūt
Verū hoc loco infideliоꝛ aliquis oppo-
nat ac dicat. Cur non etiā me ⁊ vocauit e
[Perfecte fidelis sufficienter a dn̄o vocatur.]
celo? Vnde aūt manifestū est o homo: qꝛ
paulū vocauit e celo. Sed credis istud.
Ergo si credis hoc ip̄m ad signū tibi sa-
tis est. Si vero nō credis qꝛ e celo paulū
vocauit: qūo dices cur non etiā me voca
uit? Credis qꝛ illū vocauit: hoc ipsum ti
bi (vt dixi) abūdat ad signū. Crede igit.
Nam te quoqꝫ e celo vocat deꝰ si habeas
animā ad obediēdū paratā. Qꝫ si inobe-
diens sis / ⁊ coꝛrupte depꝛauateqꝫ senten
tie: ne de celo quidē ad te dimissa vox ti-
bi sufficit in salutē. Quotiēs autem ⁊ iu-
dei vocē audiere de celo: ⁊ in nouo ⁊ i ve
teri testamento: nec tn̄ facti sunt iccirco
melioꝛes. Nā in veteri iudei quidē post
mille miracula pꝛo xp̄o vitulū quē fece-
rant adoꝛauerūt. At vero Hierecūtina
meretrix que nihil oīno ex mirabilibus
viderat: ostēdit tn̄ fidē in exploꝛatoꝝ su-
sceptiōe mirabilē. In terra quoqꝫ repꝛo
missionis iudei signa cernētes permane
bāt lapidibꝰ duꝛioꝛes. Niniuite vero so
lum Jonā vidētes crediderūt et egerūt
penitentiā: et venturā sup se iram dei cō
[Luce xxiij.]
uersione pepulerūt. In nouo etiam testa
mēto sub p̄sentia ipsiꝰ xp̄i latro quidē cū
crucifixum cerneret adoꝛauit. Judei ve
ro qui cū spectauerāt moꝛtuos suscitan-
tē: ⁊ vinxerūt ⁊ affixerūt cruci. Quid au
[Tēplū reedificare volentes p passionē chꝛisti / ignis exiliens ꝯsūpsit.]
tem nostra quoqꝫ etate? Nōne ex funda-
mētis templi qd̄ hierosolimis fuit ignis
exiliēs: audētes illud edificare consum-
psit? Sicqꝫ reliqui ab iniqs conatibꝰ de-
stiterunt: neqꝫ tn̄ ab impietate sua ⁊ ceci
tate ꝯuersi sūt. Quāta vero post hec etiā
alia facta sūt miracula: vt cū sup apolli-
nis verticē fulmen illapsū est: vt cū ipsiꝰ
respōsa demōis trāsferri a rege sepultū
iuxta se martyꝛē cōpulerunt: dicentis se
eloqui oīno non posse: qꝫdiu pꝛoximā il-
lius archam videret. Erat nāqꝫ vicina.
[Notauaria et diuersa dei]
Postqꝫ rursus ipsius regis auunculus q̄
pꝛofano attrectatu cōsecrata deo vasa te
merauerat: vermibꝰ exesus interijt. Pꝛe
[miracula ī fidei approbationē facta.]
positus regalis erarij ob aliquā quā ec-
clesie intulerat iniuriā / mediꝰ repēte di
ruptus est. Tūc etiā regionis nostre fon
tes qui pꝛius flumina ipsa cursu inundā
te vincebant: subito in se resiliendo fuge
rūt. Nunqꝫ hoc ante perpessi: nisi postqꝫ
loca illa sacrificijs ac victimis inquina-
uit. Quid vero iam memoꝛē famem toto
pꝛoꝛsus oꝛbe terrarū cū impio rege dam
natā regis interitū in regiōe persarum:
ante moꝛtē vero mentis erroꝛē perpessū
exercitū in medio barbaroꝝ relictum?
Et vndiqꝫ velut in medijs erat rhetibꝰ
innolutus: nec illū aliqn̄ exitum se inuē-
turū credebat: dei iam nutu ab hostibꝰ
liberatus: omni cum securitate remea-
uit. Et hec quē non valent ad partē pie-
tatis attrahere? Nōne crux pꝛedicat: et
totꝰ ad credēdū mūdus accurrit. Quid
[Diuersa fidei argumēta]
vero p̄sentia? Nōne multo etiā mirabi-
lioꝛa dicēda sunt? Nōne moꝛs annūcia
tur: ⁊ oēs cōuolant? Nunqd nō innume
ri crucifixi sunt? Nūquid non duo latro
nes cū dn̄o pependerūt? Nunqd non se-
pe multi sapiētes? Nunqd nō multi exti
terunt potētes? Cuiꝰ igit aliqn̄ nomē sic
obtinuit? Et quid dico potentes atqꝫ sa
piētes? Nūquid nō fuerunt reges incli
ti? Quis ita sibi terrarū oꝛbē tam bꝛeui
tēpoꝛe subiugauit? Non eni varias mi-
hi atqꝫ diuersas opponas hereses. Oēs
siquidē eundē pꝛedicāt xp̄m: ⁊ si nō oēs
sane pꝛedicent atqꝫ legitime. Illum eni
oēs pꝛedicāt qui in palestina ⁊ natꝰ ⁊ pas
sus / qui pontio pilato adiudicāte cruci-
fixus est. Hec igit cūcta que ppꝛosui: nō-
ne etiā maius virtutis eiꝰ videnf habe-
re documētū: qꝫ illa vox allata de celo?
Cur eni non aliqn̄ vllus ita regū: vt hic
solus obtinuit? Certe cū innumera ex ad
uerso impedimenta pugnarēt: nam ⁊ re-
ges cōtra euangeliū pꝛeliati sunt: ⁊ tyꝛā
ni bella gesserūt: ⁊ nr̄a vsqꝫ adeo attrita
nō sūt: vt inde magis fierēt clarioꝛa. Vn
de hec igit tāta tāqꝫ ammirāda virtus?
Solus ergo iste magus tam potēs fuit?
Audistis nēpe qꝛ ⁊ apud persas magi: ⁊
apud indos extiterūt: suntqꝫ etiā modo:
sed ne nomē quidē coꝝ vsqꝫ sonat. Et il-
le quidē ex tyꝛannoꝛū vꝛbe deceptoꝛ ac
maleficꝰ aliquo loco apparuit: et ad bꝛe-
ue aliquāto tēpus i exigua oꝛbis pte re-
fulsit: sed celeriter extinctus atqꝫ delet
est. qui non ecclesiā oīno: non populū / nō.

aliquid boꝝ reliquit. Sed quid dico ma-
gos ac maleficos extinctos? Unde que-
so oia deoꝝ templa cõbusta sunt: ⁊ dodo
neus ⁊ clariꝰ: ⁊ oẽs iste ꝓphanitatis of-
ficine silẽt: ac penitus obstructe sũt? Un
de igit non solũ crucifixũ: sed etiã ꝑ ipso
occisoꝝ favillas demones cõtremiscũt?
Cuiꝰ rei grã saltim nomẽ audiẽtes cru-
cis in fugã resiliũt: cum certe si se aliter
res haberet: magis eos oporteret irride-
re ꝙ̃ fugere. An forte crux clarũ quiddã
videt ac nobile? Immo e contrario tur-
pis ⁊ exprobrabilis mors. Est ei ⁊ vtiq̃
penalis mors: est oino teterrima: ⁊ apud
iudeos maledicta: ⁊ apud gentiles abo-
minãda. Unde igit illã demones refor-
midãt nisi de virtute crucifixi? Si eni il
lam ꝑ seipsam timerẽt: ꝙ̃ ꝙ̃ et hoc ipsum
de his esset indignũ: tãtum ⁊ ante illũ et
post illũ plerìq̃ crucifixi sũt: et cum ipso
etiã duo. Quid igit si iuocet aliquis no-
men latronis: vł alterius cuiuscũq̃ cru
cifixi: demõ forte timebit ac fugiet? Ne
quaꝙ̃: quinimo ridebit. Si vero iesũ ad
dideris nazarenũ: velut ab igne repente
effugiet. Quid igit dicis vnde ꝑualuit?
Quia (inquit) seductor fuit. At non hoc
precepta eius loquũtur. Deniq̃ ⁊ multi
seductores fuerũt: ⁊ tñ nullus obtinuit:
sed qr magus fuit: verũ lõge aliud eius
dogmata cõtestant. Sed ⁊ magoꝝ mul
ta sepe fuit copia: nec tñ vllum huiusmo
di potẽtie nomẽ auditũ est: sed qr sapiẽs
fuit / ⁊ multi fuerũt sepe sapiẽtes. Quis
itaq̃ similiter obtinuisse dicet? Nullus
eni aliqñ saltim ex parte aliqua huic po-
tẽtie ꝓpinquauit. Unde liq̃do patet qm̃
xp̃s nõ magus fuerit / nõ seductor: sed ꝗ
e cõtrario boꝝ extitit emẽdator: et vere
diuina virtus nec vlli oino superabilis.
Iccirco ⁊ ipse cũcta vicit atq̃ ꝑdomuit
Et paulus cum ista arte vilissima tantã
potuit inspirare virtutẽ: quãtam ipse re-
rum testat effectus. Homo etenĩ ignobi-
lis / abiectus / ⁊ circũforanus: qui artem
exercebat in pellibus intantũ virtute ꝓ
gressus est: vt vix triginta annoꝝ spacio
⁊ romanos: ⁊ persas / ⁊ partos / ⁊ medos
et indos / ⁊ scitas / ⁊ ethiopas: ⁊ sauroma
tas atq̃ sarracenos: ⁊ omne prorsus ho-
minũ genus sub iugo mitteret veritatis
Responde igit vnde iste opifex vilis ac
publicus: stãs in loco artis sue: aut scal-
pellũ manu tenẽs: ita vt ipse philosopha

Demones q̃re crucẽ sic reformidant.

Paulꝰ artẽ exercebat i pellibꝰ.

Fides diuulgata est ꝑ vniuersũ orbẽ pauli ministerio post passionem

tus ẽ: ⁊ alios docuerit philosophari: gẽ-
tes scʒ vrbes ⁊ regiões: nec vim in se ser
monis ostẽdẽs. Audi enĩ ip̃m loquentẽ:
et si imperitꝰ sermone nec pecunias pos-
sidẽs. Nam hoc quoq̃ ipse testat. Usq̃
ad hãc (inquit) horã ⁊ esurimꝰ / ⁊ sitimꝰ /
⁊ nudi sumꝰ: ⁊ colaphis cedimur. Et q̃d
dico pecunias: cũ ille quidẽ sepe necessa
riũ nõ haberet cibũ: nec quo circũdaret
indumentũ? Quia vero nec de ꝓfessione
clarus fuerit: ipsius discipulus ostendit
dicens. Qm̃ manebat apud aquillã ⁊ pri
scillã: ꝓpter ꝙ eiusdẽ artis essent. Erãt
enĩ scenofactorie artis. Nõ igit a ꝓauis
nobilis. Quippe qui tam vilis fuisse ar-
tis ostẽditur. Non a patria: non a gente:
tamen progressus in mediũ: ac tm̃modo
apparens inimicoꝝ cuncta turbauit: vni
uersa confudit. Et sicut in stipulas aut
fenũ ignis immissus oia demũ opera cõ-
sumpsit: atq̃ in quod voluit cũcta cõuer
tit. Neq̃ vero hoc solũ admiratione di-
gnũ est: ꝙ tantã potentiã talis obtinuit:
sed quoniã discipuloꝝ quoq̃ illius plu
rimi pauperes imperiti / ac totius erant
eruditionis extranei: in fame et egestate
viuentes / ignobiles / ⁊ de ignobilibꝰ ꝓ-
creati. Qd̃ certe ip̃e etiã predicauit: nec
erubuit eorum cõmemorare pauperiẽ: i
mo necessaria quidẽ eorum victui postu
lare. Proficiscar inquit hierusalẽ mini-
strare sanctis. Et rursus. Scd̃m vnam
sabbati vnusquisq̃ vestrũ reponat quod
ei bene placuerit. Ut non cũ venero tũc
collecte fiant. Quia vero plures discipu
loꝝ ex imperitoꝝ numero constarent
ad corinthios scribens ait. Uidete voca
tionem vestrã: quia non multi sapientes
ꝯm carnem: non multi potentes: non mul
ti nobiles. Sed ⁊ valde obscuri: et viles
fuerunt. Nam infirma (inquit) mũdi ele
git deus: ⁊ que nõ sunt: vt ea que sunt de-
strueret. At nobilis quidẽ ⁊ eruditꝰ erat
forte persuasor. Ne istud quidem. Nam
hoc quoq̃ ipse confirmat dicẽs. Et ego
veni ad vos: nõ in sublimitate sermonis
aut sapientie: annunciãs vobis testimo-
nium christi. Nõ enim iudicaui scire me
aliquid inter vos: nisi iesum christum et
hunc crucifixum. Et sermo meus et pre
dicatio mea: non impersuasibilibus hu-
mane sapientie verbis: sed causa nimi-
rum ipsa predicationis erat idonea: q̃ ad
se ꝑtraheret audiẽtes. Accipe q̃d etiã su

xp̃i ante xxxi. annum.

j. Cor. iiij.

Actuũ xviij.

Paulꝰ et aq̃lla erãt arte scenofactorie.

j. Cor. xvj.

j. Cor. j.

Paulꝰ nõ i sublimitate sermõis vł eloq̃ntia ludeis loquebatur.

i.cor.ij. per hac recipe ꝓnūciet. Oēs (iqͭ) iudei
signa petūt: et greci sapientiam querūt.
Nos autē predicamꝰ iesum crucifixum:
iudeis qdē scādalū: gētibꝰ aūt stultitiā.
Sed securitate ⁊ libertate ꝑfruitꝰ est. At
i.cor.ij. oīno nūꝗ a ꝑiculꝭ respirauit. Et ego (in
qt) in īfirmitate ⁊ timore ac tremore mul
to fui apͦ vos. Nec ꝗ vo ipē solū: sȝ et eiꝰ
Heb.x. discipli passiōibꝰ subiacebāt. Memēto
te (inqt) dierū ꝑorū: in qbꝰ illumiati ma
gnū certamē sustinuistis passionū. In al
tero qdē opprobrijs ⁊ tribulatiōibꝰ spe-
ctaculū facti. In altero aūt socij taliter
ꝯuersātiū facti. Nā et vinctꝭ cōpassi estis:
⁊ rapinā bonorū vr̄orū cū gaudio susce-
i.thes.ij pistis. Et rursus ad thessalonicēses ait
Vos eni eadē passi estis a cōtribulibus
vr̄is: sicut et ipsi a iudeis: q et dn̄m nr̄m
occiderūt: ⁊ ꝓphetas suos ꝑsecuti sunt.
ij.cor.j. Rursus ad corinthios scribens. Sicut
(inquit) abūdāt passiōes xp̄i in vobis. ⁊
quēadmodū socij estis passionū: ita cri-
Gal.iij. tis ⁊ cōsolatiōis. Et ad galathas. Tāta
(inqͭ) passi estis sine cā: si tn̄ sine cā. Cū
igiꝭ ⁊ predicator: tū impitꝰ: tū etiā paup
esset ⁊ ꝓrsus ignobilis: et qͦ ꝑdicabaꝭ
nō mō cōmēdatione sui esset vacuum: ve
rū etiā offensiōe plenissimū: ⁊ auditores
ipi inopes ībecilli: atꝗ oīno nulli: ⁊ peri
cula tā crebra: tā varia. nō doctoribꝰ so
lū: sȝ etiā discipl'is īminerēt: ⁊ crucifixꝰ
esset q annūciabaꝭ adorādꝰ. qdnā illͦ ē
qͦ hmōi ꝑdicatio potuit obtinere? Nō
ne lucidissime claret diuina hͦ ⁊ ineffabi
li q̄dā virtute ꝑfectū? Qͦ certe etiā ini-
micorū cōparatiōe pōt liqdo cōparari.
Cū eni videris cōtraria horū in vnū vni
uersa ꝯcurrere. idē et opes ⁊ nobilitatē/
⁊ p̄rie claritudinē: ⁊ oratorie artis potē
tiā: et pacis securitatē: ⁊ plurimā in ipsa
suꝑstitione culturā: ꝯtinuo tn̄ morē pro
phanitatis extinctū. Hos vo q ex diuer
sa sunt ꝑte suꝑare: q hoꝝ sit cā responde.
Tale est eni vt cū rex qspiā instructꝰ ar-
mis: fretꝰ exercitu: potētissimas in bellū
acies ordinās: hostes suꝑare nequerit:
nudus aliqs ⁊ paup ⁊ solꝰ: ac ne breui q
dē iaculo armatꝰ: aut simplici saltem ve-
ste tectꝰ: certamē incat: eaꝗ ꝑagat que
alij: ne cū mille qdē mollitionibꝰ patra-
re potuerūt. Noli igiꝭ in praua ꝑmanere
sn̄ia: sed vtutē venerare crucifixi. Nec
eni si regē aliquem videas ciuitates sibi
excelsas parātē: circūagentē fossas mu
ris: machinas īponentē: īnumerā quoꝗ
habētē militū multitudinē. arma fulgē-
tia: pecunias infinitas: vnā ꝗ hostiū ciui
tatē destruere nō valentē: alterū vero nu
do corꝑe dimicātē: solisꝗ manibꝰ vtētē:
nō vnā aut duas: aut paucas: sȝ ꝓrsus in
numeras totoꝗ diffusas orbe vrbes per
currentē celeriter: cūctasꝗ capiētē: hu
mane hoc dicas esse virtutis. sic procul
dubio cā in p̄nti causa est sentiēdū. Pro
pterea eni cocessit deus: et latrones cū
saluatore crucifigi: ⁊ ante saluatoris ad
uentū seductores aliquos apparere: vt
etiā ex cōparatiōe rerū nimis insipiētibꝰ
ostēderet excellētia veritatꝭ: et disceres
qr hic nō vnꝰ ex illis: sed grāde sit iter tā
dispares infinitūꝗ discrimē. Nihil eni a
xp̄i gl'ia potuit inumbrare: vel eorūdem
oportunitas tēporū vel cōio passionum
Ne qs eni putaret/ qr demones crucē ⁊
nō crucifixi virtutē pauerent: obstruxit
ora ista dicentiū ꝑ latronē. Qͦ si tempo
rū oportunitas cūcta fecisse dicaꝭ: ad re
pellendū theodote atꝗ iude discipuli ꝓ
ferrenꝭ. Qui cū eisdē fere qbꝰ etiā xp̄us
tꝑibꝰ extinissent: ⁊ veritatē ꝑ qdā etiā si-
gna ipugnare tētassent repēte destructꝭ
Qͦ eni iā ante memoraui iō interdū fal-
sa fieri deꝰ signa cōcessit: vt abūdātiꝰ ve-
ra mōstraret. Propterea ⁊ pseudo ꝓphe
te tꝑe prophetarū: et pseudo apl'os cum
apl'is apparere ꝑmisit. vt disceres q splē
dētē eiꝰ vbiꝗ virtutē: neq̄ꝗ obscurare
posset similitudo q̄dā et vmbra vtutum.
Age iā ex alijs qꝗ documētis ꝓbemus
esse hāc potentiā singularē ⁊ precipuam
atꝗ mirabilē. Docemꝰ eni xp̄i gl'iam ip-
sa magis inimicorū ipugnatiōe creuisse
Cū eni hūc ipm beatū paulū rome qdē
ꝑsequerenꝭ/ aliqn̄ hoc ipm dogma inqe-
tiꝰ ꝑdicabāt. Cupiētes eni Neronē illū
ipugnatorē pauli acriꝰ in eiꝰ odiū cōmo-
uer/ mira q̄dā arte ledēdi susceperūt et
ipsi euāgelice ꝑdicatiōis officiū: vt ma-
gis scȝ fidei sermone feruēte: ⁊ discipulo
rū crescēte numero in īmensū ignesceret
furor tyrāni: ⁊ fera maiora adhuc col-
ligeret incremēta feritatis. Et hoc ipse
ad philippēses paulus scribēs ait. Sci-
re autē vos (inquit) volo fratres quoniā
q circa me sunt magis ad ꝑfectum vene
runt euāgelij: ita vt plures e fratribꝰ cōfi
dentes vinculis meis abūdantius aude
rent sine timore verbū dei loqui. Quidā

Mirabilius est paulum sic vniuersū orbē ꝯuertisse: q̄ hominē nudū potentissimas acies in bellum vocesꝗ armis munitissimas superare.

Deꝰ q̄re permisit latrones secū crucifigi ⁊ ante eū multos falsos seductores

Deꝰ permisit pseudo prophetas cū veris misceri.

Pseudo apl'i christū ꝑdicabant vt neronē i paulū mira arte ledēdi concitarent. Philipꝰ pen.j.b.

quidē etiā p̄ inuidiā ⁊ cōtētionē: qdā autem ⁊ ꝓpter bonā voluntatē xp̄m p̄dicant. Quidā ex cōtētione xp̄m annūciāt nō sincere: existimātes p̄ssurā se suscitare vinculis meis. quidā autē ex charitate: sciētes q̄ in defensione euāgelij positus sum. Quid eni si oimodo: siue p̄ occasionē: siue p̄ veritatē xp̄us annūcief? Vidistis certe queadmodū ⁊ si ex cōtētiōe aliqd p̄dicarēt: tn̄ etiā p̄ inimicos veritas xp̄i crescebat: sup̄ hāc ꝟo inimicorū calliditatē: alia quoq̄ ex aduerso multa veniebāt. Nam et antique leges non mō opitulabanf: verū etiā aduersabanf. Cōtraq̄ veritatis partem nō solū malicia obloquētiū inimicorū: verū etiā ignorātia dimicabat. Regē aiebāt alterū id est christū. Nō eni nouerāt ei⁹ celeste regnū terribile illud et absq̄ vllo termino gloriosum: sed q̄si tyrānidē morū inferētib⁹ p̄ calūniā repugnabāt: ⁊ in cōe oēs ⁊ specialiter aduersus eos singuli dimicādo. In cōe quidē q̄si cōtra eos q̄ publice disciplīne ⁊ legum scita destruerent. specialiter vero quasi singulorum domos diuisionibus diuortijsq̄ dissoluerēt. Nā ⁊ filium cū ipugnabat pater / ⁊ filius p̄rem negabat: ⁊ maritū vxor oderat: ⁊ vxorem marit⁹. Filie quoq̄ cū matribus dissidebāt. Cognati cognatos: amici oppugnabant amicos. Erat q̄ per oim domos varium istud ac multiforme bellū. ꝓpinq̄s separans: dispergēs curiam: iudicia cōturbans: cū vtiq̄ mores patrij soluerenf Festiuitas ⁊ cultura demonū pellerēf: q̄ alij legū latores vel ip̄mis custodienda decreuerāt. Cūq̄ his oīb⁹ etiā tyrānidis orta suspitio vndiq̄ eos faciebat explodi. Neq̄ vero dicere quisq̄ pōt / a gētilibus quidem inferebanf: a patre vero iudeorū oīa quiescebāt: cum certe isti seuius imminerēt: cūq̄ et ipsi ei destructionem legis impingerent. Non eni cessat (inquiunt) loquens verba contra legem ⁊ locum sanctum. Verūtamen vndiq̄ inuidie igne succenso a domibus / ab vrbibus / ab agris / a solitudie / a terra / a mari / a gentilib⁹ / a iudeis / a principibus / a plebibus / a regibus / a regū ministris: cum omnes se ad crudelitatē mutuo cohortarenf: ⁊ omnibus ferocissimum ius atrocius sciuisq̄ ꝯsurgerent. Beat⁹ tamen paul⁹ in tantos ignes insiliens: atq̄ in medio talium consistēs luporum: q̄q̄ omniū ictus exciperet: non modo tamen obrutus nō est: sed etiam illos omnes in partem transtulit veritatis. Et hec et alia quoq̄ p̄lia non min⁹ seua memorabo. Vt illud qd̄ aduersū pseudo apostolos gerebatur: qd̄q̄ cum supra oia alia torquebat. domesticorū dolus: ruina nutantiū. Multi enī etiam ex fideliū numero labebanf. Sed etiā contra ista p̄ualuit. Vnde queso. ex quaue virtute? Nā arma (inquit) nostra nō carnalia sed potentia sunt a deo. ad destructionem munitionū consilia destruentes: ⁊ omnē altitudinem extollētem se aduersus scientiam dei. Propterea igitur in diuersum omnia vertebanf ac mutabanf repente: ac sicut igne succenso paulatim spine cōsumunf ⁊ cedunt: flāmisq̄ superantur ac mundi reddunf nouales. Sic etiā paul⁹ insonante lingua: et omni igne vehementius irruente cedebant oīa: oīaq̄ fugiebant: ⁊ demonū cultus: ⁊ celebritas atq̄ festiuitas: ⁊ mores patrij ⁊ populorū furores: ⁊ tyrānorū mine: ⁊ insidie domesticorum: ⁊ pseudo apostolorum: operationes maligne. Magis autem sicut radijs solis orientib⁹: et tenebre fuganf: ⁊ adulteri ac fures foueisq̄ cōdunf: ⁊ latrones recedūt: et homicide ad antra suffugiūt: ⁊ amouenf pyrate ⁊ sepulchrorū violatores fuganf: ⁊ adulteri ac fures / ⁊ perfossores domorū dep̄hendi a sole ⁊ redargui periclitantes abeunt: seseq̄ alicubi procul occulunt: omniaq̄ lucida efficiūtur ⁊ clara: desuper radijs illustrātibus terram pelagus ac montes: vrbes simul atq̄ regiones: sic tunc p̄dicatione fulgente: ⁊ vbiq̄ euangelium disseminante paulo fugabatur error: veritasq̄ remeabat: fauille vero fumusq̄ tēplorū ⁊ cymbala omnia / ⁊ tympana / et ebrietates / ⁊ cōmessationes / ⁊ stupra / ⁊ adulteria / et alia dicta feda: que i sacris suis celebrare consueuerant defecerunt: atq̄ cōsumpta sunt instar cere ignis vapore percūtis: ⁊ palearū vice q̄ subito cōcremātur incendio. Clara vero inter hec veritatis flamma surgebat resplendens: ⁊ ipsum adusq̄ celum sublimitate conscēdēs: ab his potissimum subleuata qui eam nitebātur opprimere. per q̄ illos magis incrementa suscipiens: qui illam extinctū ire cupiebāt. Nec pericula enim processum eius aut impetus cohercere potue

Pseudo ap̄li oia per euāgelij et xp̄i p̄dicationē / et in cōi ⁊ in sp̄āli confundebāt et peruertebant.

ij. cor. x.

Pauli et pseudo prophetarū licet idē euāgelium p̄dicātium sermōes et p̄dicationes diuersi sequebātur effectus.

runt. Non tyrannis quedam inueterate
consuetudinis. Nō patrij amoris aucto=
ritas. Nō legum potestas. Non illa ipsa
custodiēdi eius quod predicabatur euā
gelij difficultas: nec quicq̄ eorū que im
pedimentū afferre possunt. Proficiētis
celeriter veritatis cursum: aut incedere
aut retardare potuerunt. Atq̄ vt quātā
istud vim habeat cognoscas: cōminare
gētilibus. Non dico pericula/famem/
mortem: sed damnum aliquod exiguū/ꝛ
videbis eos repente mutatos. At non ta
lia inueniuntur et nostra. Sed concisis
occisisq̄ omnibus: et vbiq̄ vario impu=
gnatis genere bellorum: ita tamen florē
tiora semper effecta sunt. Et qd ego no=
stre etatis commemoro gentiles viles
istos: ꝛ omnino contēni faciles? eos po=
tius qui apud illos erant aliquando mi=
rabiles in medium proferamus. Philo=
sophie scilicet honore celebratos. Pla=
tonem. Pyagoram. Clatomenium/mul=
tosq̄ alios huiuscemodi: ꝛ tu demū euā
gelice predicationis virtutem probabis

Ols do=
ctria de=
finit
dogma=
tisan ob
cōmina=
tionem
ꝑter do=
ctrinam
euange=
licam

Nam post socratis venenum alij quidē
megara discessere similia patiendi metu
Alter vero et patria: ꝛ libertate priuat⁹
est. Nec preter vnam mulierem philoso=
phie quēq̄ studijs subiugauit. Plato
autem depictam in pagnus disciplinam
relinquēs: in mortem solutus est. Et cer
to nihil tunc eis impedimento erat/non
periculū/nō egestas/non īperitia sermo
nis: sed erant et dicēdi potētes: et opib⁹
affluentes/de nobilitate patrie glorian=
tes. Uerum nequaq̄ obtinere potuerūt
Talis est enim conditio erroris. Etiam
nullo sibi obsistēte cōsenescit ac defluit.
Talis autē e diuerso veritatis stat⁹ etiā
multis impugnātibus suscitatur et cre=
scit. Hec autem ita esse veritas rerum
ipsa proclamat: nihilq̄ hic opus esse as=
sertione verborum: cum vocē quodāmo=
do totus vndiq̄ mundus emittat. vrbes
sez et agri: ꝛ terre/ꝛ maria/et vltra loca
atq̄ deserta. ipseq̄ etiam montium sum=
mitates. Neq̄ enim solitudinē beneficij
sui reliquit expertem: ꝛ ipsam maxime his
que nobis de celo veniens detulit bonis
repleuit per pauli ꝓcipue linguā: perq̄
illam quā in ipsum cōtulit gratiā. Quia
enim dignam tali dono deuotionē gere=
bat: copiosa in illo etiam gratia corusca
uit: plurimaq̄ eorū que hucusq̄ memo=

Phi ob
metū a
sua do=
ctrina de
stiterūt.

Philo=
sophis
diuersa
erāt am=
minicl'a

Doctria
errones
nullo ob
sistente
cōsene=
scit e di=
uerso et
de verita
te.

rauimus: ipsius sudore ac sermone com=
pleta sūt. Qm̄ igit ita genus nr̄m nobili=
tauit de⁹: vt vnum hominem dignaretur
tantorum facere causam bonorū. studea=
mus et nos ei similes inueniri. Neq̄ ve=
ro impossibile istud putemus: quoniam
vt sepe dixi ꝛ nunc inculcare non cesso.
tale illi quale etiam nobis corpus fuit:
talis anima/tales cibi. Sed voluntas in
illo mirabilis ac ꝑclara deuotio. Et istō
est prorsus vnde ille talis effect⁹ est. Ne
mo igit diffidat: nemo desperet. Si ani=
mam intendas et prepares/nihil est qō
te ab eiusdem gratie possit prohibere mu
neribus. Non est enim personarum acce
ptor de⁹. Idem illum teq̄ formauit. Et
quēadmodum illius/ita est etiam tu⁹ de
us. Ac sicut illū merito laudauit: ita eti=
am tibi offert coronam. Spondeam⁹ igi
tur nosmetipsos deo atq̄ mundemus: vt
nos quoq̄ eandem gloriam consequen=
tes: eadem etiam premia consequamur.
Gratia et misericordia domini nostri ie=
su christi: cui est gloria et imperium in se
cula seculorum. Amen.

Imposi
bile non
est nobis
a domio
īpetrare
similes
paulo ef
fici.

Uolūta
te sola ꝛ
deuotio
ne sum⁹
paulo
dissimi
les

Homelia Quinta.

Ubi nunc illi sunt qui querulo
semper animo mortem causari
solent: et corruptibile hui⁹ cor=
poris atq̄ passibile impedimē
to se esse ad ꝟtutē putant? Audiāt pauli
facta ꝓclara: et ab hac obtrectatiōe ma
lignissima conquiescant. Quid enim hu
mano generi mors nocuit? Quid ꝟo vir=
tutē corruptio corpis ipediuit? Cōside
ra itaq̄ paulum ꝛ videbis: qꝛ nobis etiā
ad maximam vtilitatem ꝓficiet ista mor
talitas. Hic enim nisi mortalis fuisset ne
quaq̄ dicere potuisset. magis autem ne=
quisset ostēdere qō ipsis operibus est lo
cutus: quoniā quottidie morior ꝓpter
vestram gloriā quā habeo i christo iesu
Ubiq̄ enim nobis intentione animi ac
prompte opus est voluntatis. Que si af=
fuerit nihil erit qō nos possit a virtute
prohibere: sicut superior iam sermo me=
moratus est. Nonne erat iste mortalis?
Nōne ignobilis? Nōne pauper et quotti
diano opere victum requirēs? Nōne cor
pus habuit cunctis nature necessitatib⁹
subiugatū? Quid ergo cum vetuit illis
qbus floruit splendere virtutibus? Pro
fecto nihil. Null⁹ ergo mereatur paup:
Nullus angatur inglorius. Null⁹ ex vi=

j. Cor.
xv. c.

Nichil ē
qō nos a
virtute

dimoueꝛe possit nisi vitiũ / ꝛ al mollities.

liozibus ingemiscat: sed tantũmodo illi qui molles animo sunt / ꝛ eneruati mẽte / atqꝫ resoluti. Hoc enim solum est qđ nos a virtute valeat arcere: vitiositas animi ac mollitudo sententie. Nec quicꝗ omnino pzetereo: idqꝫ beati huius propter quẽ hodie cõgregati sumus: qui presentium iocunditate gaudet illustratur exẽplo. Sicut enĩ paulo nihil ea que superiꝰ sunt memozata nocuerũt: ita extra religionẽ nostrã positos nihil his aduersa iuuerũt. Nõ generis claritudo. Non affluentia diuitiarũ. Nõ splendoz eloquij: Nõ glẽ magnitudo. Nõ sublimitas potentatus. Sed quid ego adhuc de hominibus loquoz: et ꝗdiu circa terram continuo sermonem? Fas est etiam supnas cõmemozare virtutes: principatus videlicet ac potestates mundiqꝫ rectozes: ac tenebrarũ huius seculi. Quid enĩ eos iuuit angelozũ sortitos esse naturam? Nõne venient omnes iste virtutes a paulo

i. coꝝ vj.

eiusqꝫ similibus iudicande? Nescitis inquit qꝛ angelos iudicabimꝰ: ꝗto magis secularia. Nõ igiꝉ ob alias aliqñ causas nisi ob vitia sola dolcamꝰ: hozũ nos studiosos esse peniteat. Nihil est quod nos paulo similes fieri vetet. Ille enim non solum gratia dei: sed sua etiam voluntate talis effectus est. Et iccirco gratia: qꝛ etiam de propria voluntate. Utraqꝫ enĩ plena in illo fuerunt atqꝫ perfecta: et ea que donanꝉ a deo: et ea q̃ voluntate prestanꝉ.

Paulꝰ nõ soluʒ gra dei sed etiã sua volũtate tãtꝰ effectꝰ ẽ

Uis dei dona cognoscere? Uestimẽta pauli demonibꝰ terrozi erant: verum ego neq̃ꝗ istud ammiroz sicut ne illud quidem: quia vmbra petri corpozum languozem effugabat. Hec sunt vero ammiranda que paulus etiã ante gratiam magnus ab ipsis rudimentis: ab ipsis fidei sue inuenitur fecisse pncipijs. Qꝛ nec virtute hac qua postea polluit illustratus: nec apostolatus honoze donatus ita in christi zelum totꝰ exarsit: vt omnem cõtra se populum accenderet iudeoꝝ. Qui cum se in tantis periculis et ciuitatẽ propter se obsessam videret: per murum dimissus in sporta est: sicqꝫ depositꝰ. Nec tũc quidem in segniciem ac timiditatem relapsus est: sed maiozem alacritatẽ mẽtis accepit. Periculis quibusdã se sepe subducens in alioꝝ salutẽ. Nulli autem studio cedẽs docendi: sed quottidie poztãs crucem dominũ sequebaꝉ. Et quidẽ

Petri vmbra sicut languozẽ fugabat sic ꝛ vmbra pauli demones terrebat

cum recens adhuc stephani ante oculos haberet exemplum: videretqꝫ omnes cõtra se potissimum cõcitatos iudeos / cedem spirãtes: ipsasqꝫ pene carnes eius deuozare cupientes. Unde igitur paulꝰ nec cum in pericula irrueret temeritatis argui poterat: nec cum pericula fugeret timiditatis: quia vtrinqꝫ ꝛ amabat pñsentem vitam ob lucrum docendi: ꝛ rursus valde eam despiciebat ob philosophiã / ad quã illum mũdi ꝯtemptus euexerat. propterqꝫ amozem: quo ire vrgebatur ad christum. Quod enim de ipso dico: sempꝫ nec dicere aliquando cessabo: nullus ita in diuersa rerum incidens atqꝫ ꝯtraria. vtraqꝫ ĩ ꝯmodum suum trãstulit: vtraqꝫ suis vtilitatibus coaptauit. Nullus enĩ sic vnꝗ presentis vite amãs fuit: nec eorum qui sunt lucis istius cupidissimi. Et e regione nemo sic aliquando despexit saltum illozum qui se in mortẽ spõte precipitant. Sic ab omni se mũdum cupiditate prestabat: nullaqꝫ tenebatur presentium passione: sed vbiqꝫ desiderium suũ cum dei voluntate miscebat. Et nũc quidem presentem vitam magis necessariã esse dicebat ꝗ societatem christi atqꝫ colloquium: nunc vero tam molestam sibi illam fatebatur et grauem: vt etiam ingemisceret: atqꝫ ĩ mortis desiderium cogeretur: ea enim sola cupiebat: que illi ꝭm domini lucra parerent: etiam si viderentur esse contraria.

Paulꝰ nec temerarie ĩ pericula irruebat: nec timide ea qñqꝫ giebat.

Paulꝰ aliqñ sũme vitã suã amauit / sũmeqꝫ periculis mortis exposuit

Erat enim quidẽ varius semper ac multiplex: non vtiqꝫ dissimulatione mutabilis: sed factꝰ oĩa q̃ predicatiõis salutisqꝫ hominum necessitas poposcisset. In hoc quoqꝫ domini sui inuentus imitatoz. Nam et deus etiam homo apparuit: cum id eum opoztuit apparere: et in igne quãdo ita tempus exegit: et nunc quidem se in habitu armati militis: nunc in similitudine viatozis: nunc in ipsa ostendit similitudine hominis veritate secunda quam ne ipsam quidem mortẽ refugit. Sed iterũ iterũqꝫ cõmoneo: nemo disputationem istam necessitatem putet: sed tantummodo amozem dei erga homĩes intelligat. Nec ꝛ aliqñ qđ ẽ supꝫ thronũ: aliquãdo vero supꝫ cherubin apparebat sedẽs. Oia tñ ista ꝑ variaꝝ dispensationũ opportunitate faciebat, ꝓpꝉ qđ loqꝉ. Ego visiões mltiplicaui: ꝛ in manibꝰ ꝓphetaꝝ assimilatꝰ sum. Ita igiꝉ ꝛ paulꝰ (credite sibi) dispẽsatio

Paulꝰ variꝰ et multiplex sine dissimulatione ꝓ tẽpozũ necessitate

